UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm, Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm Magistratvvm Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum omnium

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

urn:nbn:de:hbz:466:1-52641

Visual Library

Th. 3095.

I. V
37.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

MATTHAEI TYMPII

Aureum

SPECVLVM PRINCIPVM, CONSILIARIORVM IVDICVM, CONSVLVM, SENATORVM, ET ALIORVM MAGISTRATVVM CVM Ecclesiasticorum tum Politicorum omnium.

OMNIBVS AD CLAVVM Reip. sedentibus, Concionatoribus. & eloquentiæ studiosis atque vniuerso Minervæ exercitui vtilissimum.

Ad Nobiliss. & Amplisi D Constantinum à Lieskirchen Reip Colon. 2 Conss.

COLONIAE AGRIPPINAE
Sumptibus Petri Henningij, sub signo Cuniculi Anno M DC. XVII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

NOBILISSIMO
ET AMPLISSIMO
VIRO AC DOMINO

D. CONSTANTINO
A Lieſkirchen.

INCLYTAE ET LIBERAE IMPERIALIS Reipubl. Colonienſis ſecundùm Conſuli Domino & Mecœnati ſuo gratioſo.

VM in omni negotio multũ interſit, N.A.D.C. quales ſint, quibus rei gerendæ authoritas creditur, tũ certè plurimũ refert omni quâ ſcientiâ, quâ peritâ armatos eſſe illos, qui Rerum publicarum gubernaculis præficiuntur. Quæ enim ſingula in alijs per ſe grauia & difficilia exiſtunt, ea in adminiſtratione Reipublicæ conglobata inexplicabilem & periculorum & curarum aceruum cumulant. Semper, domi, foris, lætis triſtibus, interdiu noctu, pro ſummis imis ſudandum, algendum, excubandum: adeundæ inimicitiæ, ſubeundæ tempeſtates, cum multis audacibus, improbis, nonnunquam etiam potentibus dimicandũ. Et in his omnibus tenaciſſimè ſanctiſſimeque obſeruanda ſunt illa duo diuini Platonis præcepta; Vnum quidem, vt vtilitatẽ ciuium ſic tueantur, vt quic-

quid agant ad eam referãt obliti commodorum ſuorum; Alterũ vt totũ corpus ſic curẽt, ne, dum partem aliquam tuẽtur, reliquas deſerant; ſed vt omnes qui eorũ regimini ſubduntur, ſint quã beatiſſimi, vt neq; tenuiores propter imbecillitatẽ circumueniantur, neq; locupletibus ad ſua vel tuenda vel recuperãda obſit inuidia. Quapropter iure optimo Peripatheticæ Scholæ princeps Ariſtoteles 2. Ethic. lib. 12. aſſerit. Ars gubernandi Ciuitates, principatum in omnibus artibus obtinet. Accedit, huc quòd cętera ferè alienâ voce gubernantur, qui Remp. adminiſtrant in ſeipſis omnem ſapientiam habeant oportet; quâ regant populum ſtabiliant leges, caſtigent improbos, tueantur bonos, hortentur ad decus, reuocent à flagitio, conſolentur afflictos, factaque & conſulta prudentum: cum improborum ignominiâ ſempiternis monumentis prodant.

Quâ cum diuerſis in locis hoc infelici ſeculo, plures nudi & inermes ad ampliſſimos illos honores, ad Rempublicam gubernandã, nullâ cognitione rerum, nullâ ſcientiâ prædiți veniunt, oriuntur vitiorum peſtes, ſeditionum concitantur procellæ, malorũ furor impendet bonorum fortunis, funeſta naſcuntur bella. Dolent boni mirantur omnes quo fato hoc accidat, cum tot Platones, Ciceroues, Ariſtoteles, Senecæ exſtent, qui Reſpublicas inſtruunt,

ſtruunt, Politias tradunt, Officia edocent, leges gubernandi præſcribunt. Sed inueterata fortè illa, antiquata ſunt, nauſeam pariunt, aut quod peregrino idiomate contexta, aut quod multis voluminibus confarta moroſam nimis moram trahunt. Recẽtiora ergo & domeſtica, eaq; laconicâ breuitate emittenda vt vlceri peſſimo præſens medicina adhibeatur.

In quam rem, cum publicæ vtilitatis ſtudioſiſſimus olim Matthæus Timpius diu incubuiſſet, tandẽ hoc elegans opuſculũ multo labore nõ minoribus impẽſis expoliuit, & *Speculũ boni Magiſtratus* nũcupatũ; excudi voluit, Vt in eo velut in lucidiſſimo Speculo qui ad Reipubl. clauum aut ſedent, aut applicandi erunt, clarè Boni Magiſtratus munia intueri, & noxia amputare, ſalutaria vero propugnare docti ita dextrè feliciterque prouincijs ſuis fungi queant, vt nec diligentiâ ſimultatẽ, nec liberalitas periculum, nec ſeueritas perniciem accerſat. Itaq; vt defuncti voto reſpõderem, &, quem ſibi communis Patria depoſcit, fœtum poſthumum non ſupprimerem, Speculum illud Boni Magiſtratus nunc in lucem edidi; Tuo vero potiſſimum Nomine inſigniendum curaui, vt qui huius inclytæ Ciuitatis faſces ſumma cum laude geris ceu ſol quidam radijs tuis illabaris, & iubare tuo tum illuſtrius tum gratius futuris aliquando Magiſtratibus reddas. Hortantur

hocAmplitudinem T.præclara nobiliſſimorum maiorum tuorum monumenta, communis omnium vtilitas poſtulat. Patriæ efflagitat caritas; Cui vt te Deus O. M. diu incolumem ſeruet precor. Dat. Anno 1617. ipſis Nonis Aprilis.

Nobiliſs. & Ampliſs. D. T.
Humillimus Cliens

Petrus Henningius Ciuis &
Bibliopola Colonienſis.

SIGNORVM.

DVCENTA MAGISTRATVVM BONORVM SIGNA, SEV NOTAE AC PROPRIETATES indice hoc designantur.

I. Centum signa partis prioris.

1 ABusus tollere & bene constituta renouare, nec non consuetudines salutares inducere. fol. 1.

2 Adulatores à se & Rep. arcere. 6

3 Adulterij scelus prohibere & punire. 17

4 AEdificijs necessarijs vrbes exornare, & collapsa instaurare. 19

5 In AEdificijs exstruendis decorum obseruare & luxum vitare 23

AEgros inuisere. vide de humanitate.

6 AErarium publicum conseruare, eoq; parte vti 25

7 Affabilem & benignum esse. 28

8 Affectibus suis, inter imperandum alijs, maxime dominari. 32

9 Agrorum diligentes cultores honorare. 36

10 Amare Remp. seu subditos & vicissim à subditis amari. v. Triumph virt c. de charitate. 49

11 Ab ambitione alienum esse. v. Signum 33. & 73. fol. 55

12 Annone prouidere. v. sig. 50. fol. 78

13 Artium bonarum Professoribus stipendia curare. 80

14 Assiduè suæ curæ commissis adesse. 84

15 Ab auaritia & munerum acceptione alienum esse. v. Sig. 28 partis posterio. 85

16 Auctoritatem colligere (non enim ea rapitur) ac tueri moderata familiaritate, grauitate morum, prouidentia, formæ dignitate &c. 43
17 Bellum finitimis sine iustiss. caussis non inferre. 100
18 Bello & armis ciues ab externis hostibus defendere. 104
19 Accuratum & imperatorum & militum habere delectum v. Signa 95. & 54 fol. 106
20 Hostem in patria satis munita & à viris fortibus instructa exspectare, at à patria non satis munita nec à viris peritia rei militaris instructa longe eundem præuenire. 124
21 Etiam pacis tempore ciues in re militari exercere. 126
22 Filios in bello iusto pro patria occumbentium publicis sumptibus alere. 131
23 Beneficentia benevolentiam subditorum sibi parare. 131
24 Bibliothecas in publicum vsum instaurare, locupletare atque adeo instituere, & earundem libros diligenter euoluere. 140
25 Blasphemis dignas pœnas irrogare. 143
26 Calumnias, conuitia & maledicentiam aliorum patienter ferre videri a. 147
27 Castitatem & continentiam amare ac tueri. 154
28 Censores moribus ciuium præficere, ne in victu & vestitu modum excedant, neue cupiditatibus atque prauis artibus indulgeant. v. Sign. 43. & 50. fol. 161

29 Censuras Ecclesiasticus admodum reuereri, & ob separationem à diuinis officijs vehementer contristari. 165
30 Choreas & saltationes execrari. 168
31 In ciuium numerum non quosuis recipere, sed eos duntaxat qui Reip. & ornamento & emolumento esse possunt, vt sunt Theologi, iureconsulti, medici, Philosophi, Oratores, historici, Poetæ, milites, mercatores, opifices, agricolas. 169
32 Clementia omnibus subditis antecellere. 181
33 Cognoscere seipsum. 207
34 Concordiæ summopere studere & discordias sopire. confidentiam vanam vitare, v. Theatrum hist. 212
35 Conscientiæ puritati semper studere. 226
36 Consilijs & monitis aliorum bonis libenter morem gerere, malis non parere. 231
37 In consilijs liberas consultantium voces admittere & liberè sententiam sui animi depromere. 231
38 Consiliarijs vti ætate, prudentia, industria, & rerum experientia insignibus. 241
39 In consulendo taciturnum esse, non festinum, &c. 255
40 Constantiam in omni re honesta gerenda consilioque capiendo seruare. 261
Constantiam in fide seruare, v Triumphū virt. & de apostasiæ pœnis Theatrum vindictæ diuinæ.

Contemplationis alis subinde ad superna euolare. v Triumphum virt.
41 Contemplationi rerum Reip. vtilium interdum vacare. 267
42 Contumeliosè nihil in subditos dicere aut facere, imò omnem ab illis iniuriam propulsare. 269
43 Non solùm conuiuia raro adire & instituere sed etiam conuiuiorum & mensarum luxum coercere. 270
44. Crudelitatem ac tyrannidem execrari. 274
45 Delatorum verbis haud facile fidem adhibere. 286
46 Detractores non admittere. 289
47 Dei seu diuinum cultum promouere. 290
48 Deo felicem rerum successum acceptum referre. 294
49 Diffidere viribus humanis. 295
50 Disciplinam inter ciues obseruare, crebro iudicia forum & visitare, & aliorum de se iudicia explorare. 300
51 Accuratam seruare disciplinam militarem. 303
52 à doctrina egregie armatum esse, & doctos amare. 307
53 Doctos honorare, eorum consortium amare, eorundemq; consilio vti. 321
54 Ebrietatem & vitare & vetare. 330
55 Ecclesiam & sacra tueri 344
56 Ecclesiæ bona non inuolare, nec eius iura & immunitatem violare. 351
57 Ecclesiasticis personis & rebus, siue consensu

Summi

Summi Pontificis nullum imponere vectigal. 355
58 *Ecclesiasticis negotijs se non immiscere.* 363
59 *Educationis liberorum accuratam habere rationem,* 367
60 *Eleemosynas largas dare.* 392
61 *Eloquentia plurimum valere.* 397
SS. Eucharistiam diuinis honoribus afficere. v. Theatrum vind diu & Triumphum virt.
62 *Exempla bonorum imitari & per virtutem subditis exemplum fieri.* 405
63 *Experientia multarum rerum ornatum & armatum esse.* 413
64 *Famam bonam venari ac tueri.* 415
65 *Familias antiquas conseruare.* 417
66 *In familiam suam optimos quosque admittere administros eosq; in officio continere.* 418
67 *Non permittere vt dies festi violentur.* 426
68 *Non fidem solum Catholicam propugnare sed fidem etiam politicam in publicis & priuatis rebus datam seruare.* ibid.
69 *Fœdera & societatem non temere cum quibuscuis inire, nec temerè semel facta fœdera violare.* 439
70 *Fortem esse.* 445
71 *Fortunæ ob instabilitatem eius nihil fidere, sed fragilitatis humanæ semper meminisse.* 451
72 *Frugalē seu temperantē esse circa alimēta.* 459
73 *Gloriam inanem & laudem humanam non venari ex regimine.* 464
74 *Gratum esse in Deum præceptores, & omnes benefa-*

benefactores. 469
75 *Prudenter hæreticos conuertere, & si fuerint refractarij dignis ipsos pœnis mactare.* 472
76 *Historiographos bonos amare & diligenter legere.* 495
Homicidas punire. v Theatrum hist.
77 *Humanitatem erga subditos aliosq; exercere.* 507
78 *Ex humilitate honores & magistratus etiam vltra delatos modestè acceptare, & parcissimè delibare.* 511
79 *Titulos superbos respuere, & statuas spernere.* 519
80 *Ignobilitatem suam liberè confiteri.* 520
81 *Præclara sua facta soli DEO acceptare referre.* 521
82 *Nec infimos contemnere.* *ibid.*
83 *Aditum subditis non subtrahere.* 522
84 *Ieiunijs Deo seruire.* 523
85 *Ignominiam illatam contemnere.* 525
86 *Imagines sacras colere, ac debita religione venerari.* *ibid.*
87 *Iniurias à subditis propulsare.* 530
88 *Inuidiæ flammam curare, nec propter inuidos à benefaciendo cessare.* 532
89 *Iram ratione superare ac frænare.* 533
90 *Curare vt iudicia non interturbentur, sed sine metu potentum libere exerceantur.* 537

91 Iusiurandum non violare. 539
92 Incorrupta iustitia esse v. Sig. 1. & de muneribus. 540
93 Acceptionem personarum in iustitiæ administratione vitare & in iudicio vtramq; litigantium partem audire. 552
94 Iuridicundo præesse, seu ius dicere, & iustitiæ forum omnibus aperire. 554
95 Ad Labores non claudum, sed imperterritum esse. 563
96 Se & res suas non temere laudare. 566
97 Legationes & viris Dei committere, & per se recte obire. 568
98 Leges Reip. vtiles condere. 570
99 Rarissimè & non nisi grauiss. de caussis leges mutare. 573
100 Legibus sese subijcere ijsq; parere. 576

Centum signa partis posterioris.

1 Liberalem esse in amicos & subditos. 583
2 Liberalem esse in viros doctos. 591
3 Liberalem esse in eos qui componunt & interpretantur vtiles Reip. libros. 593
4 Lib. esse in viros pios. 598
5 Lib. esse in Doctores & professores imo & discipulos linguarum, artium, Philosophiæ, medicinæ & iurisprudentiæ. 599
6 Lib. esse in nubiles & ob inopiam illocabiles puellas. 601

7 Liberum esse in bene meritos. 602
8 Lib. esse in Dei ministros & cultum diuinum. 604
9 Libidinis occasiones fugere & abrogare. 608
10 Lingua non abuti, sed pauca & grauia loqui. 622
11 A linguarum cognitione instructum esse. 624
12 Litū forensium multitudinē abrogare. &c. 627
13 Lusibus honestis animum relaxare. 631
14 Lustrare prouincias & vrbes suas, & subditorum mores cognoscere. 633
15 Magiam maleficam extirpare. 637
16 Magistratu communi certo tempore abire. 638
17 Magnanimum esse. 639
18 Mansuetum esse. 641
19 Meditari mortem, aliaque ad salutem pertinentia. 645
20 Mendacium detestari. 648
21 Militum rapaces manus coercere. 649
22 Misericordem esse. ibid.
23 Missam libenter quotidie audire. 654
24 Modestiam in omni actione præse ferre. 655
25 Monetam non temere mutare 660
26 In morbis contagiosis salubritates prouidere, & ægros libenter inuisere. 661
27 Moribus bonis & amabilibus ornatum esse. 662
28 Muneribus corrumpi non posse. 665
29 Odisse improbos. 673
30 Non odisse inimicos, aut à sententia sua dissidentes. 675
31 Officia ac munera parua non contemnere. 676
32 Vno & eodem tempore nolle plures magistratus subi-

subire. 679
33 *Virum officio, non officium viro quærere.* 681
34 *Admodum orandi studio deditum esse.* 686
35 *Otium fugere. otiosos fugare.* 700
36 *Patientem esse, & patienter ferre aduersa.* 707
37 *Patienter ferre, si consilia sua nō consequantur felices successus, & se prouidentiæ Dei subijcere.* 713
38 *Patriæ priuilegia non tollere.* 714
39 *In patriæ gratiam magistratum suscipere.* 715
40 *Patriæ bona promouere, malaque auertere.* 719
41 *Pauperum curam gerere.* 720
42 *Pauperes non excludere à Magistratu.* 725
43 *Pacem conseruare, aliisque suadere.* 730
44 *Peccata, & animæ maculas studiosè vitare.* 736
45 *Peregrinationibus prudentiam auxisse.* 739
46 *Peregrinos non temerè ciuitatis aut magistratuum participes facere.* 742
47 *Pietatis in Deum seu religionis faces subditis præferre.* 748
48 *Pium esse in B. Virginem, aliosque Sanctos.* 762
49 *Pium esse in Summum Pontificem.* 763
50 *Pium esse erga Episcopos & Sacerdotes.* 769
51 *Pœnas debitas irrogare malis.* 790
52 *Parua delicta castiganda seu malorum initijs occurrendum est.* 828
53 *Pœnas prudenter irrogare & seueritatem cum modo adhibere.* 832

54 Quædam mala tolerare seu in ijs conniuere. 842
55 In pœnis & supplicijs sumendis vitare celeritatem. 843
56 Pœnitentiam agere veram ac seriam. 851
57 Præmia bene meritis conferre. 858
58 Parsimoniam præcipere seu prodigalitatem & luxum castigare. 865
59 Prudentiam seu rerũ agẽdarum notitiam à Deo petere. 869
60 Prudenter populum alloqui. 876
61 Prudenter stulta populi postulata reijcere. 876
62 Prudentia oculus fortitudo manus est Magistratuum. 877
63 Prudenter considerare diuersa hominum ingenia. 878
64 Prudenter alios reprehendere. 881
65 Publica commoda anteponere priuatis. 883
66 Recreationes duntaxat honestas subditis permittere. 885
67 Recreationem Ecclesiæ procurare seu potius promouere. 886
68 Religionem Catholicam strenuè propugnare. 887
69 Nullam aliam tolerare quam Cathol. Romanam. 889
70 Amare Religiosos & illis fauere. 891
71 Nullo modo parentibus exheredationem liberorum Religionem ingredientium permittere. 894

72 Sanctorum reliquias colere. 917
73 Sacerdotes Dei honorare & causis Clericorum se non immiscere. 920
74 Sacrilegia grauissimis punire. 921
75 Scholas publicas instituere collapsas instaurare & defendere. 925
76 Scholis præceptores præficere optimos. 931
77 Seditiones politicas tollere. 933
78 Sepulchrorum nimios sumptus vitare. 936
79 Sepulturæ Mortuorum curam habere. 939
80 Silentium tum in consilium vocaturum non violare. 939
81 In Simoniacos grauissimas pœnas cõstituere. 947
82 Sobrium esse. 94
83 Spectacula vana prohibere. 953
48 Studea literarũ etiã dum corpus curatur, atq; adeo in publicis negotijs non intermittere. 954
85 Stultis non delectari. 956
86 Non superbire ob elegantiam corporis, nec ob eruditionem. ibidem.
87 Seditiones politicas tollere. 933
88 Temperantem esse circa venerem vt est in cibo & potu temperantiam seruare.
89 Templa magnificè & religiosè extruere.
90 Temporis exactissimam habere rationem.
91 Tributa, Telonia, accisa, vectigalia, exactiones, opera, & seruitia, citra publicã necessitatem, vel grauiora, quàm populus ferre possit, non imponere. Si alia via non potest prouideri necessitatibus Reip. exigenda Tributa.

92 Curam habere vt subditi bene viuant 901
93 Veritatis amplissimam lucem amare, ac propugnare. 903
94 Vestium luxum cohibere vt retineatur fidelissima vetustas.
95 Dormientibus vigilare, & vigilantiam suis excitare.
96 A vindictæ cupiditatis abhorrere.
97 Virgines maximis honoribus prosequi.
98 De virtute maximè solicitum esse, & prudenter alios ad virtutem inflammare.
99 Voluptates abominari.
100 Vsuram radicitus euelli.

Vtinam Speculi huius lectio consopitos insignium Virorum animos ad imitanda Maiorum præclara opera & vestigia incitet, & Deus det, vt sterilitas nostrorum temporum in Saræ risum & fœcunditatem commutetur.

INDEX RERVM PRÆCIPVARVM HVIVS OPERIS,

A.

ABagarus CHRISTI effigiem sibi Pingi petijt. 526
Adulterorum pœna. 820
Aerarium publicum parcè attingẽdum. 25
Affectus cohibendi. 32
Agesilai dictum de adulatoribus 9. clementia & moderatio. 184. & seq.
Agriculturæ studium magni faciendum. 36. quando ea instituta. 40. vtilitas. 45
Agrippæ moderatio. 453
Albani ducis sententia de scientia lectione parata. 414.
Alberti Brandeburgici perfidia quomodo punita. 435
Alcibiadis varia & dispar fortuna. 454
Alexander Magnus quid Dario paupertatem exprobranti responderit. 53. eius temperantia. 17. castitas 155. moderatio & clementia. 186. temulentia. 339
Alexandri Seueri clementia. 193.
Almeronis Mauri fides. 431
Alphonsus Siciliæ rex adulatores auersatus. 13. eius putas erga auum quandam. 661

Alphonſus Arragoniæ Rex bellum quomodo ſuſceperit. 102 eius de affectibus cohibēdis ſentētia. 33. de ſaltationibus iudiciū. 168. clementia. 204. eruditionis amor. 312
Aluari de Luna apophthegma. 69
Ambitio fugienda 55. contra eam leges latæ. 56
Ambroſij libertas in Theodoſium. 851
Andreæ Hungariæ regis moderatio.
Angli quem puniant illicitum cōcubitum. 822
Antiochus à ruſtico veritatem audiuit & quomodo. 9
Antonij Oratoris eloquentia. 399
Appellare ab Epiſcoporum iudicio ad ſeculare tribunal hæreticorum eſt. 769
Apologus de leone, vrſo & lupo. 238
Arcadij Imp. humilitas erga Rom. Pontif. 167
Arnulphus Imp. Ratisbonam ædificijs exornauit. 20
Aſſentatio quam noxia. 6 perdidit Roboam & multos alios ibid. & ſeq. à multis Impp. & regibus ſpreta. 10. & ſeq.
Aſyla an conſeruanda. 352
Attilis fortitudo. 119
Auaritia maximi fugienda magiſtratui. 85
Auctoritas à Deo datur. 94
Au ico um peccata principi imputantur. 424
Auguſtus vetuit ſe dominum dici. 10. vrbem Romanā valdè exornauit. 19. modum ædificandi ciuibus præſcripſit 23. otium quæſiuit curas peroſus. 61. eius clementia. 188
Aurelianus ſeuerè punijt adulteros. 18
Aurelij nimia affabilitas notata & defenſa. 29. clementia. 192
Athenienſes virtutum carnifices. 860

B.

Balduini locutis castitas. 18. seueritas in virum nobilem ob bones viduæ ablatos 531
Belisarius stipem tandem mendicare coactus. 67 optimus disciplinæ militaris conseruator. 306. 649
Bellum temerè susceptum semper infœlicem habet exitum. 102 quando gerendum. 104. eius incommoda 100. cum pace collatio. ibid & 103
Bernardi de Cambera exaltatio & humiliatio. 69.
Bissus quidam mirabili indicio parricidij conuictus pœnas dat 229
Bibliothecas quinam primi statuerint. 140
Blasphemi puniendi. 143

C.

Caroli Burgundi seueritas in nohilem adulterum, 617
Caroli Borbonij ob perfidiam pœna. 436
Carolus IV. mille aureos dedit ei qui in se conspirauerat. 51. eius clementia, 203 eruditionis amor. 313.
Carolus V seipsum optimè nouit 210. dolet se immaturè reliquisse literas. 321. eius notabile dictum de veteribus ducibus. 258. insignis fortitudo. 265. rude & simplex epitaphium. 937
Caroli VI. Galliæ regis seueritas in quendam quæstorem. 636
Caroli IX. lex de ijs qui nouam litem intentant. 621
Caroli Magni lex contra ebrietatem. 342
Casimirus Poloniæ rex abusum equitum sustulit. 4. eius clementia. 199

Causæ mitigandarum pœnarum. 834
Censores morum constituendi. 161
Changij Chan Tartarorum regis symbolum pro concordia. 213
Choreæ fugiendæ & execrandæ. 168
Ciceronis eloquentia. 398
Ciues filios suos malè instituentes, quantum mali operentur. 372
Claudij Imp. misericordia. 652
Clementia principibus amplectenda. 181
Codri amor in patriam. 51
Concordiæ studendum. 212
Consalui Magni insignis castitas. 158
Conscientiæ syncerę magna vis. 226. non potest tolli. 230.
Consilium malum reijciendum exemplo Friderici Imp. 236
Consilia reticenda. 255 & seq.
Consiliarij quales habendi. 420
Comuniorum modo præscribendum. 271
Coreacei nummi aliquando cusi. 660
Cosme Medicæi liberalitas in pauperes. 398
Canstantinus Imp. crucis supplicium abrogauit. 2. adulatores auersatus est. 11. multas vrbes ædificauit. 20. eius clementia. 201. fortitudo. 447
Constantini Chlori prudentia in probandis aulicis. 421
Cretinas & Hermias dissidentes, ob bonum publicum quomodo conuenerunt. 212
Crudelitas fugienda. 274
Crucem fingi fecit Constantinus Imp. 527. eandem humi sculpi vetuit Theodosius. 528
Cura communiorum habenda ne excrescant. 162
Cymonis liberalitas. 133. 396. 584

D.

DAuidis erga Rempub. charitas. 50
Deo præcipuè confidendum. 295. & seq.
Dionysij Syracusani notabilis immutatio ob animi impotentiam. 455
Dionysius rex filium increpat ob adulterium commissum. 17. eius lepidum factum cum Damocle. 62.
Disciplina militaris conseruanda. 303
Discordia Gallorum & Hungarorum occasionem maximæ cladis sibi, & Turcis insignis victoriæ præbuit ad Nicopolim. 224
Docti quantoperè honorandi exemplis probatur. 80. & seq. remunerandi. 593
Doctrina Magistratui amanda. 307
Doctorum principum exempla. 309
Dominatus tyrannorum breuis. 279
Dux militum qualis esse debeat. 113

E.

EBrietas regna & vrbes perdidit. 330. eius varia mala. 333
Ebrietate catholicus princeps inductus ad mutandam religionem. 333
Ebrij mitiori pœna afficiendi. 836
Eduardi Angliæ regis castitas. 156
Eduardus II. credulus delatoribus, & inde crudelis, tandem captus est. 287
Eloquentia magistratui necessaria. 400. & qualis 404.
Elzeatij comitis pietas. 137. castitas. 156

Emmerici Hungarus regis castitas. 156
Epaminondæ literarum studium 320. integritas. 667
Eudoxiæ Imp. liberalitas. 598
Eutropius quomodo ex maximo minimus factus. 67
Exempla Impp. & principum qui hæreticos punierunt aut expulerunt. 479. & seq.

F.

FAuor populi, principis optimum firmamẽtum 52. & 54
Febris magis optanda qui choreas ducere. 168
Ferdinandi II. Neapol. regis magnanimitas. 640
Fides seruanda. 426
Fœdera cum hæreticis aut infidelibus non ineunda seu facienda. 442. eorum faciendorum vel non faciendorum rationes variæ. 439
Fœminæ mitius puniendæ. 840
Francisc. Sfortiæ affabilitas. 29
Franciscus I. Galliæ Rex Turcas in auxilium vocauit contra Carolum V. 299. eiusdem de fide seruanda insigne dictum. 428
Fraudes ne publico quidem bono comminiscendæ, 432
Frugalitas variorum Principum. 459. & seq.
Furum pœna, 818

G. Geli-

G.

GElimer Vandalorum rex captus ridet & cur. 209. panem ſpongiam & cytharam capiendus petit & cur. 459
Gloriam non eſſe aucupandam ex rebus geſtis. 464
Gloria crocodili ingenium refert. 465. ex radice virtutum oritur. 466
Gratiarum Imp. pietas. 392
Gratitudo in principe commendabilis. 469. & ſeq.
Gratiarum principum exempla. 469. & ſeq.
Græcili cuiuſdam aſtutia in extorquendis nummis ab Auguſtæ. 592
Grimani præfecti iocoſeria pœna in ſtudioſos quoſdam 831

H.

HAdriani VI. liberalitas. 829
Hæretici non audiendi ſed puniendi. 473. & extirpandi. 889
Henrici Caſtellæ regis conſilium quod dedit filio. 422.
Henrici III. Galliæ regis ob perfidiam pœna. 437
Henrici VIII. Angliæ regis libido & tyrannus. 263
Hiſpani cuiuſdam ob perfidiam ſupplicium. 434
Hiſtorici in Repub. neceſſarij 175
Hiſtoriæ diligenter legendæ. 495
Hiſtoriarum lectione valetudo aliquando recuperata ibid.
Hiſtoria animi morbos ſanat. 495. eius varia vtilitas. 506
Homicidarum pœna 819
Humanitas in principe commendabilis. 507. eius rei exempla. ib. & ſeq.
Humilitas variorum principum. 511. & ſeq.

INDEX

I.

IMagines aureas & argenteas fieri fecit Christo & Apostolis Imp. 525
Imperator tres coronas accipit & cur. 559
Ingonis Venedorum reguli modus suos ad Christianismum perducendi. 472
Inuidi suijpsius tortores. 533
Ioannes Campegius quando honore receptus Patauij. 81
Ioannes Paleologus Turcis aditum in Græciam & Europam aperuit per fœdus cum Amurate ictum. 444
Ira quomodo coerceri possit. 533
Iudicia tuenda. 537
Iugurthæ dictum de Romanis. 83
Iulij Cæsaris clementia & moderatio. 187
Iurisconsulti in Repub. necessarij. 170. ab Vngaris aliquando repulsi. 630
Iustitia nullo modo corrumpenda, eiusque rei exempla 540. & seq. mater concordiæ. 548. diuturnum reddit imperium. 666

L.

LAdislai Vngariæ regis ob fidem violatam clades. 434
Laus aliena pulchrior quam propria. 566
Legati Veneti imberbes quid Friderico III. Imp. dixerint. 250
Legatio S. Ambrosij ad Maximum qualis. 568
Leges quales ferendæ. 570. & seq. latę non facili abrogandæ, aut mutandę. 573. ijs ipsi principes se debent subijcere. 576

Leonis Byzantij documentum pro concordia. 213
Leonis Imp. edictum de festis celebrandis. 426
Libri optimi consiliarij. 242
Libelli famosi authores puniendi. 813
Liberalitas Magistratui necessaria. 583. & seq.
Libidines variè punitæ. 609. & seq.
Libussa Bohemiæ regina rusticum sibi maritum assumit & regem facit. 58
Lingua optimum & pessimum membrum. 623
Linguarum cognitio vtilis. 624
Litigandi studium muniendum. 628
Lodoici IX. Galliæ regis pietas. 737
Lodoici XI. Galliæ regis liberalitas in rusticum, & in aulicum restrictio. 602
Lodoici Sfortiæ captiuitas miserabilis. 52
Lodoicus Vngariæ Rex ignoto habitu iudicia hominum de se explscabatur. 302
Lusus honesti exercendi. 631

M.

MAgistratus necessarius est. 715. debere amare Rempub. 49. eius rei varia exempla. 16. & seq. debet curare religionem. 344. in eum blasphemus puniri debet. 807
Magistratus non temerè suscipiendus & cur. 70 etiam puniendus si peccet, & quibus pœnis. 800
Malorum consortium quam noxium. 381
Maledicorum pœna. 812
C. Marij edictum priuati authoritas. 93
Malorum initijs occurrendum. 828
Maximilianus I. Imp. sarcophagum suum triennio ante mortem parari fecit. 211
Mercatores Reipub. necessarij. 179
Q. Metelli non vanus metus deuicta Carthagine. 128
Marcus Barbadicus Venetorum dux valde affabilis & benignus. 29

Maxi-

Maximi Senatoris vxor quo ſtratagemate à Valentiniano vitiata. 97
Milites externi potius eligendi quam inquilini & cur. 107. qui maximi idonei. 108. curandum vt ſint probi 110. Reipub. neceſſarij. 177
Militis cuiuſdam in ruſticum iniurij pœna. 530
Mileſiarum virginum furor. 879
Miſſæ effectus. 654
Mithridates calluit 22 linguas 624
Monopolia quomodo punienda. 823
Monita aliorum bona libenter audienda 231
Monetæ adulteratores quomodo puniendi. 824
Mortis meditationi qui principes ſtuduerunt. 645. & ſeq.
Monachi amandi. 891
Moſis clementia. 198
Munerum acceptio Reip. pernicioſa 672. & ſeq.

N.

NEronis clementia initio principatus. 181
Nero conſcientiæ furijs ob ſcelera agitatus. 227.
Nobilis Florentini ſtudium orbis cognoſcendi cõuerſum vt ſeipſum cognoſceret. 212
Notæ bonorum conſiliariorum. 244

O.

OCto rationes à peccatis deterrentes. 373
Officia parua non contemnenda. 676
Opifices Reipub. neceſſarij. 180
Orandi ſtudio qui Principes dediti 686. & ſeq.
Oratores in Repub. neceſſarij. 173
Oſualdi regis pietas 588

Ottonis III. in vxorem seueritas 557
Otium fugiendum & otiosi fugandi 700. & seq.

P.

PAtientia necessaria 707
Paricidarum pœna horrenda 811
Patriæ priuilegia se conseruaturos iurant multi reges 74
Paucis loquendum. 622
Pauperes blandè appellandi. 724. etiam ad officia admittendi. 725
Paulina Romana matrona quomodo ad adulterium perducta. 609.
Pax procuranda 730
Peccatum vitandum octo rationibus monstratur 373 & multorum principum verbis probatur. 388. item 736. & seq.
Peregrinationes vtiles 739
Peregrini non temerè admittendi. 742
Perfidiam perfidia vlcisci turpe est. 431. & seq.
Perfidorum supplicia. 433
Pericles quomodo sibi authoritatē conciliarit. 94. pestis patriæ. 248
Personarum acceptiò vitanda. 552
Phalaris Leontinos ebrietate subegit. 332
Philippi Macedonis moderatio & clementia. 185
Philippi II. Hispaniarum regis apophthegma de vita principum. 706
Philippi imp. humilitas & obedientia. 165
Philosophi in Repub. necessarij. 173
Phœnicū astus ab Afris irrisus postea ijs detrimēto fuit. 105
Pietas in Deum colenda 748. & in B. Virg. aliosque Sanctos. 762

Piscem primum à capite putrefieri, quid designet. 408.
Pisistratus primus Athenis bibliothecam constituit. 140 eius aphophthegma. 184
Placillæ Imperatricis pietas. 393
Pœnæ malis infligendæ & cur. 790. non accelerandę. 843. nec inusitatæ infligendæ 847
Poetæ in Reipub. vtiles. 176
Præceptoris boni septem officia. 372
Prodigalitas vitanda. 865
Promissa turpia non seruanda. 429
Ptolomei bibliotheca. 140. patientia. 150.
Pulcheria Theodosium Imp. cautum reddidit & quomodo. 97. eius prudentia. 875
Pyramidum ædificatores ignoti & cur. 24.

Q.

Quatuor veræ prudentiæ nouercæ. 258
Quadraginta tres Imperatores occisi. 456

R.

Regis cuiusdam factum quid ostendebat cur nam que rideret. 75
Religionis præcipua cura habenda, 170. 887
Religiosi vel cletici non exhæredandi. 894. & seq.
Renati Lotharingiæ Ducis pietas in hostem. 204
Reprehensio prudens esse debet. 881
Rodulphi Habspurg. comitis dictum. 733
Rodolphi Imp. clementia. 206
Romani Imperij rudimenta & incunabula quomodo cœpta. 674
Romani cur censores habuerint. 161
Romæ multa Xenodochia. 720

S.

Sacerdotes honorandi. 926
Sciluri Scytharum regis documentum pro concordia filiorum. 213

Sacrilegia punienda. 921
Scipionis Africani castitas insignis. 159. integra conscientia. 226 pietas & religio. 268
Senes aut ætate aut certè moribus Reipub. præficiendi. 249
Sesostris Aegypti regis impotens arrogantia. 451
Severitatem moderatam esse debere. 832
Sigismundi Imp. lepidum dictū. 294. de fide seruanda sententia. 429
Sigismundi Poloniæ regis clementia. 205
Simæ admodum studiosi. 317
Silentium rerum arcanarum seruare. 939
Socratis integritas. 261
Solon etiam moriens discere cupiebat. 318
Stephanus Poloniæ rex quanto pretio Muretum conducere voluerit. 83.
Storax quidam ob auaritiam discerptus. 79
Suantocopius Bohemiæ & Moraviæ rex fit eremita, & moriens quid dixerit 63
Suenonis Daniæ regis pœnitentia. 857

T.

TAssilonis Boiorum regis ob perfidiā pœna. 436
Themistocles dixit se malle ad infernum quā ad tribunal ire. 63
Theodoricus Galliæ rex ob solitudinis amorē à proceribus monasterio inclusus 96
Theodosius Imp furum latibula & abusum circa pœnam adulterarum abrogauit Romæ. 2. & seq. non quæsiuit purpuram sed oblatam accepit. 64
Ius obedientia & humilitas erga Ambrosium. 166. clementia 194. & seq mansuetudo. 641. orandi studium. 691
Theophili Imp. factum insigne quo vxoris auaritiam retudit 78.
Theologi in Repub necessarij. 169
Theodoricus Gothorum rex quomodo à conscientia exagitatus. 229

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tiberius adulatores auersatus est. 15. ædificauit multas domos Romæ 19. magos expulit. 637.
Tiberij I I. Imp pietas & largitas. 394
Titi Augusti liberalitas. 134. clementia. 190
Totilæ Gothorum regis inuicta iustitia in militem delinquentem. 550. castitas. 616
Traiani clementia 191
Tributum Ecclesiasticis non imponendum. 355. & seq.
Turcarum sententia de linguarum cognitione. 626

V.

VAlentinianus Imp. affectus egregiè frenare nouit. 52. eius clementia. 201
Valeriani Imp. seruitus misera. 456.
Venetorum ambitio retusa. 469
Vespasiani liberalitas in Iosephum. 591. clemẽtia, 197
Veterorũ cuiusdam dictum ad Augustum Imp. 471.
Vladislai astus 121
VVenceslaus Missam libenter audiebat. 655.

X.

XEnophontis factum militem gregarium confundentes. 119
Xerxis moderatio erga exploratores hostium. 185. eius aduersa fortuna. 455

Z.

ZEnobiæ castitas insignis. 156
Zopyr. fides erga Darium. 54

FINIS.

SPE-

SPECVLI MAGISTRATVVM PARS PRIOR,

CONTINENS CENTVM MAGISTRATVS BONI SIGNA.

PRIMVM MAGISTRATVS BONI signum est, Abusus tollere, & consuetudines salutares inducere, seu Restituere & renouare ea, quæ præclarè quidem prudenterq; in Rep. sunt constituta, post verò in desuetudinem venerunt, & neglecta sunt: nec non emendare ac corrigere ea, quæ cum damno atque dedecore in Remp. introducta sunt.

Abusuum correctio, & benè constitutorum renouatio.

MAGNVM & illustre Magistratus sibi comparare potest nomen, si & ab interitu ac contemptu vindicet quæ semel lata atque instituta in Rep. prudenter atque vtiliter fuerunt, & maturè occurrat, nec locum ijs in eadem concedat, quæ præter dedecus etiam damnum dare posse magnum videntur.

1. Hoc nomine *Cato* ille *Censorius* clarus Romanæ in Rep. extitit, de quo Plut. & Liu. lib. 3. & 4.

2. *Constantinus Magnus* Imp. supplicium crucis, à Romanis olim decretum maleficis, lege sustulit, teste Sozom. lib. 1. c. 8. Hinc S Aug. in Matt. Ser. 18. & Ser. 2. in Paraſc. ait: *Christus ipse, quia honoraturus erat fideles suos in fine huius sæculi, prius honorauit crucem in hoc sæculo, vt terrarum Principes credentes in eum prohiberent aliquem nocentium crucifigi.*

3. Quomodo *Theodosius* Imp. Romæ duas turpes consuetudines abrogarit, Socrates lib. 5. cap. 15. commemorat his verbis: *Vrbi Romæ* plurimum apportauit commodi, partim dando, partim auferendo. Nam sicut multa magnificè & liberaliter in eam contulit; sic duo, quæ illi magno dedecori fuerunt, ademit, quorum alterum fuit huiusmodi. Erant Romæ ædes peramplæ & vastæ antiquitus exstructæ, in quibus panis, qui suppeditabatur ciuitati, confectus fuit. His præfuerunt quos Romani patrio sermone mancipes appellant, qui tempore progrediente ædes illas furum latibula effecerunt. Nam quia pistrina ad ædes spectantia in profundo sita essent, & ad latera singularum ædium ædificatæ cauponæ, inque illis meretrices habitarent, complures idcirco, cùm, qui cibi capiendi necessitate adducti, tum, qui obscenæ libidinis intemperantia inflammati eò veniebant, per insidias dispoliati fuerunt. Nam machina quadam factum est, vt ex caupona in pistrinum præcipitarentur. His dolis delusi erant in primis peregrini, qui Romam incolebant. Qui cùm irretiti tenerentur coacti fuerunt in pistrinis molere, ac complures, non exire permissi, ibi vitam ad summam senectutem traduxerunt, suisq; attulerunt opinionē, quòd

quòd mortem oppetiuerant. In hunc laqueum vnus ex Imp. Theodosij militibus fortè incurrit, qui cùm in pistrinum conclusus exeundi potestatem non haberet, districto, quem habebat, pugione, eos qui eum egredi prohibebant trucidauit, reliqui, rei gestæ metu perterriti militem dimiserunt.

Demolitæ muscipulæ innocentiũ.

Imperator igitur, re intellecta, mancipes graui supplicio affici, ædes, quæ latronum erant perfugia, penitus disturbari iubet. Atque hoc vno dedecore Romam, ciuitatum omnium facile principem, ad istum modum liberauit. Alterum tale fuit: Si qua mulier in adulterio esset deprehensa, eam, cùm deliquerat, supplicij genere, non ad tollendum peccatum, sed ad augendum coercere solent Romani. Nam illam in angustum lupanar conclusam turpiter impudenterque scortari coëgerunt; quippe effecerunt, vti eo tempore, quo obscœnum illud flagitium admitteret, pulsarentur tintinnabula, vt eos qui adessent in proximo facinus minimè lateret, imò verò ex tintinnabulorum sonitu illud turpe, & ignominiosum supplicij genus omnibus liquidò constaret. De qua flagitiosa consuetudine Imperator certior factus, eam omnino non ferendam putauit, sed sestra (sic enim lupanaria illa nuncupabantur) demoliri iubet, aliasque leges, quibus mulieres in adulterio deprehensæ coërcerentur sancit: Quapropter Roma Theodosij Imperatoris opera his duobus turpissimis impurissimisque flagitijs liberata est. Hæc Socr. vide. Niceph. libr. 22. cap. 11. Card. Baron. an. Chr. 389. addit in aliquibus

Quid Romæ passæ sint adulteræ.

bus Italiæ locis hactenus in more esse, vt viduarum ad vota secunda transeuntium matrimonia hoc tintinnabulorum sonitu derideantur. Nec solùm has sordium cloacas Theodosius expurgauit, sed & alia turpia obscœnaque gentilitiæ superstitionis prorsus aboleuit. Semper etiam Romæ lex Iulia vigens ac vigilans extitit vindex aduersus adulteros.

4. D. *Ludouicus Francorum Rex*, quia decuriæ honoresque in ciuitatibus Galliæ largitionibus parari cœperant, istum morem graui edicto soluit, sibi primùm imperans, quod virtuti meritisue deberetur, fortunę auroue nõ daris histriones & parasitos aula exegit. Aemil. li. 7.

5. *Casimirus Polonorum princeps*, quia Superiorum negligentia & conniuentia inoleuerat praua & barbara cõsuetudo apud proceres & equites Poloniæ, vt iter facientes quotiescunque & vbicumque collibitum esset agros ac prata agrestium ac oppidanorum depascerentur, ac non modò pabulum, sed etiam victum omnem ipsis imperarent, atque adeò effractis horreis atque cellis per vim auferrent, neque contenti quantũ libuisset assumpsisse, reliquum etiam malitiosè profundebant, dissipabant, & corrumpebant, iumenta è pascuis & stabulis atq; etiam iuncta curribus & aratris vtenda, vel potius ad cursum abutenda abducebant, eaque vel fatigata, vel enecta dimittebant, vel si fortè placuissent retinebant, & vsurpabant. Adhæc in possessiones & facultates morientium Episcoporum & cæterorum sacerdotum inuadebant, easque crudeliter diripiebant. Quin & præfecti Principis idem faciebant, & Principis horrea, prædia, fiscumque facultа-

Consuetudo iniqua, iniusta, crudelis impia, abrogatur.

Auget, non minuit mala consuetudo reatum.

cultatibus, quæ cultus diuini administris & egentibus dedicatæ erant, augebant. Ob hanc, inquit, causam Casimirus anno Christi 1480. sub Alex. 3. Comitijs apud Leuciciam habitis, legem tulit, qua barbari illi & Christiano populo indigni mores & abusus omnino sublati sunt. Cromerus li. 6. de rebus Polonorum.

Vtinam vbique abrogarentur abusus, maximè ij, à quibus sæpè malè audiunt Tribunalia, quæ tanquam prædonum & latronum multis in locis sunt conciliabula, vt plerumque satius esset incidere in viarũ grassatores, quã in forenses harpyias, quæ paulatim fugunt litigantium facultates vsque ad sanguinem, & ad extremam desperationem sæpissimè producunt, vt illis satius ac dulcius sit mori quàm viuere, & rectè dixerit Chilo: *Comitem æris alieni ac litis esse miseriam*, & Columella: *Nisi cupedijs suffarcinatus & ferentarijs onustus libellis pergas, quibus dorophagos (doliuoros) expleas, sordidosq; ac nũmarios, luditur opera.* Hinc Plut. in libro nõ esse fœnerandũ, forũ appellat ἀσεβῶν χῶραν, impiorum regionẽ, & M. Cato, in Orat. de diuidenda præda militibus, rectè ait: *Fures priuatorum furtorum in nervo atque in compedibus ætatem agere, fures publicos in auro atque purpura*, teste Gellio li. 11. c. 18. Anacharsis etiam ab abusu multiplici forum vocat locum ad fallendum inuicem atque ad dandas auaritiæ manus destinatum. vide Locũ de pietate in Deum, & Petrum Greg. Tholos. de Rep. lib. 2. cap. 6.

Plin. li. 7. c. 32.

Cæl. Rhod. li 28 antiq. lect. c. 9.

De abrogandis iniustis litibus, validis mendicantibus, hæreticorum libris & hæreticis, de blasphemijs etiam, luxu vestium, ebrietate, impudici-

pudicitijs, vsuris, alijsque vitijs ex Rep. Christiana nè exstirpandis satis fusè egi in libello Germanico, quem Renouatum mundum nominaui.

SIGNVM II.

Adulatorũ fuga.

ADVLATORES TANQVAM VIRTVTIS inimicos procul à se pellere, & à Rep. arcere; seu, mellitas ipsorum voces in sinum & mentem non recipere.

QVemadmodum fulmen ossa sæpè diffringit, illæsa cute: ita assentatio, Magistratum præcordia vulnerat sub specie amicitiæ. Habet enim dulcissimam vocem Sirenis, at voracissimum ventrem Charybdis; blanda est, & tamen aspera; dulcis, & tamen amara; candida, & tamen nigra. Quid multis? facie humana est, & tamen vipera. Hinc Plato in Phædro: *Adulator, ait, est bestia omni humano generi pestilens, similis venefico, imo impuro dæmoni, qui animos incautos funestis epulis fouet, & sordibus noxijs inquinat.*

Adulator specie est amicus, animo hostis.

Sic assentatio perditorum iuuenum *Roboam* Regem fecit tyrannum (3. Reg. 12.) *Agrippa* senior cum Cæsareæ in splendido amictu & sublimi sella ad populum verba faceret, ei ab adulatoribus tanquam Deo cuidam acclamatum est: quas voces cùm ille libenter admisisset, sibique de tali honore in animo blandiretur, repente ab angelo percussus, & putrescente carne ac visceribus morbo pediculari consumptus est. Act. 12. Ioseph. 19. antiq. Iud. c. 7.

Blasphemia.

An-

Antisthenes dicebat, melius esse, incidere in coruos quàm in adulatores, quia hi viuentibus, illi mortuis oculos eruunt (Stob. ser. 12.) Et alius dicebat: Corui cadaueribus euellunt oculos; adulatores verò excæcant Principes, quos maximè omnium conueniebat esse oculatos. Perdiderunt hi Alexandrum Magnum; (Sabell. lib. 6. Ennead. 4.) perdiderunt dictum Agrippam, Iudæorum Regem: perdiderunt Iulium Cæsarem (Suet.) perdiderunt Antoninum Caracallam, & plures alios. (Xiphilin.) Quemadmodum enim pardus odoris gratia allectus feras inuadit atque occidit: ita adulatores blandiloquentiâ irretitos fallunt ac perdunt (Plin. libr. 18. cap. 17.) Hi sub aureo folio lethale venenum fundunt: hi vulpinis & caninis blandimentis, seu insidiosis sophismatis & phaleratis verbis populum decipiunt. Nam sicut quæ mentiuntur aurum & adulterina sunt, fulgorem duntaxat & nitorem auri imitantur, ita adulatores suauitatem quidem ac venustatem amici exprimunt, semper hilares se præbent, nunquam resistunt, semper amicorum personam gerunt, ministerijs vltrò sese offerunt, & conantur summo studio officiosi videri, nec non faciles sunt ad repræsentandos similitudine eos, quos adoriuntur, tum in negotijs, tũ in moribus: & tamen insensissimi sunt hostes & persecutores. Plut. libr. de discrimine adul. & amici.

Adulator ab amico vero vt dignoscendus.

Hinc S. Hieron. ad Celantiã ep. 14. de adulatorũ assentationibus ait: *Nihil est quod tã facile corrũpat mentes hominum, nihil quod tàm dulci ac molli vulnere animum feriat.* S. August. in Psalm. 69. *Duo sunt genera persecutorum, vituperantium & laudantium; sed plus persequitur lingua adula-*

adulatoris, quàm manus persequentis. Et Greg. Mag. 31. Mor. c. 20. confert adulatorem locustæ fructus deuoranti, & api, quæ mel præfert ore, sed aculeo pungit; & scorpioni, qui pungendo necat.

Q. Curtius li. 8. hist. scribit adulationē esse perpetuum Regum malum, quo sæpius eorum opes quàm ab hostibus euertantur. Diogenes adulationem mellitum laqueum appellat. Plut. dicto loco adulatorem patriæ & virtutis inimicum vocat, Epictetus in Enchiridio ait: *Vt corui mortuorum oculos, sic adulatores viuorum animos & mentes perdunt & excæcant.* Demosthenes orat. 3. contra Phil. ait: *Assentari & placida loqui in cōcilio Reip. perniciem maximam ei adferre solet.* Hinc Crates Thebanus aiebat eos principes, qui cum assentatoribus viuerent, non aliter desertos esse, quàm sunt vituli inter lupos. (Laert. lib. 6.) Philo Iudæus li. de migrat. Abrahæ, de ipsis ait: *Tam noctu quàm interdiu permulcent aures suis Regibus, nec tantùm applaudunt dictis eorum singulis, sed & prolixis eos ornant laudibus, quos tamen execrantur taciti, quantumuis fausta ominādo propalam.*

Ipse Deus per Syr. c. 2. ait: *Væ duplici corde, labijs sceleſtis, manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus vijs.* At eiusmodi homines sunt adulatores, se genio & naturę Principis aptare studentes. Nam *in malitia sua lætificant Regem*, &c. (Ose. 7.) & sicut scorpiones ore blandiuntur, sed cauda pungunt: sic isti loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum, (Ps. 27.) vno ore flare & sorbere volunt,

sunt,& vna manu ferunt lapidem, altera panem ostentant: in ore mel, in cauda aculeum vt apes gestant. Vt vmbra quicquid agas respondet & adest: sic isti quocunque te verteris circumagunt se, & sui semper dissimiles pro re nata sese adaptant. Vt heliotropium cum sole circumagitur, & quocunque se vertit sol, eodem flectit cacumen, noctu etiam tanquam desiderio solis contrahit florem: sic isti gnatones sese in omnibus rebus accommodant ad voluntatem Regum, nec quicquam nisi ad gratiam loquûtur, & quocumque Regum inclinat animus, eodem ipsorũ quoque mentes inclinant ac propendent.

1. Hac de caussa *Alexander Magnus* librum Aristoboli historici de rebus Alexãdri adulatorium projecit in fluuium Hydaspen, addens authorem digniorem qui proijceretur.

2. *Agesilaus Laced.* Rex dicebat adulatores non secus esse aspernandos & insectandos, quàm propriæ vitæ insidiatores. Idem dicebat, sibi iucundum esse laudari ab his, qui non vererentur & vituperare si quid displicuisset. Tales enim si quid laudant iudicio laudant, non metu aut adulatione. Plut.

3. *Antiochus Rex* Asiæ adeò circumseptus fuit adulatoribus, vt veritatem nunquam perceperit, nisi à quodam viro rusticano, apud quem diuersabatur. Nam cùm in venatu quodam (inter venandum) feram insequeretur, aberrans ab amicis ac famulis, in casam pauperum quorundam, quibus ignotus erat, mutata veste introijt, atque inter cœnam iniecta mentione Regis audiuit, tum quòd pleraque functiones mandaret amicis improbis, & ad eorum facta conniueret; tum quòd

immodico venandi ſtudio frequenter neceſſaria negligeret; ſeu, Regem quidem eſſe virum boni, ſed prauis conſiliarijs ſtipatum, quique ſeria regni negotia ob inſanum venandi ſtudium poſtponeret. Ad hæc tum temporis Rex nihil reſpondit, nec quis eſſet prodidit. At primo diluculo aduolantibus ad vile tuguriolum miniſtris, allata purpura ſimul cum diademate: *Age*, inquit, *ex quo vos indui heri primũ vera de meipſo audiui*, & non diſſimulanter diſſimulatoribus dixit: *Veritatem heri demum intellexi, nec à quoquam veſtrum, à quo tempore mihi adeſtis, liberiorem vocem audiui.* Nam ferè hoc ſtudio eſt ijs qui viuunt in aulis, vt nil dicant niſi blandum auribus. Plut. Et certè non decet Principem generoſum & circumſpectum audita ex monitore veritate cõmoueri, neque pati vt aſſentationibus decipiatur, ſed in ſeſe deſcendere, vt cognoſcat vtrum vera dicentes ipſi proſint, an mendacia loquentes ipſum decipiunt. Nullus enim eſt euiditior veritatis aut mendacij teſtis, quàm propria conſcientia. Philo: *Solius conſcientiæ tribunal nullis verborum technis circumſcribitur.* Malè ergo 3. Reg. 22. Achab odit Micheam vera vaticinantem, non paſſus (vt loquitur Perſius Sat. 1.) *auriculas mollis mordaci rodere vero.*

Auguſta confeſsio Auguſti.

4. *Auguſtus Cæſar* mortuo Varo ſupra modum dolere ſe aiebat, quòd iam non eſſet à quo verum audiret. Idem nullam peſtem magis deteſtabatur, quàm adulatores. Si quis inter ſalutandum flexiſſet caput, aut aſſentaretur blandius, eum foras detrudi & exigi iubebat. Cùm, ſpectante eo ludos, pronuntiatum eſſet à mimo, *O dominum æquum & bonum!* & vniuerſi quaſi de ipſo dictum exul-

exultantes comprobassent, statim manu vultuque indecoras adulationes repressit, & insequenti die grauissimè corripuit edicto, Dominumque se posthac appellari ne à liberis quidem aut nepotibus suis vel seriò vel per iocum passus est. Suet. c. 53.

5. *Tiberius Cæsar* adulationes adeo auersatus est, vt neminem senatorum aut officij aut negotij caussa ad lecticam suam admiserit, consularem verò satisfacientem sibi ac per genua orare conantem ita suffugerit, vt caderet supinus, atque etiam si quid in sermone, vel in continua oratione blandius de se diceretur, non dubitaret interpellare ac reprehendere. Dominus appellatus à quodam, denuntiauit ne se amplius contumeliæ caussa nominaret. Alium dicentem, sacras eius occupationes, & alium auctore eo senatum se adijsse, pro auctore suasorem, pro sacris laboriosas dicere coegit. Suet. c. 27.

6. Cùm *Pescennio Nigro* Imp. creato quidam panegyricum recitare vellet, dixisse fertur: *Scribe* laudes Marij, vel Hannibalis, vel alicuius ducis optimi vita functi, & dic quid ille fecerit, vt eum imitemur. Nam viuentes laudare irrisio est, maximè Imperatores, à quibus speratur, qui timentur, qui possunt necare, quo proscribere &c. Aelius Spartianus.

7. *Constantinus Imp.* Spadonum & assentatorum in aulis tantus erat hostis, vt eos tineas & sorices palatij crebrò appellaret. Alex. ab Al. lib. 2. cap. 19. Niceph. li. 8. Aurelius Victor hoc tribuit Licinio Imp. Sic Anaxilaus eos opum vermes vocabat. Eutrop. lib. 10.

8. *Alexan-*

8. *Alexander Seuerus* Imp. blandius aliquid in salutatione dicentem aut abijci volebat, si loci qualitas pateretur, aut cachinno excipi. AEL. Lampr. idem dicebat, veritatem Regum auribus minimè esse peruiam in tanta adulatorum turba. Volat. li. 3. Antrop. Alex. ab Al. lib. 2. c. 19.

9. *Iouinianus* Imp. de adulatoribus dicebat, deprehendi eos non Deum colere, sed purpuram, nec differre ab Euripo fluctus suos huc atque illuc subinde rapienti.

10. *Ludouico XI. Franciæ Rege* aliquando dicente, in aula sua abundè omnia quibus opus esset reperiri, vnum tamen abesse: cùm quidam familiarium rogaret, quidnam id esset, respõdit, *Veritas, quam pater meus animam agere dicebat, ego verò & quidem intestatam, mortuam esse puto.*

Tac. li. 1. Pessimum veri affectus venenum est adulatio. Q. Curtius lib. 5.

11. *Sigismundus Imp.* quendam, qui eum similem dijs dixerat, alapa cædebat, dicentique illi: *Cur me cædis Imperator? cur me*, inquit Sigism. *mordes adulator?* AEN. Syl. li. 2. de rebus gestis Alph.

12. *Philippo Regi Maced.* persuasit Demetrius eius consiliarius, (cùm intelligeret eum aliena vsurpandi cupiditate teneri) vt Græciam & Italiam occuparet. Hoc enim cõsilium sequutus, bellum mouit Athenienſibus: hi contra Philippum denunciunt sibi Romanos, qui, metuentes audaciam & potentiam Philippi, cùm antea etiam eum odissent, çùm ob fœdus cum Hannibale & Carthaginenſibus, tum quòd compererant eum meditari bellum inferre Italiæ, succurrunt Atheniẽsibus, & victo Philippo Macedoniam occupant. Tales vt plurimum euentus sequuntur adulatorum consilia, quæ principia quidem iucunda, at exitus amarissimos habent, vt ait Cic. 2. Rhet.

Contra

Contra *Alphonſus Siciliæ Rex* nihil magis in vita exhorruit quàm mendaces, nihil magis auerſatus eſt quàm paraſitos ac adulatores, quos etiam peſtem Principum appellare conſueuit, & varijs interdum pœnis ac cruciatibus affecit. Idem adulatores lupis haud abſimiles eſſe dicebat. Nam vt lupi titillando, palpando, & ſcalpendo aſinos vorant; ita adulatores deuorant quos infatuant, & ad perniciem Principum blanditijs tendunt ac mendacijs. Idem ex Sicilia nauigans, cùm vidiſſet garrulas aues triremem circumuolantes, attentaſque ſi quis bolus è triremi decideret, certatim illum arripere, quæq; arripuiſſet celeriter illam auferre, conuerſus ad ſuos dixiſſe fertur, *perſimiles ſunt his purpurati & Curiales aliquot mei. Simulac enim aliquod munus aut beneficium, hiantes ac dimicantes inuicē, à me acceperunt, profugiūt.* Notauit autem elegantiſſimè aſſentatores, qui præſto ſunt dum quod accipiant habemus, quo ablato aufugiunt, nunquam niſi vrgente neceſſitate redituri. Panor. li. 1. de rebus geſt. Alph. 11. Aen. Syl. de eius geſtis.

Aulici plerique præſtant ſe fidos dum prædam exſpectant, voti compotes facti ad priuatos fugiunt.

13. *Regius Propheta Dauid* Pſ. 100. prolixè deſcribit quos & quales in aula ſua ferat. Nō erat ſtipatus magno agmine aionum, negonum, ganeonum, gnathonum, balathronum, *Facientes*, ait, *prænariationes, odiui, &c.*

Ollares amici.

14. *Ludouicus VI. Francorum Rex* ſæpe diſſimulato habitu turbę ſe admiſcuit, vt liberas populi voces & iudicia de ſe exciperet, quò facilius & ſuis & Reip. mederetur incommodis. in Armil. Franc.

15. *Carolo VIII.* Ludouici XI. Regis Gallorum filio à pincerna ſuo familiariter ſciſcitanti, quid cauſſæ

cauſſæ eſſet cur tàm pauci Reges cælum poſt hanc vitam peterent? tandem, cùm alter cunctaretur, excidit, id ideo fieri quòd principes pauciſſimos circa ſe habeant veri honeſtiq́ue monitores. Io. Michael Anat. corp. Pol. c. 39.

16. *Antigonus Rex* ſacrificans dijs precabatur, vt ſe à ſimulatis ſeruarent amicis, interrogatus cur hoc à dijs optaret, *quia*, inquit, *hoſtes cum cognoſco mediocri diligentia caueo, at ab amicis fucatis & perfidis non poſſum mihi ipſe cauere, ſed Deo protectore opus eſt.* Max. Ser. de amic. Rectè, nam veriſſimum eſt illud Theogn.

ἐχθρὸν μὲν χαλεπόν καὶ δυσμενῆ ἐξαπατῆσαι,
Κύρνε φίλον δὲ φίλῳ ῥᾴδιον ἐξαπατᾶν.

Fallere difficile eſt inimicum, at amicus amicum
Fallere non magno, Cyrne, labore poteſt.

Et illud Cic. 1. in Verr. Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quàm eæ, quæ latent in ſimulatione officij, aut in aliquo neceſſitudinis nomine. Nam eũ, qui palam eſt aduerſarius, facile cauendo vitare poſſis, hoc verò occultum, inteſtinum, ac domeſticum malum non modò non exiſtit, verùm etiã opprimit antequam perſpicere atque explorare potueris.

Sunt *adulatores blandi*, vt ait S. Hieron. lib. 1. adu. Pelag. *inimici*, ſunt peſtis Reip. morum pernicies, patriæ turbo atque procella, qui leges, pacis ornamenta, religionis præſidia, omniaq́ue pietatis ſtudia peruertunt. Operam enim dant, vt Magiſtratuum corpora aſſiduis morbis obnoxia, & Reip. neceſſarijs rebus obeundis inutilia reddant, dum ea tradunt mulieribus effœminãda, & ebrietatibus frangenda, animum autem libidinibus,

bus, superbia, auaritia, crudelitate corrumpunt, vtque vmbratilis, imbecillus, valetudinarius, insanus habeatur Magistratus efficiunt. Illorum opera fit, vt Principis gaza non sit virtutis, sed libidinis instrumentum, & opes, quæ erant bonis viris communicandæ, ad homines impuros deferantur, vt decus pudoris intereat, turpitudo victrix exultet, innocentia miserè vexetur. De omnibus pessimè, de se magnificè loquūtur, immani auaritia sunt, flagitijs quibus magistratus deditos vellent virtutum nomina imponunt, & à negotijs ad otium, libidinem, luxum eos traducunt. Ne quis probus ad Regem accedat, ne authoritatem habeat, mendacijs & calumnijs efficiunt, inter se autem fœdus faciunt & societatem sceleris ineunt. *Tu me*, dicunt, *laudabis apud Regem, ego vicissim industriam & sapientiam tuam verbis extollam. Tu dicito me dignum hoc honore* &c. Impedimento Regi sunt, ne bonorum præsidio sepiatur, & fidelibus amicis & consilio salutari muniatur, sic eum circumuallant, vt bonorum auxilio denudetur. Dant enim operam mutuam, ne quis alius in Regis familiaritatem veniat, qui opes, qui honores intercipiat. Sic adulatores incitabant Saulem contra Dauid fidelis. ministrum (1. Reg. 26.) & adulator Idumæus trucidabat innocētes sacerdotes (1. Reg. 22.) quos alij Saulis ministri ne attingere quidē volebāt Rectè igitur Satellius ille Quadratus apud Sen ep. 27. ait, *adulatores dominorū suorū sūt arrosores, arrisores, & quod his duobus coniunctū est, derisores.* & S. Hierō. To. 1. ep. 4. Ne credas laudatoribus tuis, imò irrisoribus aurē ne libēter accōmodes, qui cū te adulationib⁹ fouerint, & quodāmodo impetū mētis offecerint,

si subitò

si subitò respexeris, aut ciconiarum post te de-
prehendes colla curuari, aut manu auriculas a-
gitari asini, aut æstuantem canis *protendi lin-*
guam.

Sed rectè dicit Esaias c.5.v.20. *Væ qui dicitis ma-*
lum bonum, &c. Lutetiæ enim ostenditur in foro
frumentario os cloacæ, in qua sepeliri se iussit
quidam, quem serò pœnituit mali consilij & pra-
uæ adulationis. Hic viderat Regem tristem & so-
licitum propter angustiam rei pecuniariæ. Is qui
Regem subleuaret, suasit, vt ex minimis etiam
rebus, quas rustici deferunt in vrbem, vnum aut
alterum nummulum exigeret, idque in biennium
duntaxat. Ex eo, cùm viderent in vrbe frequentis-
sima colligi pecuniæ vim non modicam (iuxta
sententiam Hesiodi, ex multis minutis (granis)
conflatur ingens aceruus) non remissum est, quod
semel cœptum est dari, imò ad hoc exemplum
plures exactiones excogitatæ sunt. Qui dederat
consilium, cùm videret se non idem authoritatis
habere in dissuadendo quod habuerat in suaden-
do, in maximos animi mœrores incidit, adeò vt
de salute quoque sua desperaret. Et vt de seipso
pœnas sumeret inconsulti consilij, simulque mo-
neret alios, ne ad eundem impingerent lapidem,
testamento cauit, vt in ea cloaca, in quam totius
illius fori sordes confluunt, sepeliretur, in quo
manet etiamnum in hunc vsque diem exactionis
executio. Videte adulatores, ne ijdem conscientiæ
aculei vos aliquando lancinent: Videant & Ma-
gistratus pœnas eorum, qui adulatoribus patefe-
cerunt aures, in Theatro meo historico, & legant
P. Ribadineiræ Principem Christianum, Ioan.
Marianæ li.2. de Rege & Regis inst. cap. 11. Osorij
lib.2.

libr. 2. de institut. Regis, & Fran. Patr. libr. 4. de Regno. Placet hæc concludere his S. Hieronymi verbis: Beata mens est, quæ perfectè adulationem vincit, & nec adulatur aliquando, nec adulanti credit; quæ nec decipit alterum, nec ipsa decipitur; tantumq; hoc malum nec facit aliquando, nec patitur. *Tom. 9. epist. 1.*

SIGNVM III.

ADVLTERII SCELVS GRAVISSIMIS pœnis mactare.

Adulteros punire.

1. *Alexander Magnus* cùm fœmina eximia specie nocte iam concubia venisset cum eo dormitura, rogauit, cur tam serò venisset, illa cùm respondisset, se exspectasse donec maritus cubitum isset, Rex quasi telo ictus, & calore omni remisso (facem amouit) mulierem omisit, & ministros accitos grauiter obiurgauit quòd aditum dedissent, *reducite*, inquiens, *hanc, nec adulterij ansam mihi præbeatis.* Cùm Philoxenus maritimæ rei præfectus ad eũ scripsisset: Esse apud se Theodorum mangonem, eumque vænales habere duos pueros forma eximia, &c. Ijs lectis valdè indignatus, & identidem exclamans amicos interrogabat: quid Philoxenus in se tam fœdum vidisset, vt tantam maculam sibi inureret? imò in epistola ad ipsum multis eum probris scidit, iussitque Theodorum illum cum mercibus suis in malam rem ablegare.

2. *Dionysius Senior*, cùm intellexisset filium, cui principatum relicturus erat, ingenui viri coniugem adulterasse, iratus interrogauit, an vnquam tale quidquam in patre comperisset: Hic adoles-

cens: *Tu*, inquit, *non habebas patrem Regem. Ne tu*, subiecit pater, *Filium Regem habiturus es, ut talia perpetrare desinas.* Tyrannus in filio dignum exhæretatione crimen iudicabat adulterium. Quid fit? Cùm filius patri succederet, haud multo post ob indigna facinora Syracusis pulsus est, tandem ludimagistrum professus pueros in triuio docebat. Fulgosus li. 7. c. 2. Plut.

3. *Balduinus Flandriæ Comes*, Byzantinus Imp. ne impudico quidem aspectu mulierem intuitus est, & bis qualibet hebdomade proclamari iubebat, ne quis in suo palatio cubaret, qui alienam vxorem attigisset. Nicetas.

4. *Antoninus Pius* Imp. æquissimam tulit legē, ne maritus adulterij accusare posset vxorem, si ipse impudicè vixerit, & vxori moribus suis non præbuit exemplum, ita tamen, vt ambo damnentur, si ambos pariter impudicos cōflictus ipse cōuicerit, vide Vlp. l. 2. de adult. l. miles §. iudex, & ad legem Iuliam de adult. S. Augustinus li. 2. de adult. coniug. c. 8. hanc legem commendat.

5. *Seuerus* Imp. legem tulit de mœchis, & ampliauit legem Iuliam de adulterio, vt non solùm nuptæ, sed & sponsæ eidem tenerentur obnoxiæ, in maritum quoq; crimen non vlciscētem causam prosequēdo voluit vlcisci. Vlp. l. 2. §. si publico & l. 13. §. diuus Seu. Dio.

6. *Aurelianus* Imp. militem, qui adulterium cum hospitis vxore commiserat, ita puniuit, vt duarū arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis deligaret, easdemq; subitò dimitteret, vt scissus ille vtrinq; penderet. Ancillam etiam suam, quæ cum seruo adulterium fecerat, capite puniuit. Vopiscus. Rectè, turpissimum enim est fun-

dum

dum alienum arare, & familiarem (genitale aruum vxoris, vt ait poeta) incultum deserere. Fusius de his signo 27. & par. 2. signo 51. nec non in Theatro historico.

SIGNVM IV.

Splendidiores facere vrbes ædificijs & artificijs.

ÆDIFICIIS NOVIS (NON SVPERfluis, sed necessarijs) vrbes (nō rura) exornare, maximè eas, quæ per se surgere non possunt, conuertēdo priuatas (nō publicas,) pecunias ad publicū bonum, & patriæ ornamentū, nec quæ ædificia publica sumptibus alij magnis excitarunt intercidere pati.

1. *Avgustus Cæsar* vrbem inundationibus & incēdijs obnoxiam adeo excoluit, vt iure sit gloriatus λιθίνεμ (marmoream) se relinquere, quam πεπίνεμ (lateritiam) accepisset. Tutam verò, quantum prouideri humana ratione potuit, etiam in posterū præstitit: Hæc enim materia ædium incendiū concipere facilè non potuit. ipse tamen habitauit ædibus modicis, & neque laxitate neq; cultu conspicuis. Sab. li. 1. Enn. 7. Suet. c. 72.

2. *Tiberius* Imp. multa restituit in vrbe ędificia quæ corruerant, nullumque prorsus sibi vendicauit, sed eis reddidit nomina eorum, à quibus ædificari cœpta essent. Etiam ab Augusto inchoata ad fastigium perduxit, Augustique nomen ijs inscripsit. Dio li. 57.

3. *Herodes Rex Iud.* plurimas vrbes adiuuit, aut exſtructis publicis operibus, aut ſicubi incœpta pendebant (propter inopiam) pecunijs in abſolutionem eorum erogatis. Ioſeph. li. 16. cap. 9. antiq. & lib. 1. ca. 16. bel. Iud.

4. *Arnulfus Cæſar*, vrbem Ratisbonam vel Reginoburgum, metropolim Bauariæ ſummè dilexit, atque cùm incendio eſſet defœdata, eius muros ampliauit, ædes adornauit, & cœnobiũ S. Emerani cenſuis annuis locupletauit & auxit. Cuſpin.

5. *Conſtantinus Imp.* cùm vetera ædificia Conſtantinopoli auguſtiora in omnibus reddidiſſet, & noua longè ampliora erexiſſet, carcerem tamen, vt ſe habebat, humilem atque depreſſum, paucorum hominum capacem, nullo auctum additamento, reliquit. Idem Drepanum oppidum, in quo genitus erat, egregiè amplificauit, & Helenopolim in matris honorem cognominauit, vt Pius II. Pont. Corſinianum incunabulum ſuum in ciuitatem redegit, & nomine ſuo Pientiam fecit. Extat eiuſdem Conſtantini conſtitutio: Si quis ciuitate ſpoliata ornatum, hoc eſt, marmora vel columnas ad rura tranſtulerit, priuetur ea poſſeſſione. li. 6. C. de ædif. priu.

6. Decet Magiſtratum ingentia opera publica, eodem quo exſtructa ſunt animo, ab interitu vindicare, vetuſtate vel iniuria temporum lapſa inſtaurare, & ſarta tecta tueri. (Muta quidẽ ſunt illa, & anima carent, ſentire tamen & lætari videntur quòd niteant, quòd frequententur &c. Plin. Paneg.) Nequaquam autem decet eum falſo ædificationis operum publicorum prætextu publicas pecunias corradere, aut ſuperfluis exſtructionibus

ctionibus populi odium excitare. *Vespasianus Imp.* per totum imperij tempus nihil habuit antiquius quàm prope afflictam nutantemq; Remp. primò stabilire, deinde & ornare. Quin restitutionem Capitolij aggressus, ruderibus, purgādis manus primus admouit; ac suo collo quædam extulit. Suet. ca. 8. & 17.

7. *Traianus*, licet parcus in ædificando priuatim, publicè tamen magnificus fuit, tot tantaque locis opportunis exstruxit, vt orbem terrarum, teste Eutropio, ædificasse videatur. Plin. paneg.

8. *Domitianus* plurima & amplissima opera incendio absumpta restituit. Suet. c. 5.

9. *Septimius Seuerus*, Romæ omnes ædes publicas, quæ vitio temporum labebantur, instauravit, nusquam prope suo nomine adscripto, seruatis tamen vbique titulis conditorum. Spartianus. Vtinam hæc obseruarent omnes vrbium [illegible] conditores, sed custodes.

10. *Alexander Seuerus*, opera veterum Principum instauravit, & maximè pontes omnes quos Traianus fecerat, aliquos etiam nouos fecit, sed instauratis Traiani nomen reseruauit. Lamprid.

11. Quàm diligens fuerit Tiberius I I. in antiquorum Principum ædificijs operibusque publicis instaurādis, ipse fatetur ad Sabinianum apud Cassiod. 1. var. ep. 25. & 4. ep. 30. hisce verbis: *Quorum* (Principum) *fabricis dedimus longissimam iuuentutem, vt pristina nouitate reluceant, quæ iam fuerant vetustosa senectute fuscata.*

12. *Alphonsus* Aragonum Rex infinitas propè vrbes, oppida, arces, terræmotu concussas & laceras

laceras sumptu ac diligentia incredibili instauravit, ac demum Neapoli Regiam (cui Nouo castro fuit nomen) à fundamentis euersam, munitiorem longè ac splendidiorem quàm antea, erexit. AEneas Piccol. de regno Neap. c. 60.

13. *Henricus IV. Galliæ* Rex locum suum natalitium multis magnisque ædificijs & basilicis ornauit & amplificauit, in eoque Vniuersitatem constituit.

14. Vtinam in omni Rep. magistri operum circumspicerent, ne ædificia & itinera ciuitatũ ruinosa aut indecora fierent. vtinam muros turresque ciuitatum diligenter firmarent. *Nehemias* ideo curauit multa diligentia, accepta potestate ab Artaxerxe, restitui & reædificari muros Hierusalem, ne illa ciuitas esset in opprobrium inimicis. Nehem. 2. c. 2. v. 17. Et cùm Sanaballat impedire vellet opus, populus vna manu portabat onera vel ædificabat, altera tenebat gladium, paratus ad repulsionem inimicorum, qui impedire opus decreuerãt. vtinam etiam Magistratus omnes vias stratas diligenter conseruarent & reficerent, & ab his, quæ viatoribus obesse possunt, repurgarent: idcirco enim maximè vectigalia illis dantur. at planum & expeditum sit iter, & (à latronibus & prædonibus) securum, nihilque clausum, fœtidum, alioue modo noxium, habeat. consule Annales Baronij an. Christi 330. & Progym. Pontani Vol. 3 par. 2.

SIG.

SIGNVM V.

IN SPLENDORE ET MAGNIFICentia ædificiorum modum tenere, luxum vitare ac prohibere.

In ædificijs decorum ſeruare.

MEgarenſes ædificabant quaſi ſemper victuri, comedebant quaſi altero die moriturí. Plut. de diu. cupid. At 1. *Traianus imp.* legem tulit ædificatoriam, ne ædificiorum priuatorum altitudo 60. pedes ſuperaret, idque propter ruinas facilis, incendia damnoſa, exitioſos ſumptus. Aurel. Victor. in Cæſarum epitome.

2. *Auguſtus Cæſar* cum videret ciues maximis impenſis ædificare domos, edixit, ne quis ſupra 70. pedes ſublimius ædificaret. Alex. ab Ale. li. 5. c. 24. vtinam Magiſtratus populum docent quomodo in ædificijs exſtruendis obſeruandum ſit decorum, & luxus vitandus. Hac enim ratione tot ciues tam temerè non deſtruerent, ædificarent, quadrata rotundis mutarent; ſed horam illam decretoriam (quia relicto omni ædificiorum ſplendore ſolis ſtipati vermibus ſarcophago contenti eſſe debebunt) propius imminere conſiderarent. Pulcher dicebat ille Belga: **Latet vns muren / da wi gedencken ewig to buren.**

3. *Cicero* 1. de Off. proponens ſeptem præcepta de decoro in ædificijs ſeruãdo, inter cætera, vult, vt nimius luxus, ſumptus, & magnificentia vitetur, & modus adhibeatur, & vt domus ornetur potius virtutibus & dignitate domini, quàm dominus dignitate domus. Huc pertinent ſequẽtes verſus.

Οἶκος ὅδ' ἐστί μικρός, τόδε γὰρ σημεῖον ἄριστον
τῆς πενίης μικρότης, τῆς δ' ἀρετῆς πενίη

Non est magna domus, quid tum? sub paupere tecto
Sæpè etiam virtus ingeniosa latet. Et versus Palladæ:

σώματα πόλλα τρέφειν καί δώματα πόλλ' ἀνεγείρειν
Ατροπός ἐς πενίην ἐστίν ἑτοιμοτάτη:

Aedificare domos & corpora pascere multa
Ad paupertatem proximus est aditus.

Quoniam Reges nonnulli Aegypti in exstructione Pyramidum populum DEI laboribus ad interitum vsque vexabant, & pecunias regni absumebant, populus eos mortuos præ odio ne nominare quidem voluit, sed eorum pyramidas dixit esse pastoris Philitionis, qui per loca ista pecudes pascebat, vt diuino iudicio superba illorum intentio fuerit elusa, quique se in æternum immortales esse volebant, & nomina æterna (cum populi sudoribus crudelibus opera magnifica exstruendo) venabantur, eorum ne nomina quidem recensebantur. Clamat enim afflictorum & oppressorum sanguis & gemitus ad Deum, qui altissima domicilia montium deijcit, & gloriam huius mundi in vappam conuertit. Conuertitur in tyrannidem, compulsio dura subditorum ad opera publica perficienda: nam & iste modus opprimendi populum Israeliticum recensetur Exod. 1. Melius est opera non agere sumptuosa & vana, quàm corpora, animarum pretiosarum vasa, laboribus enecare, ad quę nec Romani liberos homines cogebant, & nisi

Herod. l. 2.

Vide ca. 4. Dan. v. 27. & ca. 11. Gen.

nisi sontes, vita concessa, illis adiudicabant, vt hodie in Gallia & alibi rei criminum ad triremes nauium publicarum & regiarum damnantur. Consule Ecclesiasten Salomonis c. 2. v. 2. de vanitate splendidorum ædificiorum.

SIGNVM VI.

AERARIVM (HORREVM) PVBLICVM conseruare, eoque parcè vti.

Aerario publico parcè vti.

IN corpore ciuili, seu in Rep. (vt & in corpore physico) requiruntur nerui. Dicebat autem Mutianus pecuniarum vim Remp. stabilire. Dum ærarium laborat, tota Resp. laborat. Fit autem hoc, cùm aut pecuniæ conquirendæ modi ignorantur, vel negliguntur, aut parum diligenter asseruantur conquisitæ, aut rationes publicæ tam rerum quàm officiorum rarò exiguntur. Arist. 5. Pol. c. 8. vult, vt, ne ærarium compiletur, pecuniæ per curias, tribus & centurias, corona uium spectante, in gazam deferantur, & dictæ rationes sæpius exigantur: aliter enim vngues vulturum mordicus tenebunt prædas, & in priuatos vsus, quod publicum est, iniustè rapietur. Hinc apud Rom. ærarium, seu pecunia communis, asseruabatur in ædeSaturni (sub quo in Italia cūctis vniuersa erāt cōmunio) Iustin. li. 43. quòd locus ille aditu omni præseptus, præruptus vndiq;, & ab accessu munitus esset. (Plut in Publicola, Macrob. 1. Sat. c. 8. Alex. ab Al. li. 2. cap. 2.) Athenienses Delphis thesauros suos omni tempore intactos habuerunt. (Diod. Sic. li. 11. Aemil. in Aristide.)

Pecuniæ nerui gerēdorum, in nouel. 58.

Vespas. Imp. dixit, neruos Imperij esse pecuniam.

Semper autem cauendum est, ne, per ambitionem ac prodigalitatem exhaustum ærarium, p scelera suppleatur. Tac. lib. 2. annal.

1. *Pharao* Rex AEgypti è publico ærario fr mentum emit, quod ingruente fame distribu secundùm prudentiam Ioseph, ne populus fa periret, & hac prouidentia ærarium ditau Gen. 41.

2. Constituit etiam publicum ærarium *Sal mon*, ait enim in Ecclesiaste ca. 2. v. 8. '*Coacerua mihi argentum & aurum, & substantias Regu & prouinciarum.* Substantiam vocat numisma thesauros (vt exponit D. Tho. de Regimine pri cipum lib. 2. c. 7.) collectos ex tributis, tum ab ip so, tum a patre Dauide, de quibus li. 2. & 3. Reg

3. Idē fecit, in historia Iudith, *Holofernes* pri ceps Regis Nabuchodonozoris, quando inua regiones Syriæ & Ciliciæ: tulit enim aurum & argētum multū nimis de domo Regis paratum

4. *Septimius Seuerus* Imp. publicis opibus ade parcè & moderatè vsus fuit, vt ciuitatem Rom nam longè ditissimam rebusque omnibus neces sarijs refertam reliquerit, & in singulis offici aulici ministerij voluit solum esse tot homine quot necessitas postulabat. Lamprid.

Vide de prodig.

5. *Alexandrum Seuerum* aurum & argētum ra rò cuiquam nisi militi diuisisse legimus: dicebat enim nefas esse, vt dispensator publicus in dele ctationes suas suorūve conuerteret id, quod pro uinciales dedissent. *Idem.*

6. Quis Nerone & Caligula prodigalior? qui vtroq; crudelior? alter enim vicies millies HS (quinquaginta milliones Philippicum seu duca torum Italic.) immanibus largitionibus effudit

tande

tandem exhaustus & egens calumnijs & rapinis intendit animum. Suet. c. 56. 58. 31. 37. alter amplius tricies millies HS. (75. milliones Phil.) primo sui principatus anno absumpsit. Exhaustus igitur atque egens, ad rapinas conuertit animum, vario, & exquisitissimo calumniarum, & auctionum, & vectigalium genere. *Suet. vicies & septies mill. HS.*

7. *Nerua*, vt impendia quantum posset contraheret, sacrificia non pauca, ludos Circenses, atq; alia spectacula dissoluit atq; sustulit. *Dio. Cassius.*

8. *Antoninus Pius* Imp. salaria multis subtraxit, quos otiosos & inutiles videbat, dicens, *nihil esse stolidius, imò nihil crudelius, quàm si Remp. ij arroderent, qui nihil in eam suo labore conferrent.* Iul. Capit.

9. *Maximilianus* I. *Imp.* cùm consideraret quãtas Principi profusio soleret adferre calamitates, non temere quicquam cuiquam nisi optimè merito largiebatur, illud identidem dictitans: *Tene mensuram, & respice finem.* Laur. Pecenstenus in Symb. Impp. verissima certè est vox illa ad Augustum Cæsarem: Magnas opes non tam quæri multa capiendo, quàm multa non perdendo.

Sallust. (in Catil.) ex sententia Catonis commemorat, deficiente ærario Romanam Remp. ad nihilum redigi cœptam: esse enim ærarium simile humano stomacho, qui quãdiu cibum idoneum receperit, facit vt membra corporis omnia suam incolumitatem retineant, cùm verò non recipit, omnia languescant, ne tandem concidant.

SIG-

SIGNVM VII.

AFFABILEM ESSE.

Affabilem esse.

CONVENIT Magistratibus, qui se charos vniuersis esse cupiunt, faciles aditus habere, multa signa benignitatis ostendere, homines nominatim appellare, dare signa lætitiæ, cùm eos in felicitate versari vident, & contra præ se ferre mœstitiam, cùm incommodis vexatos animaduertunt, nec non beneficiorum gratiam ipsis referre. Hinc S. Ambros. 2. de off. c. 7. ait: Placiditate mentis & animi benignitate influamus in affectum hominũ. Popularis enim & grata est omnibus bonitas, nihilque quod tam facile illabatur humanis sensibus. Ea si mansuetudine morum ac facilitate animi, moderationis præcepti & affabilitate sermonis, verborumque honore, patienti quoque sermonum vice modestiæque adiuuetur gratia, incredibile quantum procedit ad cumulum dilectionis. Legimus enim nõ solùm in priuatis, sed etiam in ipsis Regibus, quantum facilitas blandę affabilitatis profuerit, aut superbia verborumque obfuerit tumor, vt regna ipsa labefactaret, & potestatem solueret. Iam si quis consilio, vsu, ministerio, officijs popularem comprehendat gratiam, aut si quis periculum suum pro vniuersa plebe offerat, non est dubium, quòd tantum charitatis à plebe in eũ transfundatur, vt populus salutem eius & gratiam sibi præferat.

Vide signũ 10.

1. *Artaxerxes* Cyri frater, cognomento Memor, non solum seipsum affabilem præbuit volentibus, verùm etiam vxorem iussit sublatis currus aulæis vehi, vt ijs, qui eam conuentam vellent,

vellent, etiam in itinere pateret aditus. Plut. in apoph. Regum.

2. Apud *Romanos* Tribunitiæ domus fores non interdiu, nõ item noctu occludebantur, ceu portus quidam ac refugium celebre, quo indigentibus semper & facilè pateret aditus. Cæl. li. 8. antiq. lect. c. 1.

3. *Augustus Cæsar* adeuntium desideria tanta comitate excipiebat, vt quendam ioco corriperet, quòd sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem, (timidè.) Suet.

4. *Marcus Barbadicus* Venetorum Dux, ne ob curarum multitudinem minus ad se aditus inopibus pateret, voluit, vt omniũ qui audiri vellent nomina in sortem octauo quoque die conijcerentur, atque ita quorum nomina primò educta essent, illi ad suum tribunal prius aditum haberent. Quo factum est, vt neque ambitio, neque gratia inopiæ obstaret, neque spes illius adeundi cuiquam adimeretur. Sabell. libr. 3. dec. 4.

5. *Franciscus Sfortia* Mediolanensium Dux, in publica constitutus audientia, exteros & infimos quosque primò omnium summa humanitate & clementia audire solebat. Pont. c. 15. de beneficẽtia.

6. *Alphonsus*, Alphonsi iunioris Calabriæ Ducis auus, hac vna re potissimum beneuolentiam hominum sibi conciliauit, quòd neminem patiebatur tristem à se abire. Pont. de principe.

7. *M. Aurelius Imp.* à Fuluio Senatore scommate notatus seu reprehensus, quòd nimia familiaritate erga omnes authoritatem Imperatoriam parum tueretur, coram Senatu prolixam oratio-

nem

nem habuit, qua ostendit plurimum obesse pr
cipibus morositatem & austeritatem, prode
comitatem, operamq; ijsdem dandam, vt viui
beant, qui Deos pro ipsis precẽtur, mortui à q
bus celebrentur. *ideo*, inter cętera ait, *me omnib*
do, vt omnes se mihi dent. Piscator fluuiatilis,
diuersos in flumine pisces capiat, non vno solo
cibi genere vtitur. animi auari & inexplebi
corda sibi claudi susq; deq; ferunt, dum arcę a
riantur: at viri generosi & præpotentes arcas
bi pecuniarum claudi paruipendunt, dummo
corda in amicis inueniant aperta. Princeps
benigna ergo suos conuersatione tantaque e
singulos comitate & affabilitate vtatur, vt s
conuersationis suauitate abundè sibi satisfact
singuli censeãt. Salarijs enim Principes obseq
tantùm ministrorum compensant, benignis a
verbis illorum etiam animos furtim sibi conc
liant. Experientia docet, plerosque emptorũ pl
ris in taberna aliqua emere malle, cuius instito
est affabilis, quàm minoris in alia, cuius merc
tor morosus est. Tarquinius vltimus inter 7. pr
mos Rom. Reges ingratissimus aduersus soce
fuit, proditor patriæ, & Lucretiæ violator, & n
men non ingratus, proditor, adulter, sed Tarqu
nius Superbus fuit cognominatus, ob solã mor
asperitatem. Iulius Cæsar vltimus Dictator,
primus Imperator, cùm laudabilis esset consu
tudo, vt Imperatorem Senatores genibus nixi s
lutarent, & Imperator ipsis habita dignitatis c
iusque ratione assurgeret, quoniam per arroga
tiam ritum illum seruari noluit, 23. vulneribu
confossus vitam perdidit. Sicut medici paulul
rhabarbaro multos expurgant humores corpo
ri

Vide Horologium Principum.

Quid. Dextera præcipuè capit indulgentia vientes.

Laert Qui tutò regnare volunt, beneuolentia, non armis, stipari studeant. Dedecus & detrimẽta pediſſequæ ſuperbiæ.

ris, sic minima principis beneuolentia plurimas tollit ex cordibus subditorũ vomicas. Princeps catenas auferens à pedibus vinctorum, cordibus eas inijcit subditorum.

8. *Cicero* in lib. de petitione consulatus, hac potissimum' via ad honores & magistratus conscendi affirmat, si, qui eos appetit, fauorem sibi beneuolentiamque conciliet.

9. Qui *Absolon* beneuolentia sibi animos subditorum deuincire voluerit, lege 2. Reg. 15.

Breuiter comitas necessaria est ad referendã bene meritis gratiam, ad parandam gratiam, ad parandos aduersarum rerum socios. Est quoque humilitas beneuolentiæ conciliatrix egregia, vide de humanitate & humil. nec nõ Triumphum virtutum.

SIGNVM VIII.

AFFECTVS SVOS ETIAM IN REbus licitis coercere, atque adeo nullum ijs locum dare.

Affectus frenare.

1. S. Ambros. li. 1. de S. Iacob & vita beata, agens de passionũ compressione, c. 1. ait: Qui (*Dauid*) cupiditatem, qua cõcupierat aquam de lacu Bethleem hostili intercluſam exercitu sibi auferre non potuit, potuit mitigare. Nam cùm alijs vtique defuisse non inueniamus, id est, tanto exercitus numero, cùm vtique multo minus Regi deesse potuerit ex cæteris fontibus aqua, irrationabilẽ quandã concupiscentiã passus, desiderauit eã quæ hostiũ erat circũfusione vallata, vnde sine maximo periculo non potuisset deferri. itaq; ait: Quis

Quis mihi dabit potum de lacu, qui est in Beth
leem ad portam? Et cùm essent reperti tres vi
qui hostium castra præciderent, & deferrent a
quam, quam summo desiderio desideraſſet, co
noscens quòd periculo alieno aqua sibi eade
constitisset, profudit illam Domino, ne sangu
nem illorum, qui eam detulerāt, bibere videre
tur. Quæ res indicio est, quòd concupiscenti
quidem rationem præueniat, sed ratio cupidi
ti resistat, hæc Ambr.

Discce cupiditates mortificare.

2. Idem de *Valentiniano Imp.* (in orat. funeb
Valent.) scribit: Aiebant aliqui ferarum eum ve
nationibus occupari, atque ab actibus publici
intentionem eius abduci. Omnes feras vno mo
mento iussit interfici. Iactabant inuidi, quòd
præmaturè prandium peteret, cœpit ita frequē
tare ieiunium, vt plerumque ipse impran
conuiuium solenne suis comitibus exhibere
quo & religioni sacræ satisfaceret, & Princip
humanitati. Scenicæ cuiusdam forma ac deco
deperire Romæ adolescentes nobiles nuntiabā
tur. Iussit eam ad comitatum venire. Deducta
tamen nunquam aut spectauit, aut vidit. Poste
redire præcepit, vt & omnes agnoscerent irrit
eius non esse mandatum, & adolescentes docere
ab amore mulieris temperare, quam ipse, qu
potuit habere in potestate, despexerat. Et hæc fe
cit cùm adhuc non haberet vxorem, & tame
exhiberet sui tanquam vinctus coniugio casti
tatem. Quis tam Dominus serui, quàm ille su
corporis fuit? &c

Vide de castitate.

3. *Cato minor*, belli imperator, grauissima siti ci
toto exercitu in summo cæli æstu laborans, cùm
pauxillum aquæ in galea à milite oblatum esset,
manu

manu quidem eam excepit, sed mox in terram abiecit, ne solus solatiolo illo, quod alijs communicare nequibat, frueretur. Fulgos. li. 4. c. 6.

4. *Agesilaus* Rex Lac. illud sibi cum primis gloriæ ducebat, quod sibi imperaret, suique (vt ita loquar) Rex esset.

5. *Alphonsus* Aragonum Rex aiebat, si sibi contigisset nasci temporibus, quibus Romana Resp. florebat, se constructurum fuisse contra curiam templum Ioui positorio (statori,) in quo priusquam venirent in Senatum Patres conscripti cõtentionem, odium, amorem, ac priuatos affectus omnes deponerent. Panor. lib. 3. de dictis & factis Alphonsi. Idem, nil inconuenientius esse dicebat, quàm si quis alijs imperaret, (prauos aliorum affectus coerceret,) qui suis affectibus imperare prius non posset. Panor. lib 2.

6. *Rex Salomon* ait Prou. 16. v. 32. *qui dominatur animo suo melior est expugnatore vrbium.* Nunquam igitur Magistratus indulgebunt affectibus, sed cogitabunt oportere à consilio omnes cupiditates amouere, & conscientiam mentis suæ maximi æstimare. (Cic. pro Cluentio.) 1. quia affectus rem consilio & cogitatione videre non sinunt. (Sen. li. 8. ep. 60.) 2. quia omnia minora & maiora reddi solent, prout inclinatus animo iudex extiterit. (Aristot. 2. Rhet. c. 1. Sen. 3. de benef.) 3. quia vt vis ignis obiectam materiam consumit, (Philo) oculus turbatus aliud pro alio cernit, (Chrysost.) amantes de forma iudicare non possunt, (Quintil. lib. 6. ca. 3.) vehementer ægros vel lunæ deliquia, vel venti asperiores, vel huiusmodi leues rerum commutationes perturbant: ita magistratus affectibus corrupti quæuis

perturbant, nec veritatem videre queunt. 4. qui etiam minus frequentes animi motus nocent, & morbum faciunt, non secus atque destillatio vna tussim facit, assidua & vetus pthisin parit. (Sen. lib. 10 ep. 66.)

7. Hinc *Areopagitæ* iudices Athenis controuersias noctu iudicarunt, vt procul abessent ab omni affectu, qui in diuersum animos agit (Alex. ab Al. lib. 3. ca. 5.) Et: ἄνευ προοιμιῶν καὶ παθῶν lex erat quam Oratoribus apud Areopagitas, præcinebat præco; non licebat, inquam, cuiquam apud eos caussam dicere cum exordijs cæterisque id genus Rhetoricis pigmentis, quibus Iudices nobis beneuolos facimus, neq; permittebatur affectus mouere.

Vide de iustitia.

8. *Lacedæmonij* eadem de caussa eos, quos mortis supplicio dignos putarunt, non interdiu, sed noctu perdere consueuerunt. Alex. ib.

9. Prætores *Romæ* in iudicando legis acerbitati aut lenitati nihil vel addere vel detrahere potuerunt, sed vno verbo, imò vna littera sententiam tulerunt, A. absoluo, C. condemno, N. L. non liquet.

Fugiant igitur Magistratus & iudices in iudicando iram, (de qua suo loco,) fugiant amorem, (de quo in loco de amicitia,) fugiant misericordiam nimiam, (de qua signo 123.) fugiant & metum. Animus enim metu correptus seu meticulosus spoliatur iudicio, & precibus flectitur, quo minus in improbos animaduertat. (Plut. in Pelopide.) Et vt sustentacula in alto posita contra ventum non permanent: sic cor timidum contra impetum non resistet. (Syr. 22. v. 22.) at sicut chamæleō, quia animal est pauidissimum, subinde co-

de calorem mutat; ita timidi in proposito constantes non manent. (Plin. li. 8. c. 33.)

S. Basil. hom. 11. in hexæmero rectè ait ad hominem: In hoc creatus es princeps, vt imperites affectibus, vt dominere bestijs, reptilibus. Tuis fac imperes cogitationibus, imperator vt sis quę sunt omnium. Absurdum enim fuerit, si is administrandæ Reip. præficiatur, qui in intimis ædibus captiuus premitur iugo vilissimi scorti. Nemo quòd venatu non prehenderit leonem contemptui patuit, iræ verò intemperiem qui non domuit, nulli non fuit deridiculus.

Homini datur in Gen. imperium in bestias (bestiales affectus.)

Sallust. in Catilinaria ait: *Omnes qui de rebus dubijs consultant vacui esse debēt affectibus, haud facilè animus peruidet verum, vbi illi officiunt.* Et Tacitus lib. 1. *Pessimum veri affectus & iudicij venenum est sua cuique vtilitas.* Huic affectui cùm maximè obsequantur mercatores; apud Thebanos lege vetitum fuit, ne ad gubernationē Reip. quisquam admitteretur, nisi ad decennium à cōmercijs abstinuisset. (Arist. 3. Pol. c. 3.)

Sen. ep. 113. exemplo maximi Regis ostendit quanti referat imperare affectibus, & ait: *Alexander* quidem Persas, & Hyrcanos, & Indos, & quidquid gentium vsque in Oceanum extendit Oriens vastabat, fugabatque. Sed ipse modò occiso amico, modò amisso, iacebat in tenebris, alias scelus, alias desiderium suum mœrens, victor tot Regum atque populorum iræ tristitiæque succubuit. id enim egerat, vt omnia potius haberet in potestate, quàm affectus. imperare autem sibi maximum imperium est.

SIGNVM IX.

Agricolæ diligentes honorare.

AGRORVM DILIGENTES CVLTO-res honorare, & ad agriculturæ ſtudium populum magnis propoſitis præmijs trahere & exhortari.

1. REfert Herodotus Mileſios olim cùm inteſtina ſeditione laborarent, & nullum in grauiſſimis malis exitum inuenirẽt, per legatos petijſſe a *Parijs*, apud quos erat Reſp. benè conſtituta, vt mitterent ad ſe aliquot ciues prudentia graues, quorum authoritate & conſilio poſſet Mileti aliquis. ſtatus Reip. collocari. Parij igitur ciues communi ſuffragio delecti Miletum profecti ſunt, & in Mileſiorum cõſilio dixerunt, ſe nihil prius acturos eſſe quàm totam illam regionem oculis perluſtrarent. Cùm igitur Mileſium agrum peragrarent, ſi quem fundum viderent benè cultum & nitidũ, interrogabãt cuius ille fundus eſſet, nomina autem coloni illius litteris conſignabant. vbi igitur in vrbem rediere, conuentum Mileſiorum ciuium habuerunt. ibi verò dixerunt, fieri non poſſe, vt qui rem ſuam malè gerit, publicã benè adminiſtret. Si igitur ſalui eſſe vellẽt, ij qui erãt in agrorum cultu negligentes, ſub eorum moderatione viuerent, qui agros benè conſitos habebant. Sperandum enim eſſe vt qui in re ſua curãda diligens eſſet, eandẽ etiam in curatione Reip. diligentiam adhiberet. Agricolas igitur diligẽtes negligentibus & ignauis præficiunt; & ita finem eorum malis imponunt. Tantum fuit olim agriculturæ tributum. Homines ex optimè morata

rata Rep. delecti, qui ciuitatem motibus inteſtinis perturbatam, & peſtifera ſeditione conuulſam benè atque ſapienter conſtituerent, non aliud remedium præſentius inuenire potuerunt eo, quod in eorum moderatione conſiſtebat, qui rebus ruſticis diligenter operam dabant. Eam enim vitam non ſolùm ſimplicitatis, & pudoris, & innocentiæ; ſed etiam moderationis, & ordinis, atque diligentiæ magiſtram eſſe ſtatuebant. Oſor. lib. 7. de inſtit. Regis.

2. Nemini licebat olim apud *Perſas* fundos & poſſeſſiones ſuas negligere. illis enim, qui rebus ruſticis diligenter operam dabant, erat certum laudis & dignitatis præmium à Rege propoſitum; ei verò, qui per deſidiam & incuriam agrũ ſuum ſqualere ſinebat, erat etiam pœna pro magnitudine negligentiæ conſtituta. Rex autem quoties regionem luſtrabat, in omnes partes oculos conijciebat, vt videret qui agri culti eſſent & nitidi, qui neglecti & inculti, vt eorum dominos vel honoribus, vel donis, vel ignominia atque pœnis afficeret. Regionibus verò, quas ipſe per ſe obire nõ poterat, nauos & induſtrios homines præficiebat, hi autem agricolas omnes ſtimulabant, experientes aratores honorabant, ignauos acerrimè coercebant, diligentiaque ſua faciebant, vt loca deſerta frequentarentur, vt agri ante relicti lætas fruges afferrent, vt vineæ, vt oliueta, vt horti atq; pomaria vberes fructus effunderent, vt ſyluæ atque nemora ſumma diligentia conſita, multarum rerum copiam ſuppeditarent. Rerum autem ruſticarum præfecti, qui hoc ſibi commiſſum munus ſtrenuè peragebant, à Rege donis & muneribus augebantur: is verò, *Soer. apud Xenoph. in Oecon.*

cuius negligentia tellus inculta parum lætos fructus efferebat, ignominiam & pœnam debitam sustinebat, & honore illo priuabatur, & alius in locum illius succedebat, cuius vigilantia possent omnes illius terrę cultores opibus naturæ locupletari. Quo quidē institutō nihil poterat ad rerū omniū copiā parandā aptius excogitari.

3. Apud *Indos* capitale fuit habitum agricolas lædere. *Diod. Sic. lib. 2. c. 10.*

Studium agri colendi regale.

4. Quin & Reges olim atque Principes nō puduisse agris dare operam exemplum docet *Cyri Iunioris*, qui gloriabatur agrum se sua manu cōseuisse, cùm Lysander arborum pulchritudinē & ordinē vehementer esset admiratus, quibus illū agrum consitum aspiciebat: & *Diocletiani*, qui post 20. annorum imperium, depositā purpura, agriculturę, maximè hortorum voluptati, incubuit, & ad imperiū redire recusauit. *Auent. lib. 2. Annal.* Cùm ad dictū Cyrū minorem Regē Persarum veniisset Lysander Lacedæmonius, & Cyrus ei quendā conseptum agrum diligenter consitū ostendisset, Lysander admiratus est & proceritates arborū, & directos in quincuncem ordines, & humū subactam atq; puram, & suauitatē odorū, qui afflabantur è floribus, & interrogauit Cyrū, à quo essent arbores plantatæ, & cuius solertia tā aptè dimensæ: Cyrus verò ait: *Ego ipse sum ista dimensus, mei sunt ordines, mea descriptio, multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ.* Tū Lysander, intuens eius purpuram & nitorem corporis, ornatumq; Persicū multo auro multisque gemmis, dixit: *Rectè Cyre te beatum ferunt, quoniam virtuti tuæ fortuna coniuncta est.* Cic. in Catone, & Xenoph. in Oecon.

5. Dio-

5. *Diocletianus* Imp. cùm se imperio abdicasset, atq; priuatam vitam in villa sua instituisset, ab Herculio atq; Galerio ad recipiendum Imperium rogatus, respondit: *Vtinam Salonæ possetis visere olera vestris manibus instituta, istud tentandum nunquam iudicaretis.* Insuper nullos vnquam in omni vita soles sibi lætiores affulsisse asseruit, quàm in agro. *Eutrop. & Cuspin. vide & parte 1. vol. 3. Pontani, Progymn. 22.* *Cic de Senect. Xenoph in Oecon.*

6. *Dauid* Rex operi rustico, vineis, oliuetis, pecoribus, non suis tantùm (vt ego interpretor, inquit Ioan. Marian. lib. 3. de Rege, cap. 9.) sed ciuiũ omniũ præfecit viros selectos. Rectè igitur ait Plin. fertiliores idcirco agros extitisse, quia ipsorum Imperatorum illi manibus colerentur, laureatoq; vomere terra gauderet.

7. In Rep. *Romana* Cincinnati, Fabritij, Serrani, Catones, Stolones, ab aratro ad Magistratus vocabantur. (*alex. ab Alex. li. 3. c. 11. Eutrop. lib. 1. Cic. de senect. & pro Roscio, Plin. lib. 18. & 19.*) & in eadem familias nobiles admodum agriculturæ studuisse, vel cognomenta ipsa indicant. Sunt Pisones dicti à pisis, Cicerones à cicere, Lentuli ob lentes eximiè cultas, à fabarum satione Fabij, Hortensij ab hortorum studio, Lactucinij à Lactucarum cura, (*Colum. de re rust. Plin. lib. 17. c. 1. & lib. 19. ca. 4.*)

Gell. lib. 4. c. 12. ex M. Catone ait: Si quis agrum suum passus fuerat sordescere, (sylvescere, & per incuriã absolescere,) eumq; indiligenter curabat, ac neq; arauerat, neq; purgauerat: siue quis arborem suam vineamque suam habuerat dere lictui, non is sine pœna fuit, sed erat opus censorium censoresque ærarium faciebant, (ineeri- *Agrũ malè colere Romæ censorium probrũ iudicabatur. Plin.*

ceritum tabulas referebant, vt de reliquo non esset in albo centuriæ suæ ad hoc, quòd esset ciuis, sed solùm vt pro capite suo tributi nomine æra solueret.) Item si quis Eques Romanus equũ habere gracilentum, aut parum nitidum visus erat, impolitiæ notabatur, id verbum significat, quasi tu dicas incuriæ. Senator eijciebatur senatu, Eques Rom. equum publicum perdebat, plebeius fiebat ærarius.

8. Sueton. cap. 42. *Augustum* collaudatum suo æuo dicit, quòd singulari studio agricolas & negotiatores complecteretur.

9. Osor. lib. de Instit. Principis testatur plerosque *Lusitaniæ Reges* ob studium singulare in agricolas appellatos esse agricolas. Non iniuria ergo Magistratus fauent agricolis, diligentem operam agrorum, vinearumque culturæ nauantibus, eosq; ad tam laboriosam vitam prosequẽdam priuilegijs, immunitatibus, onerumque leuationibus pelliceunt.

Deus author agriculturæ.

Pluribus hæc Ioan. Busæus de Regimine rusticorum.

Placet hic contra agriculturæ contemptores, eius dignitatem & honestatem paucis propugnare. I. agricultura instituta est à Deo, 1. in statu innocentiæ, cùm (*Gen. 2. v. 15.*) posuit hominem in Paradisum, vt operaretur illum. 2. in statu naturæ destitutæ, cùm emisit Adam de Paradiso, vt operaretur terram, (*Gen. 4. v. 23.*) Hinc dicitur Ecclesiastici 7. v. 16. *Non oderis laboriosa opera & rusticationem ab Altissimo creatam.* Agricultura ergo præ cæteris mechanicis artibus hanc gratiæ dignitatem habet, quòd aliæ omnes, aut penè omnes, humana curiositate sunt inuentæ, ideoque nunquam in eodem ritu perseuerant, ipsa verò ab ipso Deo est instituta. II. Natura

maxi-

maximè intendit agriculturam. Cùm enim corpus humanum, digniſſimum inter omnia corpora, ſine victu & veſtitu in eſſe permanere non poſſit, & victus ipſe & veſtitus ſine opere ruſtico non proueniat, certè tota machina vniuerſi ad hoc ſeruit, vt domino orbis, id eſt homini, neceſſaria ſubminiſtrentur. Cùm Dauid Dominum in operibus ſuis (*Pſal.* 103. *v.* 14.) benediceret, & decorem vniuerſi laudaret, cauſſam totius intulit, dicens: *Vt educas panem de terra, & vinum latificet cor hominis.* Vnde patet agricolam eſſe præcipuum cooperatorem Dei, Angelorum, (qui hæc inferiora regunt,) & naturæ, & nec Reges, nec Principes ſine ruſticis poſſe ſubſiſtere, imò omnium Pontificum languere baculum, ruere mithram, areſcere dextram, omnium Imperatorum Regumque coronam decidere, ſceptrum derideri, purpuram conculcari, ſi ruſticana ope non fulciantur, nec nō Ducem inſanire, molleſcere militem, delirare ſapientem, titubare artificem, & totum mundum deficere, ſi ruſticus agrum non colat: vt omittam ruſticos in ſudore vultus ſui parare materiam SS. Euchariſtiæ (panem & vinum.) *Gen. 3. v. 18.*

III. Celeberrimi viri plurimum ſtudij in ea poſuerunt. Primi noſtri parentes, ex quibus totum genus humanum propagatum eſt, beneficio agriculturæ, proprijs manibus operi ruſtico cū filijs ſuis & filiabus vacando, viuebant. Cùm Lamech genuiſſet Noe, dixit: Gen. 5. v. 29. *Ipſe conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum in terra, cui maledixit Dominus.* De Noe dicitur Gen. 9. v. 10. *Cœpit Noe vir agricola exercere terram, & plātauit vineam. Abraham, Iſaac,* *Vide Themaerat. 59. Protoplaſtū cultura agrorum operam dediſſe.*

Heb.11.v.9 & *Iacob*, tres glorioſi Patriarchæ, tanquam peregrini in caſulis, id eſt, tentorijs, ſuper faciem terræ habitarunt, & de agricultura & animalibus vitæ neceſſaria quæritarunt. *Filij Iacob*, qui 12. Patriarchæ appellantur, de ſuo officio dicunt (Gen.46.) *Viri paſtores ſumus ab infantia noſtra vſq; in præſens, & nos, & patres noſtri.* Iob (ca.1.) benedictione Domini ditiſſimus effectus fuit ex agris & pecoribus, non per grauamen proximi, & manus eius iugiter erat aperta ad largiendum pauperibus. *Moyſes*, omnium Prophetarum excellentiſſimus, per 40. annos oues paſcebat. (*Exod.3.v.1.*) Dum *Gedeon* operi ruſtico operam daret, (fruméta purgaret,) ductum populi Iſrael ab Angelo coactus ſuſcepit, & hoſtes Dei proſtrauit. (*Iud.6.v.11.*) Dum *Dauid* vir ſecundùm cor Dei, oues patris ſui paſceret, diuina reuelatione in Regem ſuper totum Iſrael vngebatur. (1.*Reg.16.v.13.*) Dum *Eliſæus* in 12. iugis boum araret, in glorioſum Prophetam pro Elia diuinitus eligebatur. (3.*Reg.19. v. 19.*) *Amos* de paſcuis in Prophetã aſſumptus, (*Amos* 1.v.1.) & *Saul* (1.*Reg.9.*) quærens aſinas Rex deſignatus eſt. *Rechab*, & *Ionadab*, ac eorum filij, iugiter in agris habitabant, & fidelibus aruis contenti iuſto labore manuum ſuarum victum quærebant. *Ierem.35.v.8.* Etiam apud gentiles crebrò ruſtici ad ſummos honores, licet inuiti, trahebantur. Vnde Val.Max.li.3.c.4.ait de *Tullo Hoſtilio*: Incunabula Tulli Hoſtilij agreſte tuguriũ cepit, eiuſdem adoleſcentia in pecore paſcendo fuit occupata, validior ætas Imperium Romanũ rexit, & duplicauit: ſenectus, excellentiſſimis ornamẽtis decorata, in altiſſimo maieſtatis faſtigio fulſit.

Naba-

Nabuchodonosor & *Darius*, antequam mundi Monarchiam susceperunt, in pascēdis pecoribus cum cæteris pastoribus intēti fuerunt, sicut olim *Remus* & *Romulus*. *L. Quinctius* repertus ruri, ab aratro ad Dictaturā vocat⁹, Romā penè desolatā, propter aduersos casus, magnificè suis triūphis consolatus est. (*Cic. de senect.*) T. *Quinctius* etiam Dictator, pari exemplo post cruentissima bella victor fidelis effectus, in eadem paupertate, in qua prius vixerat, permanens, quatuor iugera suis manibus coluit (*Val. lib.* 4 *c.* 3.) Constat ergo vniuersum genus humanū à propagine rusticana originē traxisse: constat spectabilis. viros olim ex animo, sine omni necessitate, rustico operi insudasse, (ne arroganter vltra metā patrum suorū se viderentur eleuare, aut erubescere super hoc vnde venisset,) & ex agricultura grandē sibi honoris materiā hausisse. Cōstat deniq; nullos Imperatores, Reges, Duces, Comites, Nobiles, mediocres, aut alios quoscūq; homines, cuiuscunq; stat⁹ aut cōditionis, ab hac lege esse alienos, vt dicere possint sine falsitatis rubore: *Nos à rusticis originē nō ducim⁹ aut rusticorū auxilio nō indigem⁹*. IV. Eremitæ & Monachi, præ cæteris redditibus ac prouentibus, elegerūt, de pastu animalium & agrorū fructibus, quos proprijs manib⁹ excolebāt, viuere, tāquā de stipēdijs iustissimis. Vnde S. Hieron. rusticitatē sanctā appellat. Hanc rusticitatē elegerūt Antonius, Macharius, Arsenius, Iosaphat, Syncletica, Brigida, Benedictus, Maurus, Iudocus filius Regis Britanniæ, Arnulphus Dux Lotharingię, Carolomannus, & Childericus filij Regis Francię, Anglię, Bulgariæ. Itē S. Bruno, prim⁹ fūdator Ordinis Carthusiēs. Stephan⁹, & Bernardus

Dei c. 18. August. S. de ciuit.

Tanti Viri, in purpura nati, Palatijs deserti, ad rusticam vitam descenderunt.

nardus cum fratribus ſuis, primi propagatores Ordinis Ciſtercienſis, alijque ſine numero. (*Vide Vit. Patrum part. 1. & 2. & Arnold. Auion. lib. 4. Lig. ni vitæ.*) Hi omnes quib⁹ exercitijs ad culmẽ ſpiritualis perfectionis peruenerint qui ſcire voluerit, ſacros legat codices, & in Regalibus manibus citius ſarculum, quàm ſceptrum inueniet; citius cotem, quàm margaritam; citius in menſis aquam cum pane aridò, quàm vina condita & generoſa. Voluerunt Patres, vt fratres ſtudio fatigati in vineis foderent & laborarent, non ſolũ vt oblectamentum & victum inde perciperent, ſed etiam vt otium, quod eſt vitiorum fomes & eſca, fugerent. Turpis igitur agricultura iudicari non poteſt, cui operam ſanctiſſimi & nobiliſſimi viri dederunt.

Rectè ait Cicero 1. *de Offic.* Omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil agricultura melius, nihil vberius, nihil homine libero dignius habetur.

Antiquitate & vetuſtate certè vitam ſuperat vrbanam. Hinc Varro, *lib. 3. de re ruſt. cap. 1.* Antiquior multo vita ruſtica vrbana eſt, quòd fuit tempus cùm rura colerent homines, neque vrbem haberent. Et: Diuina natura dedit agros, ars humana ædificauit vrbes. Neque vnquam defuerunt agri in terris, qui coli poſſent, cùm interim artes multæ non eſſent. Digniſſimum ergo inter omnia mechanica officium eſt ruſticorum.

Neceſsitatem eiuſdem docet, quòd ſine agricolis nulla conſiſtere aut conſeruari Reſp. poteſt: (*Ariſtot. 1. Pol. cap. 5.*) quia hi neceſſaria alimenta & veſtimenta, (ſeu res ad vitam neceſſarias) ei ſuppeditant. (*lib. 7. cap. 9.*) Quæ ratio Ro-

manos

manos mouit, vt nonis modò diebus vrbanas res vsurparent, reliquis septem rura colerẽt, & hoc instituto seruato consequerentur, vt & cultura agros haberent fœcundissimos, & ipsi valetudine firmiores essent. (*Varro lib.2.*) Consule Cyrũ Theodorum in Amicitia exsultante, de necessaria artium coniunctione, seu, quomodo altera alterius ope & opera indigeat.

Vita humana victu carere nequit, ergo glebæ addicti eiues honorandi sunt.

De *Vtilitate* eius dubium nullum esse potest. Nam 1. inseruit *saluti animæ*, quia est magistra diligentiæ, iustitiæ, parsimoniæ: *in rusticis moribus, invictu arido, in horrida inculta q; vita maleficia non facile gigni solent.* (Cic. pro Rosc. Amer.) Aristoteles (*6. Pol. c. 4.*) in Democratia pastoribus & mercatoribus (seu mercenarijs) agricolas præfert, quòd in re rustica multæ quasi sensibiles sunt virtutes, vt labor corporis, humilitas, finita diuitiarum appetitio, contemptus honorum, animi simplicitas, frugalitas vitæ, victus parsimonia, & moderatio, quæ omnia ita commendant agricolam, vt beatior in suo paruo tugurio, quàm Alexander in suo magno Imperio esse videatur. Romani quoque cùm virum bonum laudabãt, eum bonum agricolam & bonum colonum appellabant, ita laudari eum ampliss imè putantes. (*Cato de re rust. in initio.*)

2. *Valetudini corporis* quantum profit, vel vnicum Cyri exemplum commõstrat, qui commoda valetudine perpetuò vsus dicitur, quòd ante nunquam cœnaret, quàm laborem aliquem rerum bellicarum aut rusticarum obijsset. (*Xenop. in Oecon.*) *Cic. 1. de Off.* de ea ait: *Exercitio suo corporis vires excitat, firmat, roborat.*

3. *Fortunis & facultatibus* commodat: quia ma-

Agricultura suppeditat alimenta hominibus gratissima.

ter & nutrix est omnium reliquarum artium, quæ bene habent cùm terra bene colitur; iacent, cùm terra neglecta iacet. (*Xenoph. ibid.*) Hinc Poeta monet, vt, si opibus indigeamus, curam habeamus pinguis agri, quòd agros ferant copię cornu esse. (*Phocylides.*) *Socrates* agriculturam Amaltheæ cornu esse dicebat, quæ in homine minimè μάλθακας, hoc est, molles caderet, bonum opera niteretur, omniũq; ad vitam necessariorũ copiã suppeditaret. Est etiam quęstus præstantissimus ex agricultura diligẽti, qui percipitur, (præsertim si vterus terræ alicui⁹ sit fertilis, si sit ad benignã vim cęli concipiendã docilis, si sæpius fructus conceptos non aliter quàm mater filios suos pariat,) & est minus inuidiosus, aut etiã cum mendacio aut fraude cõiunctus. (*Arist. & Xenop. in Oecon. & Colum.*) Cato fatetur duobus tantùm generibus quæstus se vsum esse, agricultura & parsimonia. (*Plut. in Catone Censorio.*) Erat hic Cato magnus Orator, magnus Senator, magnus Imp. & bonus agricola. Et prisci Romani dicere solebãt, nequã esse in domo matrẽfamilias, vbi indiligẽs hort⁹ esset, quòd è carnario aut macello viuendum esset. (*Plin. lib. 15. c. 4.*)

4. Si bello Resp. impetatur, agricolæ suppeditãt commeatũ ex horreis frumẽto redũdantibus, & militẽ validũ. Ad Martis enim opera, seu ad res bellicas maximè agricolæ sunt idonei: hinc strenui ac fortes milites prodeunt: (*Cato de re rust. Plin. lib. 18. c. 5.*) quia agricolæ sub dio & in labore nutriũtur, sunt solis & laborũ patiẽtes, negligẽtes vmbrarũ, balnearũ nescij, ignari deliciarum, simplicis animi, paruo contẽti, duratis ad omnẽ laborũ tolerantiã mẽbris, quibus gestare ferrũ,

ducere

ducere fossam, ferre onus cõsuetudo de iure est. (*Veget. li. 1. ca. 3.*) Certè ad militię labores, caloré, & frigus; famem, & sitim, omnesq; cæli iniurias perferendas aptiores non inueniuntur agricolis sudore quotidiano obdurátis.

Agricolæ corpore ad bellũ gerendũ valent.

5. Cato & Columella tantis encomijs rei rusticæ studium & artem extulerunt, vt planè nescias vtrũ melius sit cum Fabritio illo Senatore rastris laborare, quàm cum Hortensio in rostris caussas ciuiles Attica eloquentia agere. Mihi cũ primis illud in cõmendatione rei rusticæ placet, quòd Aristoteles Agricolas (*6. Pol. cap. 4.*) virtutis studiosos, & vel ipsis Principibus beatiores esse probat. Nã Principes purpura vestiti, epulis saginati, otio dediti, vitiorum quasi nidos struunt, & ad Sirenum vocem somniantes, sine vllo honoris vexillo pereunt: at agricolæ, pannis contra frigus solum tecti, crassioribus esculentis pasti, laboribus exhausti, fucos à præsepibus arcent, Helenam contemnunt, Circes carmina non audiunt, casti, sobrij, expertes fraudis & doli viuunt. Grandis est ipsorum labor, & onus graue, quo corpus vsq; defessum veluti ad animi & pietatis imperium subeundum cogitur: hinc illud: *Labor improbus, & corpus sanum, & mentem salubrem reddit.*

Dum sensus saginantur otio, animi vires corrũpuntur vitio.

Agricolæ onus & AEtnam Reip sustentãt, labores & dolores ciuitatis deuorant, seu immensos fructus ex vtero terræ suo ipsorũ labore partos ciuitati alẽdæ & cõseruandæ præstãt, corpora exhauriunt, animos è vitiorũ tyrannide & iugo liberant. Hi enim nec oculos idolis Veneris, nec gustum Bacchi ferculis, nec tactum scortorum menstruis, nec aures Paridis cantilenis, nec nares

res ſpumoſæ voluptatis fumulis corrumpunt. Otio non torpent, non ſtudent inſidijs, exigui contenti viuunt; marſupia, gazas, theſauros ciuitatis emulgere, emungere, & exhaurire non ſtudent. Si ceſpitem, focum, ſeruum habeant, viuunt contẽti; vltra ſortem nihil ambiunt, pro foribus cane & anſere vigilante ſecuri dormiũt, ſurgunt manè, laudant Deum, ad opera reuertuntur. Adhæc fraudis expertes minimeq; aſtuti ſunt: quia laborum tædio vulnerati, id otij non habent, vt dolis; id conſilij non habent, vt inſidijs ſtudeant. Præterea ſordidè non ſunt auari, nec ſiticuloſi helluones rerum: tum quia ſolùm naturalibus diuitijs vtuntur, circa quos nec appetitus multum decipi, nec appetendi modus vltra modum ſuperari poteſt; tum quia ſumptu minore illorum conditio & exilis ſtatus conſeruatur. Poſtremò ambitionis tędis & flammis ſeditionis rariſſimè aut nunquam accenſi candent nam ſolum fertile, non ſolium regale; terræ fœcunditatem, non maieſtatem Imperij intuentur. Quamuis omnis homo ſit gloriæ & honoris cupidus, & proinde agricultores dignitatis inſignijs aliquando titillentur, illorum tamen ſitis facilius ſatiari & extingui poteſt, ſi ad conſilia iudicia, & decreta ciuitatis admittantur, ſi fruatur ſuis, ſi ſolùm mediocrem libertatem habeat. Eſt ergo boni Magiſtratus tam agriculturam quàm agricolas in Rep. non minimi æſtimare imò honorificis aliquando præmijs ciues ad hoc ſtudium allicere. Sic L. Quinctio Cincinnato in agro aranti nuntiatum eſt eum Dictatorem eſſe factum, & à villa in Senatum accerſebantur Curius, alijque permulti ſenes (vt ait Cicero) ne

Agricolæ honores ambitioſos non petunt.

non ius ciuile agriculturæ intendentes ab omnibus oppressionibus defendendos esse statuit. *lib. II. c. de lucris Aduoc.*

SIGNVM X.

Remp. & subditos amare.

AMARE REMP. ET SVBDITOS, & vicissim à subditis amari.

CVM Magistratus nō diligunt Remp. cui præsunt, nō dant operam, vt in bono statu Resp. conseruetur. Molestum enim nobis est illud tueri, quod non amamus. Præterea qui fieri potest, vt patres non diligant suos filios? at gubernatores Reip. sunt eiusdem patres, ergo. Adhæc, Tyranni odio suo ciuitates perdunt, ergo oportet veros Principes easdem diligere. Adde, quòd sicut medici morbos corporis, ita Principes mala ciuitatis tolerant, quod certè sine beneuolo affectu fieri non potest. Sunt etiam summi viri ipsa lumina & præcordia ciuitatis; ab illis ergo & splendor & amor in ciuitatem fluant necesse est. Nam vt à præcordijs est vita partium, si sit cōsensio; ita à Magistratibus est salus ciuium, si sit dilectio. Quid? an potest aliquis odisse seipsum? cùm nihil sibi perniciem quærat? At si Magistratus non diligat ciuitatem, odit seipsum, (est enim Magistratus nihil aliud, quàm personata ciuitas,) ergo Magistratus semper ciuitatem diliget. *Arist. 5. Pol. c. 9.*

1. Charitatem hanc in patriam olim *Lycurgus* Rex ille Spartanus. Scæuola, Curtius, alijq; insiniti viri nobiles ostenderunt, qui omnes & singuli mori pro patria sua non dubitarunt. (*Val.* *Vide Signū 38. par. 2.*

Max. lib. 5. c. 6. Liu. Dec. 1. lib. 2. & 7.

2. *Moyses*, Dux & Magistratus optimus, potiu
Mar. lib. 3. c. 2. Sab. lib. 5. c. 2. quàm populus periret, suum sanctissimum no-
men è libro vitæ expungi & obliterari voluit
Exod. 32.

2. Reg. 24. 3. *Dauidis* erga populum charitas vel hinc ap-
paruit, quòd, postquam ob arrogantem plebis
enumerationem puniendus, de tribus malis v.
num optare cogeretur, neque famem in terram
suam, neque cædem suorum ab inimicis infe-
rendam elegit, cùm sibi & frumenti satis sup-
petere posset, & multorum armis tectus no-
cem minus ipse timeret. Elegit autem commu-
nem tam sibi, quàm reliquis omnibus metuen-
pestilentiam; imò, quam in se potius, qui deli-
querat, quàm in alios desæuituram speraret. A
vbi vidit, se prætermisso, populum vastari, ca-
diúque, Angelo percutiente, exclamat: *Ego sum*
qui peccaui, ego iniquè egi, isti, qui oues sunt, qui
fecerunt, vertatur obsecro manus tua contra me
&c. Moysen (inquit Chrysostomus Hom. 29. in
Epist. ad Rom.) tum primùm super populum
Iudæorum posuit Deus, quando qua esset i-
1. Reg. 17. illum benevolentia reipsa iam declarauerat. Da-
uid quoque simili modo regni suscepit guberna-
tionem, posteaquam apparuerat, quàm amicoe
set in populum affectu. Et S. Ambr. 1. de Off. c. 4
tractans quibus rebus Imperia confirmentur
ait, benevolētia erga populum firmari. Caussam
Vide Signum 7. eius cap. 7. attigerat his verbis: *Itaque id agi-*
mus, vt placiditate mentis, &c. Quantas Moysi
à populo Dei illatas absorbebat contumelias: &
Exod. 32. cùm Dominus in insolentes vindicare vellet, i
tamen pro populo offerebat frequenter, vt in

digna

dignationi diuinæ plebem subduceret. De eius imitatore Dauide lege Præmia affabilitatis in Triumpho Virtutum.

4. *Pericles* ciues suos tantopere diligebat, tantoque honore prosequebatur, vt verba ad populum facturus, subinde optaret, ne vllum sibi verbum excideret, quod vtilitati ciuium suorum repugnaret. *AElian. lib. 4. hist.*

5. *Codrus* Rex Athenienſium, cùm responsum intellexisset ab Apolline datum Doriensibus, hostibus suis eos nequaquam superiores fore, ni Athenienſium Principem occidissent, is, permutato Principis habitu, & sarmenta collo gestans, castra hostium ingressus est, ibique à milite, quē falce vulnerauerat, continuò occisus est. *Iustin. lib. 2.*

6. S. Thō. lib. 1. de Regim. Princ. c. 10. ait de *Iulio Cæsare*. De quo Suetonius refert, quòd milites suos vsque adeò diligebat, vt audita quorundam cæde, capillos & barbam non ante dempserit, quàm vindicasset. Quibus rebus deuotissimos sibi & strenuissimos reddidit, ita quòd plerique eorum capti, concessa sibi sub ea conditione vita, si militare aduersum Cæsarem vellent, recusarent. *Vide Senec. de clem. c. 14.*

7. *Carolus IV. Rom. Imp.* hominem, qui sibi necem parasset, ad se vocauit, eique aureos mille dono dedit, quibus nubilem filiam nuptui collocaret, eius se misereri dicens, cuius filia natu grandior domi clausa esset. Homo gratias egit Regi, & ad conspirationes reuersus: *Nescicbam*, inquit, *Carolus qualis esset, liberalem & clementē Principē ferire nullo pacto possum.* AEneas Silu. li. 4. de Alphonſ. Hoc certè est amicitiæ *Vide de Sedition & de clem.*

politicæ priuatæ prudenter consulere.

8. *Alphonsus Rex Aragonum* canibus iratis & ob latrantibus offulam obijciẽdam esse affirmaba innuens homines maleuolos & iratos nobis b neuolentia & placabilitate reconciliandos es *Pontan. c.30. de liberal*

9. *Epaminondas* dicebat ad Pelopidam: *Nõ pr interdiu discedendum è foro esse, quam nouum a quem amicum ad veteres adieceris.* AElian. lib. Seneca ad Neronem: *Quid pulchrius quam vsu optantibus iunctis?*

10. *Ludouicus Sfortia*, Dux Mediolanensis, L douico XII. Franciæ Rege expeditionem con ipsum adornante, Saccum Cancellarium sum interrogauit, si fortè contingeret, vt à Rege obl deretur, quanam in re potissimum post Deum duciam collocare deberet, *Subditorum*, inqu Saccus, *amor & beneuolentia tutissimum est m mni aduersitate Principum perfugium.* Sfor hausta ex illis Cancellarij verbis affectati ab so imperij suspicione, vt quem subditis ob æqu tatem charissimum esse non ignoraret, eunde capitis supplicio affici iussit; quod quidem il magna cõstantia subijt, &, exprobrata Duci cr delitate, his verbis extremum ei vale dixit, v futurum potius prædixit: *à me il cappo; à te il ss to*, id est mihi quidem iam caput adimitur, at mox vniuersa ditione & imperio exueris. Qu & postea factum est, Mediolano à Franciæ Re expugnato, & Sfortia Duce in miseram capti tatem abducto.

Iusta Dei vindicta.

11. *Micipsa* Rex Iugurtham alloquens, *non ex cius*, inquiebat, *neq; thesauri præsidia Regni su verum amici, quos neque armis cogere, neque a*

pa

parare queas, officio & fide parantur. Salluſt. de bello Iugurt.

12. *Cyrus* dicebat: *Non aureum iſtud ſceptrũ eſt, quod Regnum cuſtodit; ſed copia amicorum Regibus veriſsimum & tutiſsimum eſt ſceptrum.* Xenoph. lib. 8. Cùm quidam ad ipſum miſiſſet ornamenta multa, ea diſtribuit amicis, interrogatus, cur ſibi nihil reliquiſſet, reſpondit: *quia corpus meum his omnibus ornari non poteſt, amicos autem his ipſis ornatos intuens, maximum mihi ipſi ornatum aptatum eſſe putabo.* Max. ſer. de amic. *Vide de morte.*

13. *Octauianus Auguſtus* (teſte S. Thoma lib. 1. de Reg. Principum cap. 10.) quia modeſtiſſimè vſus eſt Imperio, in tantum diligebatur à ſubditis, vt plerique morientes, victimas, quas deuouerant, Dijs immolari mandarẽt, quia eum ſuperſtitem reliquiſſent.

14. *Symmachi* Præfecti Vrbis in relatione ad Imperatores dictum eſt: *Amari, coli, diligi maius Imperio eſt.* Cuius rationem reddit Seneca lib. 1. de Clem. quia nihil Regi tutum eſt, ſi à populo non diligatur. *Saluum*, ait, *Regem in aperto clementia præſtabit; vnum eſt inexpugnabile munimentum amor ciuium.* Amor certè ſubditorum, firmiſſimum eſt præſidium dominorum; contra, odium, præſentiſſimum excidium.

15. Plutarchus refert Darium, vt *Alexandro Magno* paupertatem exprobraret, miſſis nũtijs quęſiuiſſe, vbi pecuniæ eſſent ad cogendos contra ſe milites: Alexandrum verò reſpondiſſe, renuntiarent Dario, ipſum theſauros ſuos clauſiſſe arcis æreis; ſe verò nullos habere theſauros præter amicorum animos. Renuntiarent item omnes illius theſauros vnicum hominem furari *Max. de amic.*

posse; suos verò thesauros (amicos) neque ip
sum, neque vniuersos mortales sibi posse erip
re. Non posse vocari pauperem, qui amicis diu
est; nec diuitem, qui ab amicis pauper est. Eue
tus responsum comprobauit, dum Alexand
cum amicis Darium thesauris spoliauit: Dari
verò cum thesauris suis Alexãdrum amicis pr
uare non potuit.

16. Cùm *Darius* Rex aperuisset prægrande m
lum Punicum, & quidam ab eo scisscita retur, q
ius rei tantum numerum habere optaret, qua
tus illic inesset granorum? Respondit, Zopyr
rum: (is erat Dario fidus amicus,) significa
Regi nihil prius esse debere probis ac fidis am
cis. Hic Zopyrus sibi nares & aures præcidit, &
dissimulans quis esset, ad Babylonios transf
git, fingens se à Dario crudelissimè tractatum
Babylonij persuasi, commiserunt illi præfectu
ram: ille nactus occasionem, Dario ciuitate
tradidit. Postea Darius sæpe dicebat, se mal
vnum Zopyrum integrum, quàm centum Baby
lonas capere. Ecce vnum amicum centum opu
lentissimis ciuitatibus antepositum. *Plutarch.*
dem Darius dicebat, κτημάτων πάντων
τιμιώτατον ἀνὴρ φίλος σύνετός τε καὶ εὔνους
pretiosissimus thesaurus est, & omnibus opib
anteponendus, amicus prudens & beneuolus.

17. *Ionathæ* filio Saulis fauor populi Iudai
contra patris præceptum vitam conseruauit.
Reg. 14. Fauor igitur, & authoritas Principis v
tilior & diuturnior est, quàm summa potenti
Quòd Tyranni nec viribus, nec potentia, ne
minis, nec supplicijs obtinere possunt; id Prin
cipes virtute, pietate, lenitate, beneficentia fa
cil

cile assequuntur. Principis opes non sunt tam in auro, & argento, & in gemmis, & in vectigalibus immensis, & Imperio latissimè propagato, quàm in hominum honestissimorum amicitia collocandæ. Hinc Dion ad Dionysium scribit: Non videmus in Tragœdijs Principes argenti inopia, sed amicorum penuria concidi. Nemo enim eorum conqueritur, quòd egestate compulsus, in coniuratorum manus inciderit; sed quid dicit? Orbatus amicis, ah miser, fœdè interimor. Apud Persas olim quidam Regis oculi nominabantur, alij aures, alij amici, quo nomine illæ etiam oculorum & aurium functiones facillimè continentur. Rex enim fidelibus amicis stipatus, multis oculis omnia, quæ sunt illi speculanda, atque animaduertenda, prospicit: & multis auribus quæ sunt audienda agnoscit, ita vt labi & errare minimè possit. *Osor. lib. 6. de Instit. Regis. Vide in 2. parte Theatri historici pag. 1. de Constantio Chloro.*

SIGNVM XI.

AB AMBITIONE ALIENUM ESSE.

Ambitionis fuga.

QVemadmodũ domestico fumo qui laborant, foris sociennos quærunt, quibus miserias animo suo, vt ille ait, exspuere conantur, & in circulis ac leschis sine caussa hærent, in macello & tõstrinis noua venãtur: ita publica officia nõ-

nulli ambiunt, inque hæc ipsa sese ingerunt, quia domi quod agant non habent, seu aliorum negotiorum penuria ad Reip. negotia capessēda aspirant, longa subsellia, & puluinos tantū non somniant, & Magistratus ambiūt. Verùm hi infelices in gubernatione sunt: quia per iocum ac ludum publica negotia tractant, post eorūdem cum dolore atque dedecore difficultatem experiuntur. (*Plut. in præc. gerendæ Reip.*) Nam qui ambitione laborant, similes sunt histrionibus, qui ad Theatrum sese componunt, Scenæq; inseruiunt, & interim duo incommoda magna, seruitutem, & offensiones plurimas, sentiunt. (*Ibid.*) & cū Ixione comparari possunt, qui apud Poetas dicitur cum nebula pro Iunone concubuisse, atque ita Centauros procreasse, quòd ambitiosi, dum cęlū sese digito attingere opinantur, plerunque facinora adulterina & exilia edunt, monstrosos ac Centauricos habent impetus, multa propter imperandi cupiditatem iniustè agunt. (*Plut. in Agide.*) Adhæc, quò quisque Magistratum appetit auidius, eò magis à populo contemnitur, seq; ipsum commendare necesse habet: (*Plut. in præc. ger. Reip.*) sed post deprehenditur ambitionem ad dignitatem non nisi per indigna ducere, vt Abimelech 70. fratres propter regnandi cupiditatem interemit. (*Iud. 9.*) Antoninus supra matris pectus Getam fratrem obtruncauit, addens: *Sit diuus, modò non viuus.* Herodianus lib. 4.

Seneca.

Præter hæc, deterrebunt Magistratum ab ambitione sequentes rationes.

I. *Romani* contra ambitiosos varias tulerunt *Leges*, quas Sigonius lib. 2. de Iudicijs cap. 30. recenset: *Pœteliam*, contra nundinas & conciliabula

bula prensandi causſa inſtituta. *Bæbiam, AEmiliã,* aduerius largitores latam: *Corneliam, Fulutam,* prohibentem, ne ſuffragia donis ac muneribus emerentur: *Mariam,* quæ, vt Cic. 3. de leg. ſcribit, pontes in Comitijs anguſtos fecit, ne cui ſuffragatori ad rogãdum locus in ijs pateret: *Aciliam, Calpurniam,* quæ ſtatuit, vt ambitus damnati qui eſſent, ijs Magiſtratũ capere non liceret, vel ij in perpetuũ gerendi honoris impotentia multarẽtur: (*Dio li.* 36.) *Pompeiã,* quæ accuſatores ambit⁹ magno prẽmio propoſito cõſtituit: (*Dio.*) *Iuliam Auguſti,* qua ſtatutũ fuit, vt qui largitionib⁹ Magiſtratũ petijſſent, quinquennio à Magiſtratu arcerentur, & vacarent. (*Idem lib.* 54.) Meminerunt harum & ſimilium legum contra ambitũ & dominãdi cupiditatẽ latarũ Suet. *in Cæſare,* & Cicero 1. *de Off.* 3. *de leg. & in Orationibus pro Murena, Cluentio, Sylla, Plancio, & in Vatinium habitis.*

Edictum Auguſti.

II. *Leges ciuiles* volunt, vt ſi quis contra legem *Iuliam* ambitus in municipio Magiſtratum aut Sacerdotium petierit, centum aureis cum infamia puniatur. *Dige. lib.* 48. *tit.* 14. *Cod. lib.* 9. *t.* 26. *Inſtit. lib.* 4. *t.* 18.

III. Quòd non liceat vti largitionibus ac nundinationibus, ſeu, emere Magiſtratus & honores, docent hæ rationes. I. quia eſt argumentum malè conſtitutæ Reip. cùm Magiſtratus venales ſunt, Principatus & Regna pecunia parantur. (*Plato* 8. *de Rep.*) Hinc enim fit, vt maiore in honore atque pretio ſint diuitiæ, quàm virtus, & vt tota ciuitas immoderato pecuniæ ſtudio dedita ſit. Nam quidquid honorandum Principes ciuitatis, & dominatũ in Rep. obtinentes exiſtimant, idem & reliquis ciuibus honorandum eſſe vi-

detur. (*Arist.*2. *Pol.cap.* 11. vbi & Carthagine
ses ob venales Magistratus reprehendit.)Et pro
babile est eos,qui Magistratus emerunt,cùm im
pensam fecerint in Magistratum, assuescere quę
stum facere. (*Ibid.*) 2. Seuerus Imp. nundinatio
nes tales prohibuit, necesse esse dixit, vt qui e
mit,vendat.(*Lampr.*)3. facit hoc ad ipsius Magi
stratus contemptum : quandoquidem pretium
quod habet,hoc ipso vilescit. (*Quintil.*12. *Inst.*
Orat.)Vnde in Nouellis Constit.*constit.*8. Impe
rator cùm mãdat, vt prouinciarum Præsides pu
ris vtantur manibus; ab omni acceptione absti
neant, solis ijs contenti sint, quæ à Fisco dantur
non aliter fieri id posse affirmat, nisi & ipsi sin
gula sine mercede percipiant,nihil omnino da
tes, &c. Hæ certẽ nundinationes ruinam atq
interitum Magistratibus & Imperijs adferun
Nam qui per largitionẽ Magistratus adepti sun
dant operam,vt ita potestatem gerant, vt illã l
cunã rei familiaris explere possint.*Cic.4.inVe*

Vide signũ 32.par.2.

IV. Viri prudentes nullas ambiunt dignita
tes.

Primò: quia sciunt omnem potestatem esse
dari à Deo.

Hinc 1. *Titus Vespasianus*,qui propter eximi
animi dotes dictus est amor & deliciæ generis
humani, cùm duos patritij generis conuictos
affectatione Imperij comprehendisset,nihil am
plius quàm vt desisterent monuit, Principatum
prouidentia diuina dari,inquiens, frustraq; tes
tari facinus potiundi spe, aut amittendi metu.

2. Bohemis imperabat *Libussa* vnica Regis f
lia, quæ moriente patre virgo cœpit adminis
re paternam ditionem tam prudenter, vt Re

diu nullus desideraretur in ea gente: ita circumspexit omnia, ita iustitia insignis erat, vt nemo sub illa quereretur se suo destitutum, adeò scelerum vltrix, vt nemo impunè peccaret. Mansissent proceres sub fœmina longius, sed mortalem prospicientes, semen regium ex illa desiderare videbantur. Dum tamen nemo audet interpellare super ea re fœminam, sumpsere audaciam nonnulli ex maioribus, vt voluntatem Procerum & totius populi consensum atque desiderium explicarent. Illa toruo primùm vultu intuita referentes: *Quid est*, inquit, *quod vobis desit in hoc rerum statu, vt Regem desideretis?* at illi: *nihil, si te immortalem haberemus. Nunc quoniam communi omnes sorte sumus defecturi, cùm te carere debeamus, semen ex te regium mitigaret populi desiderium, & ingentē nominis tui affectū.* Dissimulabat aliquandiu casta mulier populi de se desiderium, tā illā delectabat thorus sine socio, tā cœlibatus illi inhærebat. Sed cū illi finē nō faceret, illa oraculo cōmonita, iussit ornari candidū gradariū equū, cui proficiscens insidere solebat; illū sequi præuntē Proceres iubet, & apud quē is consisteret quiescens, qui de ferrea mensa cibum caperet, Regem mox consalutarent: nam illum dignaretur thoro maritum, quem fata iumento imperantia monstrarent. Sedulò implent quod iusserat Regina, sternunt iumentum, & permisso illi fræno, liberum sinunt præire: illi porrò sequuntur equum, obseruantes quò vadat. Abibat in agros, viam non paruam, nec per solita gradiebatur itinera, sed compendia quærere visus, ibat in directa per nemora, per dumeta, per agros, donec ipso iā meridie deprehenderet

ret hominem labore fessum se ad refectionem in agro, quem arauerat, reponentem. Verterat ratrum, & ferrum, ex sulco attrito splendescēs, in planitiem positum, pro mensa habebat. Cùm hominem cerneret iumētum, ecce sterit immobile, nusquam diuertens, aut circumspiciens. Aderant dicti primores, qui id obseruabāt. vbi vident hominem aratri ferro vti pro disco, recolunt quid de ferrea mēsa illis Regina mandasset obseruandum. Voto se potitos interpretantur, & gaudent, mox scisscitantur de nomine: *Pribislao*, inquit, *mihi nomen est*: illi verò: *Surge protinus, & conscende stratum tibi iumentum*, pertrahuntque ad Reginam, insinuantes quid repererint. Illa fato monstratum virum complectitur, & pro regia dignitate, suis nudatum vestibus, ornat, & thoro dignatur. Quietā & sine vlla contentione vitam cum vxore traduxit, & Remp. feliciter administrauit. Bohemi in primario vrbis templo ligneas soleas, quibus arant vtebatur, diutissimè seruârunt, easque ceu rem sacram nouis Regibus, dum diademate ornarentur, prætulerunt. *Krantz. lib. 1. VVand. c. 17. Fulgos. lib. 3. cap. 4.*

3. Constat ex libris Iudicum & Regum excitatos in veteri Testamento à Deo sæculares esse Iudices, aut Principes, qui populum è seruitute infidelium vindicarent. Dauidem è multis fratribus Regem à Deo esse electum: (*1. Reg. 16.*) Salomonem eius filium magnificè profiteri à Domino Regem se esse constitutum: *Viuit*, inquit, *Dominus, qui firmauit me & collocauit me super solium Dauid patris mei*: (3. Reg. 2. 2. Par. 2.) & in Prouerbijs eiusdem Salomonis Sapientiam Dei dicere,

dicere, cap. 8. v. 15. *Per me Reges regnant.* vt meritò inoleuerit mos ille apud supremos Principes, vt dicant & inscribant se Reges gratia Dei, vel Diuina clementia, licet nonnullis successione regnum vel imperium deferatur. Deus enim potuit vel morte auferre, vel permittere vt alius regnum occuparet.

Secundò: Ob molestias imperij & curarum vndas, quibus alliduntur & merguntur qui sunt cum imperio.

Hinc 1. *Antiochus* Rex Asiæ, cùm, moto contra Romanos bello, magnam partem regni amisisset, dixit, benignè sibi à populo Romano esse factum, qui eum nimis magna procuratione, cõstitutis mediocrib⁹ regni terminis, liberasset. 2. Seneca *lib. de breu. vitæ* ait: *Augustus Cæsar* non desijt quietem sibi precari, & vacationem à Rep. petere, omnis eius sermo ad hoc semper reuolutus est, vt sibi pararet otium. Expertus enim erat, quantum illa bona per omnes terras fulgẽtia sudoris exprimerent, quantum occultarum solicitudinum tegerent. Idem *Augustus* Equite quodam Romano mortuo, qui ære grandi alieno oppressus erat, atque ob id res eius auctioni subijciebantur, emi sibi mandauit (lectum &) culcitram eius cubicularem, mirantibusque hoc præceptum, *habendæ est*, inquit, *ad somnum conciliãdum, in qua ille tanto ære alieno obstrictus somnum capere potuit.* Macrob. lib. 2. c. 4. seu rogatus, cur solum lectum emi iussisset, respondit: *Cætera abundè mihi suppetunt, somno duntaxat in tantis imperij molestijs indigeo, si eum dulcem & omnũ curarum expertem tam obærato præbuit hic lectus, præbebit credo & mihi.*

3. Cic.

Vide in fine huius signi imitationē huius exempli.

3. Cic. 5. Tusc. ait: Cùm quidam ex assentatoribus Dionysij Syracusanorum Tyranni, *Damocles*, commemoraret in sermone copias eius, opes, maiestatem, dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam ædium regiarum, negaretque vnquam beatiorem quenquam fuisse, *Visne igitur*, inquit, *O Damocle, quoniam hac te vita delectat, ipse eandem degustare, & fortunam experire meam?* Cùm se ille cupere dixisset, collocari iussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo textili stragulo, magnificis operibus picto, abacosque complures ornauit, argento auroque cælato. Tum ad mensam eximia forma pueros (pocillatores) delectos iussit consistere, eosque ad nutum illius intuentes (intentos) diligenter ministrare. Aderant vnguenta, coronæ, incendebantur odores, mensæ conquisitissimis epulis exstruebantur. Fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu fulgentem (strictum) gladium è lacunari (superiori parte cubiculi) seta equina appensum demitti iussit, vt impenderet illius beati ceruicibus. Itaque nec pulchros illos administratores aspiciebat, nec plenum artis argentum, nec manum porrigebat in mensam: iam ipsæ defluebant coronæ. Denique exorauit Tyrannum, vt abire liceret, quod iam (vlterius) beatus nollet esse. Satisne videtur declarasse Dionysius, nihil esse ei beatum, cui semper aliquis terror impendeat? (qui semper metuat?) Hæc Cic. vide Horat. Oda 1. lib. 3. & oda 10. lib. 2. *Saepius ventis agitatur ingens Pinus*, &c.

Intelligit fellam auream in modum lecti sternij factam, in qua accubans cænare poterat: veteres enim decumbentes vel accumbentes in lectulis cænare solebant.

Eiusdem Dionysij miseram vicē describit Cic in Offic.

4. *Seleucum* dicere solitum accepimus: Si scirent homines quàm operosum, quamque molestum

lectum sit, vel modò tantarum rerum adeò numerosas epistolas aut scribere, aut legere, diadema proiectum neminem excepturum. *Cæl. lib. 8. cap. 1. Antiq. lect.*

5. *Themistocles* audiens quosdam ambire magistratum: *Si mihi*, inquit, *duas ostenderetis vias, quarum vna ad infernum, altera ad tribunal duceret, multo libentius ingrederer eam, quæ recta ad infernum tenderet.* AElian. lib. 9. var. hist.

6. *Antigonus* filio dicebat: *An ignoras Regiam splendidam esse seruitutem?* Et: *Si quis nosset quantus malis diadema esset refertum, ne humi sui quidem iacens tolleret.* *Vide de cognitione*

7. *Suantocopius* Bohemiæ & Moraviæ Rex ab Arnulpho Imp. ingenti prælio victus, cùm ægrè viuus euasisset, tandem ad montis cuiusdam pedem, depositis armis, & relicto equo, loca auia & solitaria petijt, in quibus aliquamdiu vagatus, vitam pomis agrestibus & radicibus sustentans, tandem ad tres Eremitas peruenit, & ab ijs in consortium receptus, reliquum ibi vitæ curriculum in summa paupertate exegit, nec interea cuiquam quisnam esset aperuit. Tandem iam morti vicinus socios suos ita affatus dicitur: *Me quis sim vos hactenus nescistis: Bohemiæ & Moraviæ Rex sum, vel potius fui, prælio victus in hac solitudine latibulum quæsiui, & apud vos inueni: vtramque vitam, Regis & priuati hominis degustaui, hoc sanctè vobis affirmo, nullâ regni fortunâ eremi trãquillitati præferendâ. Radicibus enim, herbis, & aqua, optimũ saporẽ cõciliat: cõtra pericula & curæ, quibus*

bus dies noctesq; Reges anguntur, omnem cibum & potum amarum reddūt. Quamdiu Deo visum fuit, beatè apud vos vixi: at omne illud tempus, quod in Regno transegi, mors potius mihi, quàm vita videtur.

Vide Mensam Theolo-Philos.

8. *Simeles*, militum Adriani præfectus, cùm à gre vacationem obtinuisset, & in agro septem annis, quod reliquum fuit vitæ, priuatus in otio & quietè exegisset, moriēs sepulchro suo inscribi iussit: *Simelis hic iacet, cuius ætas quidem multorum annorum fuit, septem tamen duntaxat annis vixit.*

Exod. 3.

9. Obsequentissimus Dei famulus *Moyses* quàm timidè, quamque cunctanter legationem ad Pharaonem suscepit? assignatum sibi à Deo munus tantùm non subterfugere parat, & onus, quod suis humeris impar existimabat, valentiori alii cui imponi adeò humiliter ac demissè deprecatur, vt propemodum quasi contumaciter abnuenti & recusanti seruulo meritò subiraſci Dominus videatur.

10. *Theodosius* Imp. non quæsiuit purpuram, sed quæsitus est ab ea. Vnde Claudianus:

Naz. Locū principem contemnere, princeps est sapientia.

Hæc sunt innumeris per se quæsita trophæis;
Non generis dono, non ambitione potitus.
Digna legi virtus: vltro se purpura supplex
Obtulit, & solus meruit regnare rogatus.

Nam Gratianus Imp. proximè spectans imminentes in cladem totius Romani Imperij Gothorum victrices turmas, cùm ipse reuocaretur in Gallias, ob Alemannos iterum rebellantes Imperatoris absentia, & ob cladem Orientalem fi rocioribus animis insolescentes, adorato numine, eius instinctu publicis Comitijs militarib

cre

creauit Orientalis Imperij, in locum Valentis defuncti, Theodosium Imp. Hinc Augustinus. *lib. 5. de Ciuit. Dei cap* 25. Gratianus, ait, Theodosium regni participem fecit, cùm paruulum haberet & fratrem (Valentinianum,) auidior fidæ societatis, quàm nimiæ potestatis. Seu: Gratianus, prospiciens publicæ potius, quàm priuatæ vtilitati, Theodosio dimidium cessit Imperium, cùm reliqui dimidij iam ante fratrem adsciuisset sibi consortem.

II. S. Ambrosius, *in Apologia Dauid c. 6.* ipsum Regem atque Prophetam commendat, quòd, cũ ei oblata esset occasio, nullo negotio, nulloque sui periculo Saul persecutoris, à Deo reiecti Regis, occidendi, regnique potiundi, à Deo sibi vnctione Prophetica destinati, abstinuit tunc à nece ipsius, exspectans, vt à Deo mors eidem inferretur. Non minorem laudem meretur Theodosius, qui cùm deuicto & occiso Maximo Tyranno summa rerum posset potiri, voluit tamen cum Valentiniano Iuniore partiri Imperium, dum non solùm Italiam, ex qua deiectus à Maximo fuerat, illi restituit, sed adiecit & Gallias, Hispanias, atque Britanniam. *August. 5. de Ciuit. Dei cap. 26.*

III. Quia experientia didicerunt eos, qui ad honorum fastigia euecti sunt, non diu consistere in fastigio & lubrico culminis: magna Imperia magnis subiecta esse casibus, & Iouis fulmina sæpe in alta cadere. Vide locum de fortunæ inconstantia.

1. Cùm *Theopompo* summi honores essent oblati, renuisse dicitur, quo nomine obiurgatus ab vxore, quòd humilius ac minus esset filijs traditurus *Plut. in Lycurgo.*

turus regnum, quàm accepisset, *hactenus*, respondit, *maius quòd diuturnius*. Nam quæ moderata sunt, in longum tempus durant. Aliter hęc refert Val. Max. lib. 4. c. 1. *Nulli ferè magna bona & diuturna contingunt, non durat, nec ad vltimum exit, nisi lenta felicitas.* Seneca in Consol. ad Mar. & de Benef. ca. 7. Idem epist. 39. *Segetem nimia fertilitas vbertas, sic rami onere franguntur, sic ad maturitatem non peruenit nimia fœcunditas: idem nimis quoque euenit, quos immoderata felicitas rumpit.* Philippus Cominæus lib. 10. Comm. ait: *Nihil est præstabilius mediocri vitæ genere, quod qui potest assequi & tueri, is omnium certè felicissimus est.* Didicit hoc Cominæus graui suo periculo: in vincula enim coniectus, ex ijs caussis ipse capitis dicere coactus est. Q. Curtius lib. 3. ait: *Nimiæ opes magnæ iacturæ sunt.* Quintil. Nec *iunt diu stare successus.*

Thomas Morus, Cancellarius Angliæ, de seipso canebat:

Agros ego haud porrectiores appeto,
Non auream aut Gygis beatitudinem:
Quæsit satis sibi, vita sat eadem est mihi.
Illud: Nihil nimis, nimis mihi placet.

Ouid. 3. de Trist. ait:

Tu quoque formida nimium sublimia semper.

2. *Belisarius* summus Iustiniani Imp. Præfectus vir manu strenuus, atque animi magnitudine, ijsque virtutibus nemini sua ætate comparandus, Gothos aliquoties Vrbe Italiaque pepulit & profligauit; Persas, & Alanos, & Vandalos insigni robore repressit: quorum Regem Gelimerium in triumphum Constantinopolim duxit itaque

itaque Africam rursum adiecit Imperio Romano. Quibus rebus sic præclarè gestis vt Iustinianus Imp. ei meritum virtutis præmium repræsentaret, præter infinitos honores illi delatos, monetam cudi curauit auream, in cuius altero latere imago impressa fuit Iustiniani, in altero Belisarij cum hoc elogio: *Belisarius decus Romanorum.* Hunc tamen, tot & tantis honoribus ornatum, propter leuem & friuolam regni affectati suspicionem, ab æmulis gloriæ ipsius suscitatam, non tantùm honoribus omnibus opibusque priuauit, sed etiam erutis oculis, eò calamitatis reduxit, vt è vili tuguriolo stipem sibi mendicare coactus sit, his verbis: *Date obulum Belisario, quem virtus extulit, inuidia occæcauit.* Procop. 1. bel. Persi. & Cedren. *Vide Theatrum hist. loco de pœnis contemnentium Pontifices.*

3. *Plautianus* ex tenui loco à Seuero Imp. euectus ad summam potentiam, opesque longè maximas, tandem eò beneuolentiæ apud Imp. peruenit, vt is filiam eius nuptui dederit maiori suo filio Bassiano. Verùm ex amicissimo ita postea odio habuit, vt & hostem publicum appellaret, & depositis statuis eius per orbem terræ, graui eum insigniret iniuria, imò tandem in Capitolium eum vocatum, miserrimè trucidaret. *Spartian.* *Imago ludentis fortunæ, & rerum vicissitudo.*

4. *Eutropius* vir Consularis longè potentissimus, atque adeò Arcadij Imp. tutor, propter quædam conuitia & contumelias in Imperatricem iactas, nedum à Rep. Imperatore iubente, submotus fuit, sed & bonis fortunisque omnibus, imò & vita tandem spoliatus, vt meritò Sanctus Chrysostomus, testis oculatus, exclamet, tantique viri casum admiretur,

inter cætera dicens: Quis hoc homine fuit excel-
fior? nonne in toto orbe diuitijs præcellebat? nō-
ne eum omnes formidabant ac verebantur? Sed
ecce factus est & vinctis miserior, & seruis mi-
serabilior, & mendicis fame tabescentibus indi-
gentior, per singulos dies præ oculis habens gla-
dios in se exacutos, & præcipitia, & carnifices, &
viam, quæ ad supplicium ducit. Vbi nunc incly-
tus ille Consulatus splendor? vbi illustres illi
fasces? omnia illa præterierunt, procella vehe-
mens folia deiecit, arborem spoliatam reddidit
iam radicitus vacillantem, tantaq; vis venti im-
pacta est, vt cùm neruos eius vniuersos concus-
serit, tum ipsam funditus prosternere minetur.
Vbi nunc fucati illi amici? vbi compotationes &
cœnæ? vbi parasitorum examen? Omnia illa ni-
si nocturnum somnium fuerunt, appetente die
euanescens: flores fuerunt verni, vere exacto
marcuerunt omnia: vmbra erant, & prēterierūt
fumus erant, & soluta sunt: bella erant, & direp-
ta sunt: araneæ erant, & laceratæ sunt. *Vide Ba-
ronium Anno Christi 399. & Theat. hist. in loco de
Eccles. immun. viol.*

Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.

Esaiæ 40. *Omnis gloria hominis vt flos fœni.*

5. Postquam *Bernardus de Cabrera* Petri Regis
Arragoniæ intimus & fidelissimus consiliorum
administer, in aula multos honores felicitèr
percurrisset, varijsque exemplis monitus esset,
nihil incertius esse beneuolentia aularum, op-
portunam missionem à Rege postulauit, & post-
quam obtinuisset, in Monasterium aliquod se-
cessit, sibi & quieti porrò vacaturus. At Rex ab-
sentia viri deprehendens, res cùm priuatas, tum
publicas pessum ire; denique sentiens, quàm vti-
le & commodum seruitium amisisset, reuoca-

Ber-

Bernardum, maioribus honoribus, quàm aliâs vnquam donandum. Nec abnuit vir magnus, redit, & gradus honorum aſcēdit, vnde paulo poſt præcipitatur. AEmuli enim, ægris admodum oculis adſpicientes ſecundam eius exiſtimationē creſcere, illum apud Regem falsò accuſant. Quibus tamen Rex credens, eum actutum honoribus, fortunis, atque adeò vita ipſa priuauit, quē tamen poſtea facti pœnituit, atq; ſerò cum animi magno mœrore didicit, calumniam impetu valuiſſe, nimiamque credulitatem, imò crudelitatem virum tam egregium, deq; ſe bene meritū euertiſſe. Diſcat hinc Magiſtratus non temere excipere delationes.

6. *Aluarum de Luna*, Caſtellæ Conneſtablium, Rex Ioannes in oculis ferebat, ſi quem alium, eoque ad eminentes dignitates euexerat, vt ſolus Regem Regiſque opes pro ſuo arbitratu regeret; ſed tandem Rex expugnari ſe delatorum ſcelere permiſit, tulitque vt Aluarus comprehēderetur, atque publicè publicatis omnibus fortunis, capite multaretur. Vox eius à quibuſdam, mirantibus ſecundam eius fortunam, excepta eſt: *Improuidi, quid ædificium ante operis faſtigium prædicatis?* Videtur præſcius & præſagus fuiſſe miſerabilis caſus, in quem paulo poſt fuit conie-ctus. *Fulgoſ. lib. 6. cap.* 11. *Themiſtocles: Homo lu'us eſt fortunæ.*

7. *Iulius Cæſar*, qui tot tantaque bella geſſerat, tot hoſtes profligarat, Imperij fines produxerat, tandem ob ſuſpicionem affectati imperij in odium apud Rom. vocatus, ab amicis atque neceſſarijs, ſine vlla perfidiæ ſuſpicione trucidatur. *Suet. c.* 14. *& Liu.*

8. Cùm *Claudius Cæſar* deprehendiſſet inſidias

in se sacrificantem structas esse, Senatum pe
Præcones properè conuocauit, lacrymisque
vociferationibus miseratus est conditionē suam
cui nihil tuti vsquam esset, ac diu publico abst
nuit. *Suet. cap.* 36.

9. *Saturninus imp. Rom.* inquit apud Vopiscum
Nescitis amici, quid mali sit imperare, gladij
tela nostris ceruicibus impendent, imminent hos
vndique, vndique spicula: ipsi custodes timent
ipsi comites formidantur. Non cibus pro voluptat
nō iter pro authoritate, nō bella pro iudicio, non
ma pro studio. Adde quòd omnis ætas in imperio
prehenditur. Senex est quispiam, inhabilis vid
tur; sin minus, inest furor. Nam quòd Imperat
rem me capitis, in necessitatem mortis me trah
tis. Sed habeo solatiū mortis, solus perire nō pote

10. *Augustus Cæsar* Dictaturam magna vi offe
rente populo, genu nixus, deiecta ab humer
toga, nudo pectore deprecatus est: Domini ap
pellationem, vt maledictū & opprobrium sem
per exhorruit. Idem non temere vrbe oppidor
vllo egressus est, nisi vespere aut noctu, ne quem
officij caussa inquietaret. *Sueton. c.* 52. Vide de A
dulat. vana gloria, & honore.

al. Friderici III.

11. Symbolum *Maximiliani*, constans ex quin
que vocalibus A. E. I. O. V. *Aquila electa iustè, o*
mnia vincit, denotabat legitimo seu legitimè ele
cto magistratu, nihil esse sanctius, nihil magnifi
centius, nihil ad victoriam & felicitatem in bel
lo & pace consequendam præstantius.

Adhæc Magistratus etiam oblatos non temer
esse suscipiendos docent: 1. exempla eorum, q
honores delatos respuerunt, de quibus consul
locum de Humilitate. 2. quòd huic ordini max
mè

mè infestus est cõmunis humani generis hostis, diabolus, ideoque contra eum sæpe seditiosos ciues excitat. Contra *Moysen & Aaronem* Israelitæ insurrexerunt, cùm apud Pharaonem pro illis intercederent. (*Exod.5.*) seditionem mouerũt Chore Dathan, & Abiron. *Num.16.* interempti sunt à suis Imperatores, *Galba, Vitellius, Pertinax, Macrinus, Alexander, Gratianus*; & complures alij optimè Imperio ac Rebusp. præfuerunt, malam interim gratiam à suis retulerunt.

Primus vrbis Romæ conditor *Romulus* à Primoribus interfectus, corporeque minutissimas in partes dissecto, occultè sub vestib⁹ per portas asportatus fuit. *Dionys. Halic. lib.2. Val. lib.5.*

Miltiades in vincula compactus est: iniquis præmijs dimissi sunt *Cimon, Aristides, Demosthenes, Themistocles, Timotheus, Phociõ.* (*Plut.*) Spartani in *Lycurgum* parum grati fuerũt. (*idẽ.*) Caussam apud Thebanos *Epaminondas* & *Pelopidas* dixerũt. (*idẽ.*) apud Romanos eadẽ sunt fortuna vsi *Camilli, Scipiones, Seruilij*, & alij. apud Carthag. *Xãtippus, & Hãnibal.* (Val.l.5.& 9.) Hac de caussa *Scipio*, voluntarium in exilium abiens, Linterni reliquam ætatem egit, moriens ab vxore petijt, ne corpus suum Romam referretur, & sepulchro suo inscribi curauit: *Ingrata patria, ne ossa quidem mea habes.* (Liu.lib.8.Plut. Val.lib.5.ca.3. Oros.lib.4.c.10.Plin.de Vir.illust.c.49.) Pater Themistoclis dehortari eum à Reip. gubernatione volens, apud mare proiectas illi & neglectas triremes monstrauit, eundemque populi animum in Magistratus iam senes & inutiles factos esse ostendit. (*Plut. in ger. Reip. præc.*) ipsemet platano arbori similem sese esse dixit, ad quam cœlo

pluuioso homines confugiunt, sereno verò eos dem lapidibus ac fustibus petunt. (*Plut. Arist. Rhet.*)

3. Quòd nihil difficilius est, quàm alijs bene præesse; opus magnum & arduum imperare (*Plato epist. 7. Tac. lib. 1.*) Inter omnia animalia homo maximè & moribus varius, & voluntate diuersus: in rectores suos magis, quàm pecus illum in pastorem suum insurgit. (*Xenoph. 1. Cyr.*) Greg. Naz. in Apol. ait: *Reuera mihi videtur esse ars artium & disciplina disciplinarum homines regere, qui sunt inter omnes animantes maximè & moribus varij, & voluntate diuersi.*

4. Quòd sæpe multæ & magnæ molestiæ frustra & inutiliter suscipiuntur, & sæpe Resp. corruptior ac deprauatior est, quàm vt iuuari melioréque fieri queat: vbi sapientis non est, in superuacuum niti: (*Seneca ad Gallionem.*) vbi diligentia est plena simultatum, negligentia vituperationum. (*Cic. pro Flacco.*) Magnis licet honoribus colatur Magistratus, multis tamen malis & incommodis agitatur: (*Plato in Axioch. Xenop. in Hierone.*) multa cogitur horrenda aspectu videre, multa tangere, & ex alienis miserijs molestias capere. (*Plut.*)

5. Ob damnum & iacturam rei familiaris. Nam dum res curantur publicæ, domesticæ peius curantur, nullum ex publico lucrum percipitur. (*Plato 7. Pol.*) Et qui multa agit, sæpe fortunæ sui potestatem facit, quam tutissimum est rarò experiri. (*Plut. in Demost.*) Hinc plurimi Magistratus pauperes. *M. Curius* (qui legatis Samnitum aurum offerentibus, cùm ipse rapas torreret, *malo*, inquit, *aurum habentibus imperare. Flor. lib. 1.*

lib.1.c.8.Plin.de Vit. illust.cap.33.) *Aristides*, *Epaminondas*, (qui non nisi vnicam vestem habuit, quæ cùm esset resarcienda,domi manere coactus fuit,) *Lysander Spartanus* (qui moriens non tantum reliquit, vt dotem filiæ assequerentur, vnde & dimittere eas mariti decreuerant, nisi retinere Magistratus graui pœna coegisset. *Fulgosius lib.4.*

6. Ob querelas & iudicia varia hominum,quibus nunquam satisfieri potest, (*Eurip. in Iphig.*) malè audiunt semper qui præsunt, belli maximè tempore, propter aduersos casus. (*Thucyd.lib.5.*) Idem Magistratus experiuntur quod apud Sophoclem de gregibus suis pastores conqueruntur; *Seruimus his, domini licet simus, tamen & hos, taceant quamuis,audire cogimur*, & quod de Samijs Pericles dixit: Similes eos infantibus esse, qui pultem à matribus ac nutricibus capiunt, plorare interim non desinunt. (*Arist.3.Rhet.*) Ac necesse est, quamuis rectè imperetur, multos irasci, quòd non tam multi homines iusti sunt, quàm qui iniuriam facere volunt, quoniam cupiditates ipsorum expleri non possunt. Boni autem partim multa magnaque expetunt, quæ assequi nequeunt; partim, cùm inferiores alijs habentur,ægrè molesteque ferunt,eamque ob rem culpam vtrique in Magistratus conijciunt. (*Xiphil.*)Quin & vitia Magistratuum leuicula libera à censura non sunt: quid illi agant, quemadmodum viuant, inquiritur. (*Plato epist. 4. Xenop. in Hierone.*)Neque res tantùm publicę administratæ,sed & singula verba notari,victus quoque,ioci, domus, ipsa familia, vxor, cubile curiosius conquiri solet. (Plut. in præc. ger. Reip.) In *Cn.*

Pompeio reprehēsum fuit, quòd vnico digito c
put scalperet : in *Scipione* vituperatum , qu
somnum duceret longius. (*Ibid.*)

7. Magistratus est obnoxius inuidię, neque ta
modesta vlla felicitas, aut virtus suis vtilis m
tisue extitit, quam hæc non vellicarit. (*Sabel.*
7.) Hæc sæpe fecit, vt præstantissimi viri post
feliciter gestas exulare fuerint coacti. *Beli*
rius, vt dixi, omnibus dignitatibus ac facult
tibus exutus à Iustiniano, (apud quem summa
authoritate & gratia ante fuerat) stipem ost
tim colligendo, sustentare sese necesse hab
& dicere : *Date Belisario eleemosynam*, qu
virtus extulit, inuidia & ingratitudo deiecit. (
lat. lib. 23. Egnat. lib. 5.)

Iul. Capitol. ait in M. Anton. Nemo est ma
norum Principum, quem non grauis & falsa
terdum fama perstringat. Et *Otho Imp.* multar
pertæsus calumniarum, frequenter dictitab
Nescitis amici, quid sit Romanum gubernare I
perium : mihi credite iam experto, qui iam m
malo, quàm imperare.

Ioannes Arragonum Rex Anno 1479. febri co
reptus post vsum cœnæ Dominicæ, dum lecti
ni Euangelicæ & recitationi Psalmorum inte
dit, subito languore concidit, exclamans: *O mi*
ros omnes, qui ad Principatus aspirāt, qui diuit
& nimios honores affectant ! O felicem pauper
conditionem, & illorum securam vitam atq; bea
qui panem comedunt cum sudore sui vultus ! M
misero quid regnum, quid honores, quid obseq
plurimorum contulerunt? labores magnos, & mu
corporis & animæ pericula. Vitam certè vixiss
multo meliorem, si non Rex, sed pauperis agri

tor fuisſem. Inter hæc & ſimilia extinctum eſſe refert Marinæus, *lib.* 18. *rer. Hiſp.* Eiſdem planè votis ac querelis *Alphonſum* fratrem eius Regem Neapol. ex hac vita emigraſſe teſtantur hiſtoriæ.

Legimus (*inquit Maiolus in diebus* (*Canic. pag. mihi* 801.) de Rege quodam, qui nunquam ridere viſus eſt, quique nullis rebus, quantumuis iucundis & facetis, ad riſum commoueri potuit. Aulici & Conſiliarij Regis ſui ingenium admirati, fratrem Regis impellũt cauſſam triſtitię vt ſciſcitetur. Cui Rex cauſſam indicaturus, poſtero die iubet foueam profundiſſimam, ſtratis in fundo ignitis carbonibus, parari, ſolium vetuſtate ferè corruptum ſuperimponi, in quo fratrem diademate, ſceptro, & cultu regio magnificentiſſimo ornatum collocat, abacum auro argentoque cælato & varij generis vino epuliſque exquiſitiſſimis inſtructum poni iubet, adhibentur cantores voce & multiplici inſtrumento muſico modulantes, miniſtrant menſæ nobiles aulici, nec quicquam regalis magnificentiæ deſideratur. Interim fratris capiti Rex enſem filio bombycino imminentem è lacunari demittit, armatos milites quatuor ſubornat, qui ſtrictis enſibus nouum Regem adoriantur, pectus hic, alter tergum, reliqui duo vtrumque latus mucrone petant. Quibus hoc modo conſtitutis, fratrem bono eſſe animo, demere ſupercilio nubem, & ridere Rex iubet.

Vide quæ anteade Dionyſio ex 5. Tuſc. Cic. adnata ſunt.

At is inter tot pericula totus perterritus, & penè exanimatus, quò ſe vertat, niſi præſentiſſimo cùm vitæ ſuæ periculo non videt,

videt, modò vt ſurgere, & abire ſibi liceat, p
Deos omnes precatur. Tum Rex : Talis eſt v
omnium ad gubernacula qui ſedent : in his pe
culis vitæ & fortunarum omnium ſingulis m
mentis verſor & ago. In Regio quidem ſum c
ſtitutus Throno, at is ſingulis horis ruinam m
natur : cùm nullum ſit in Orbe Imperium ta
firmum, quod non varijs caſibus ſit obnoxiu
Quocunq; me verto, imminens periculum a
oculos poſitum cerno : Supra me Deum iudice
iuſtum, accuratam poſtulaturum paulo poſt à
totius vitæ & gubernationis meæ rationem, v
deo, finemq́ue ſingulis momentis vitæ meæ
nui filo dependentis imminentem vereri cog
infra me ſi lumina defigo, gehennæ horribile
rathrum infernalibus flammis ardens intue
ſi ante me proſpicio, vitam vario fortunæ lu
brio expoſitam conſidero, & caſus Tragicos
timeſco: retrò reſpiciens, vitam anteactam m
tis peccatis & erroribus deploro: ſi ad vtrume
latus oculos deflecto, imminentium vndiq; m
lorum congeriem, & ingruentium calamitat
pericula exhorreo. His malis exercentur quo
die, qui Imperia & Principatus tenent. Hab
frater, cauſſas triſtitiæ meæ, quas dum ſingu
momentis mihi ante oculos pono, nullam mi
ridendi & ludendi cauſſam oblatam video.

Demoſthenem Athenis profugum, memo
proditum eſt, fortunæ turbinibus infractum, a
euntes iuniores à Reip. cura impenſiſſimè co
tum auertere, cùm diceret: Si duæ viæ initio p
ponerentur, quarum altera ad ſuggeſtum fer
ac concionem, ad euidens exitium altera; prz
deat autem aliquis, quæ in ciuilium adminiſt
tio

tione occurſent mala, quàm atrox inuidia, quæ ſubeunda certamina, quibus criminibus vita obnoxia, præſtare id inire iter, cuius exitus mors eſt. Cæl. Rhod. lib. 8. cap. 14. *Moyſes*, (Exod. 3.) & poſt mortem eius *Ioſue*, à Deo ad ſupremum Magiſtratum vocati, ſuam imperitiam allegabant, & *Gedeon.* (*ind.* 6.) ad Angelum Dei dicebat: *Familia mea infima eſt in Manaſſe, & ego infimus in domo patris mei.* Sic etiam *Saul* & *Dauid*, quando ad regnum vocabantur, indignos ſe, & infimo loco natos fatebantur, hinc Deus eos exaltauit. *Hieremias* (cap. 1.) ſe puerum vocat, qui loqui neſcit. *Chriſtus* (Ioan. 6.) fugit, ne Rex creetur. Rectè igitur grauiſſimi Scriptores, vno ore affirmant, nullam eſſe artem maiorem, aut difficiliorem; quàm tractare Remp. ac proinde ſtultos meritò haberi eos, qui hoc munus, alijs imperãdi, temerè affectant. A quo vitio nos meritò ad extremum deterret illud Syracidis cap. 11. *Multi Tyranni ſederunt in Throno, & poſt modicum tempus, qui non putabatur, portauit diadema ipſorum: multi potentes repentè oppreſſi ſunt, & gloria eorum tradita eſt alijs.* *Cyrus*, ab ipſo Deo conſtitutus Rex & Monarcha Perſarum, rebus maximis præclarè & fortiter geſtis, glorioſiſſimus fuit; ſed à fœmina Tomyri Maſſagetarum Regina amputatum illius caput in vrnam, humano ſanguine repletam, proiectum ferunt cum hac exprobratione: *Satia te nunc humano cruore, quo nunquam antehac expleri potuiſti.* *Darius* Perſarum Monarcha, qui ſe Regem Regum, & Deorum conſanguineum vocabat, ab Alexãdro Magno victus, & à proprio miniſtro Beſſo miſerè crucidatus fuit. Magnum illum *Pompeium* AEgyptio-

Oſee 8. *Ipſi regnauerunt.*

ptiorũ ſpadones turpiter interemerunt. Achab Regis vxor Iezabel à canibus deuoratur. (4. Reg. 9.) Balthaſar vna nocte & regno, & vita exuitur. (Dan. 3.) Idem Aſſuero accidiſſet, niſi conſpirationem miniſtrorum Mardochæus detexiſſet. (Heſt. 2.) De aliorum Regum & Principum repentino & inopinato interitu, & de pœnis ambit. (Iulij Cæſ. Iuliani, Heliog. &c.) conſule Theatrum hiſtoricum: vide etiã verſus Maphæi Vegij poſt Virg. de Turno & AEnea:

O fragilis damnoſa ſuperbia ſceptri, &c.

SIGNVM XII.

Annona prouidere.

ANNONAE PROVIDERE, ET CVrare vt neceſſaria ad victum ciuibus non deſint.

1. ANtoninus Pius & M. Antoninus, in penurijs triticum, oleum, vinum, & huiusmodi magno pretio empta vili populis erogabant & quandoque donabant.

2. Tiberius Cæſar in communibus calamitatibus peſtis, incendij, vel inopiæ proprijs pecuniis opem ferebat. Tacit. 4. Ann. num. 25.

3. Theophilus Imp. Conſtantinop. vxorem habuit admodum auaram, vt quæ mercaturam etiam tam terra, quàm mari exercuerit. Accidit vt Imperator per feneſtram proſpectans ingentem onerariam in portum appulſam conſpicatus, miſſo puero cuianam ea eſſet, vnde veniret, & quas merces veheret percunctari iuberet. Vbi vero intellexit vxoris tam nauem, quàm merces eſſe

nau-

nautis mandauit, vt ſtatim quæ ſua eſſent quiſq; exportarent: quo facto, igne iniecto, nauim, & quidquid in ea erat, comburi iuſſit, vxorem, quæ hæc ſpectabat, auſtero vultu ſic affatur: *Me Deus Imp. fecit, at tu nauclerum & mercatorem facere me ſatagis. Tu ſcito ſubditorum noſtrorum eſſe mercaturam exercere, & victum inde quærere: quòd ſi nos totius Imperij redditibus non contenti, etiam mercaturæ vtilitates ad nos rapiamus, vnde ſubditi noſtri & vitam ſuſtentabunt, & tributa nobis ſoluent?*

4. Erat (*ait Maiolus in Diebus Canic. ſub finem 1. partis.*) paucis abhinc annis *Storax* Neapolitanus ciuis delicatulus, faſtuoſus in illa vrbe annonæ præfectus: quem cùm non bona fide munus ſuum exercere plebs famis impatiens putaret, irruit in eum: ipſe verò aufugiens, in æde S. Auguſtini ſepulchro ſeipſum abdidit, ſed tandem inuentus, & lapidibus ſauciatus, extractus, in fruſta totus diſcerptus à furente plebe eſt, adeò vt eius ſanguinem non pauci lamberent. Propterea edidimus hoc carmen:

Storax, qui viuens ſubijt ſepulchrum,
Mirum, defunctus caruit ſepulchro.

De Herode vide Ioſeph. lib. 5. cap. 12.

5. *Baſilius Macedo* Imp. ciues quoſdam triſtes conſpicatus, mœſtitiæ cauſſam rogauit. Qui intrepidè Imperatori: *O Domine*, reſponderunt, *quidni triſtemur, qui mortẽ noſtram ac liberorum præſentẽ oculis videmus, cùm duos modios frumenti aureo vno mercari cogimur, & cùm iam pecunia deficiat, nunquid propediem deficiet & vita?* His auditis Rex ingemuit, & pecunijs mœrorẽ diſſoluit. Tũ eos, qui ciuilib⁹ præfecti erãt negotijs, quòd tãtę iudigẽtiæ ſe nõ feciſſent certiorẽ, Magiſtra-

gistratu amouit, ac dignitate priuauit. *Cuspin.* V
tinam in omni Rep. Magistratus, qui rebus ven
dendis & emendis, tum ad cultum tum ad vict
necessarijs præsunt, ne quid ad sufficientiam vi
tæ deesset, ex fide & officio prouiderent, & ma
gistri fori, seu rerum venalium curatores, cura
rent, vt omnia sine fraude venalia exponerentur
& iusto pretio emerentur.

Theophrastus in libris de leg. ostendit Agora
nomis apud Athenienses duo præcipuè curandi
fuisse, vt omnia in foro compositè citraq; tumu
tum agerentur, deinde vt abstinerent à mendi
cijs non vendentes modò, sed etiam mentes.

SIGNVM XIII.

Artium professores honorare.

ARTIVM, BONARVM PROFESSORIBVS honores & stipendia pronuntiare & curare.

1. M. *Aurelius Antoninus Imp.* cognomen
Philosophi glorioſus, Philosophos ma
gno in pretio habuit, in vrbe Athenensi Doctores omnis doctrinæ annua mercede conducti constituit, ad omnium gentium vtilitatem. D
& Xiphil.

2. *M. Antoninus Pius Imp.* antecessor prædic
Philosophi Rhetoribus & Philosophis non so
lùm annua salaria, sed & honores per omn
Prouincias decreuit. Quos autem otio abuti ce
nebat, eis salaria à publico præberi vetuit, nih
iniquius esse dicens, quàm in eos Remp. esse be
neficam, qui nihil ipsi in Remp. conferrent l
bon

boris & beneficij. *Pontã. c. 11. & 42. de liber. Alex. lib. 2. c. 25. Vide Baron. Anno Christi 162. & locum de Doctorum præmijs & honore.*

3. *Alexius Comnenus* Imp. Constantinop. Musæum exstruxit, in quo publicè docerentur pauperum liberi, Magistris & Pœdagogis constitutis, victuque tàm docentibus quàm discentibus ordinato. *Zonar. Tom. 3 Annal.*

4. *Iulius Cæsar* valde commendatur, quòd Professores Medicinæ & artium liberalium, quo libentius & ipsi Vrbem incolerent, & cæteri eam appeterent, ciuitate donauit. *Suet.* Sciebat enim Platonem verè dixisse, (*5. de Rep. & epist. 7.*) beatas illas esse Resp. vbi studiosi sapientiæ regunt, vel earum Rectores sapientium consilio parent. & Seneca: *Saculum est aureum, quando Sapientes regnant.* *Vide signũ 2 & 5. par. 3.*

5. *Gothorum Reges* imperabant Professoribus salarij tardius persoluti etiam vsuras deberi.

6. *Vespasianus* Græcis Latinisque Rhetoribus annua centena constituit, seu è Fisco dedit: (*Suet.*) ea reddũt bis mille & quingentos Philippæos, seu ducatones.

7. *Vicentini Sabellicum Rhetorem* obscuri adhuc nominis peregrè transeuntem, dicendi facultatem in eo admirati, argentea patera magni ponderis, &, quod plus fuit, ciuitate donârunt. *Sabel. lib. 7. cap. 5.*

8. *Ioanne Campegio* Bononiensi publico decreto in Patauinum Gymnasium accersito, posteaquam eius accessus appropinquare dictus est, ob excellentem eruditionem à Magistratibus vrbis (quod non nisi Regibus aut summis Principibus dari consueuerat) à Gymnasiarchis, & omnifa-

riam Profe[illegible]oribus, ingentiq́ue officiorum fr
quentia itum eſt obuiam, vt nulla hominum m
moria, Profeſſorem honorificentius accepti
viderit Patauina ciuitas. *Ibid.*

9. Zonaras in Annal. refert, *Iuſtinianum* Im
antiquitus conſtitutas in quoque oppido aut
nas, Profeſſoribus bonarum artium dandas, c
conſilio Præfecti ſui ſuſtuliſſe, & ideo ruſticit
tem & barbariem occupaſſe inhabitantes. C
ſtantinus autem Imp. mercedes Profeſſoribus
ſalaria reddi iuſſit. *L. Medicos, §. fin. C. de Pr
& Med. lib.* 10.

10. *Athalaricus* Rex Senatui Romano de ſtipe
dijs Profeſſoribus ſoluendis hoc modo reſcr
ſit: Cùm manifeſtum ſit, præmium artes nutri
nefas iudicauimus doctoribus adoleſcentiũ
quid ſubtrahi, qui ſunt potius ad glorioſa ſtu
per commodorum augmenta prouocãdi. *Caſſ
lib. 9. var. epiſt.* 21.

11. *Alexander Mammeæ* Rhetoribus, Gram
ticis, Medicis, &c. ſalaria inſtituit, auditoria
creuit, pauperum filios publicè aluit. *Cuſpin.*

12. *Leo Macelles* Imp. cùm aliquando Eulo
Philoſopho ſtipendium dari iuſſiſſet, quod
ex eunuchis dicente: pecuniam illam milit
eſſe impendẽdam, dixit: *Vtinam mea ætate fiat,
ſtipendia militũ in Philoſophos cõferantur.* Suid

13. *Ferdinandus Neap. Rex* grandẽ pecuniæ ſu
mã quotannis ex ærario pendendã ſtatuit Rhe
ribus, Philoſophis, Theologis, qui publicè N
poli docerent: (*Pontan. de liber. c.* 29.) Egrega
certè factum & perpetua commẽdatione dig
eos alere, quorũ vtilitas non ad parẽtes ſolùm
ſanguine coniũctos, verùm etiam ad totã pa

& vniuersum terrarũ Orbem redundare potest.

14. *Franciscus I. Galliæ Rex*, verus Musarum Mecœnas & Mineruæ filius, Parisijs in omni litterarũ genere Professores annuo stipendio, CD. librarum, in singulos constituit, quos Regios vocant, qui absque stipe docerent publicè. Hacque ratione factum est, vt rudis illa & bellicosa Gallia litteris quoque & pacis studijs ornaretur.

15. *Lycurgus* obijcientibus, quòd Rhetoribus daret mercedem: *Si quis*, inquit, *profiteatur se filios meos mihi redditurum meliores, non mille drachmas, sed omnium facultatum dimidium effunderem.*

16. Potentiss. sapientiss. & religiosiss. *Rex Poloniæ Stephanus* tanti fecit M. Antonij Mureti diuinam eloquentiam, vt annuo stipendio mille quingentorum aureorum nummorum eum in Cracouiensem Academiam inuitandum censuerit, promisso amplissimo viatico, & insuper honestissimi sacerdotij certissima spe proposita, vt videre est in ipsius Mureti epistola 66. Cùm autem Gregorius XIII. Pont. Max. hanc Stephani Regis sollicitationem cognouisset, quem Romæ habebat Muretum, nullo pacto dimittendum decreuit, sed aucto liberaliter stipendio, honorificentissimè detinuit. Cuius ille Pontificis authoritati tantum tribuit, vt etiam minore stipendio, quàm Rex proposuerat, illic vsque ad extremum vitæ diem haud illibenter permaneret.

SIGNVM XIV.

Assiduè adesse subditis.

ASSIDVE SVAE CVRAE COMmissis adesse.

1. TRibunum plebis diem integrum ab v Roma abesse nequaquã licebat, ne aut latio, cùm opus esset, ciuibus deesset. Apud dem Romanos Tribuni plebis domus cuiuis tebat, foresque per diem perque noctem rec erant, vt congressus faciles præbere, nemi aditu arcere, & cuiuis opem imploranti pr esse disceret. *Alex. lib. 1. c. 3.* Prætorem vrba plus decem continuis diebus Roma abesse licebat. *Idem lib. 2. cap. 15.*

2. Apud *Heduos* qui summum gerebat impe finibus excedere non poterat.

3. *M. Cato* Consul Rom. post triumphum panicum virtutem suam non remisit vel la uit, sed non secus atque qui primùm attingo Remp. honoremque & gloriam sitiunt, oper suam omni in re amicis ciuibusque obtu *Plut. in Catone maiore.*

4. *Cato Minor* Quæstura functus, non tamen statione decessit ærarij, sed serui eius quoti agebant ibi, acta describentes: ipse codices, q bus rationes procurationis publicæ pecuniæ scriptę ab Syllæ temporibus vsque ad quęstur sam erant, comparatos quinque talentis, se per in manibus terebat. Curiam ingrediebat primus, postremus digrediebatur. Cùm freq ter cæteri coirent segniter, sedens legebat su

missè, prætensa libro toga. Nunquam cùm Senatus haberetur aberat. *Idem.*

5. *Claudius Imp.* legem tulit, ne Senatori vltra septimum ab Vrbe lapidem iniussu Imperatoris abesse liceret. *Suidas.*

6. Homerus *Agamemnonem* Regem ποιμένα λαῶν, (pastorem populorum) appellat: pastorem enim oportet semper adesse suis ouibus, & curare, vt saluæ sint oues, & habeant vnde viuant.

SIGNVM XV.

AB AVARITIA, SEV A SITICVlosa rerum cupiditate alienum esse.

Auaritiæ fuga.

AVaritia meritò reprehenditur in Magistratu, cùm eius sit ditare potius, quàm ditescere. (*Plut. in Apoph.*) Neque turpe duntaxat, sed etiam sceleratum ac nefarium est habere quæstui Remp. seu è Rep. quęstum facere. (*Cic. 2. de Off.*) Adhæc auari Magistratus custodiunt populum, non vt pastores gregem, sed vt lupi. (*Dion in Augusto.*) Itaque Imp. *in Nouellis suis Const. Const.* 8. Omnium malorum caussam, cunctorum flagitiorum finem ac principium esse affirmat pecunias ex officijs quærere. Et Sacræ litteræ iubent eligere Magistratus non solùm sapientes; sed etiam eos, qui auaritiam oderunt. (*Prou. 18.*) Iethro ad Moysen ait, Exod. 18. v. 21. *Prouide viros qui oderint auaritiam.* Pessimè certè se habet Resp. cùm

ad eius gubernacula auari sedent. Quid enim
mi sanctiue ab ijs exspectãdum est, quorum
dia & cogitationes ad auaritiam tantùm refe
tur. (*Demosth. adu. Aristocratem.*) Syr. c. 10.
ait: *Nihil est iniquius, quàm amare pecuniam.*
enim & animam suam venalem habet. Quæ
quis Reip. amor in eo esse poterit, qui pecu
semper inhiat, cuius mens cumulandis thesa
inflammatur, qui bonum publicum spernit,
uatum solicitè quærit & ambit? Nihil is pensi
hil sancti habet præ vtilitate priuata; imò fid
probitatem, cæteraſque artes bonas subuer
uarus; pro his superbiam, crudelitatem, Deos
gligere, omnia venalia habere docet: (*Sal.*
Catil.) Rectè dixit Val. Max. (lib. 4.) *Ii dem*
penates, ea ciuitas, id regnum æterno in gradu
re potest, vbi minimum pecuniæ cupido sibiver
cat. Nam, vt ait Lact. lib. 1. Diuin. Instit. c. 4. *a*
bus abest studiũ lucri, abest etiã voluntas pecca
& causſa fallendi. Contra Iuuenalis ait, Sat.

— *sed quæ reuerentia legum,*
Quis metus, aut pudor est vnquam propera
tũ auari?

Cui nihil satis est, eidem nihil turpe est, *ait*
lian. lib. 14. c. 3. Anselmus:

Sẽper auarus amat, mendacia, furta, rapi

Auaritię dediti Magistratus subditos perpe
vexant, bene meritos prætereunt. Hinc Cic. 2
Offic. *Nullum est vitium tetrius, quàm auari*
præsertim in Principibus & Remp. gubernanti

Hinc etiã Ethnici Magistratus auaritiã atq; a
auaritiæ suspicionem studiosissimè defugiebã
1. *Q. Fabius Gurges, Cn. Fabij Pictores, Q. Og*
nius, reuersi ex legatione, quã susceperãt ad P
lemæ

lemæum Regẽ munera, quæ ab eo priuatim acceperant, in ærariũ; & quidem prius, quàm ad Senatũ legationẽ referrent, detulerunt: de publico ministerio nihil cuiquã præter laudem bene administrati officij accedere debere iudicãtes. Veruntamen (quæ humanitas fuit Senatus) data sunt Legatis quæ in ærarium reposuerant, non solùm Patrum Conscriptorum decreto, sed etiam populi permissu, eaq; Legatis Quæstores promptè vnicuiq; distribuerunt. Ecce verebantur integerrimi viri, ne fortè congiarij acceptio aliquid de ipsorum fide ac integritate delibaret, quam vt præferrent, publicè reddebant, quæ publicè acceperant. *Val. lib. 4. c. 3. exemp. 9.*

Liberalitas Ptolomæi.

Abstinẽtia legatorum.

S. P. Q. R. æquitas.

2. *Fabricius* Consul Rom. Legatus ad Regem Pyrrhum (qui aduersus Romanos Tarentinis auxilium tulerat) missus, de redimendis captiuis, ab Rege sollicitatus fertur, quarta ei regni parte promissa, vt Romanis destitutis, ad se transiret. Verùm nec ista, quantumlibet maximę spei, ostẽtatione permotus Fabricius, à suscepto negotio se abduci passus est. *Eutrop. lib. 2. Rom. Antiq.*

3. Deliberantem *Octauianum Augustum* post sopita bella ciuilia, & profligatum M. Antoniũ, num Rom. Imperium suscipere vellet, liberè dehortatus est *Agrippa* ne acciperet, tametsi certò sciret, euecto ipso ad id fastigij, se quoq; ad altissimos dignitatũ gradus promotũ iri; sed animo aduersus cupidinẽ inuicto, publicam rẽ antehabuit priuatæ vtilitati, (*Dio lib. 52.*) iuxta illud:

Publica priuatis anteferenda bonis.

4. *Alexander Seuerus* Petronium Thurinũ familiarem, quòd his, qui petebãt aliquid à Cęsare, vendidisset suum patrocinium, mentiens interim multa,

Vide signa 28. & 51. part. 2.

multa, damnatum ad stipitem alligari iussit, su
posito igne ex humida materia, & præconeci
mante: *fumo punitur, qui fumos vendidit.* Ae
Lampr.

5. *Iugurtha Rex* cùm pecunia Romanos exa
tasset, iussusq; tandem à Senatu esset paucis di
bus Italia decedere, postquam Roma egressus e
fertur sæpe tacitus respexisse, & postremò d
xisse: *O Vrbem venalem, & mox perituram, si e
ptorem inuenerit*: quod paulo post euenit. Rom
ni enim, cùm antea inuicti essent, sola auari
victi sunt, & antiquum nominis decus amiseri
Bruſ. lib. 1. cap. 1. ex Salluſt. Rectè ergo vult
Cato magna imperia euerti luxuria & auari
& Salluſt. ad Cæſ. de Reip. ord. cùm inquit: *Au
ritia bellua fera, immanis, intoleranda est, quan
cendit oppida; agros, fana, atque domos vastat; d
uina cum humanis permiscet; neque exercitus, n
que mœnia obstant, quò minus vi sua penetret; fo
ma, pudicitia, liberis, patria, atque parentib
cunctos mortales spoliat.* Itaq; meritò à S. Pau
lo (1. ad Timoth. 6.) *radix omnium malorum* ap
pellatur. Nam vt virtute radicis pullulant sti
pes, rami, frondes, flores, atque fructus: ita viti
auaritiæ pullulat contemptus Dei, odium proxi
mi, & omnium, etiam coniunctissimorum, de
spectio. Atque hinc nihil seuerius legibus sui
Prometheus, & Numa Pompilius prohibuerun
nulli peccato grauiores constituerunt pœnas
quàm si auari & peculatores essent Iudices. Pro
uidè etiam apud nonnullos populos lege cau
tum est, ne ij, qui agros hostibus finitimos habe
rent, in consilium adhibeantur de bello, quod

cum

cum finitimis suscipiendum est, quasi rei priuatæ aspectus impediat, quò minus prudẽs consilium quis capere possit. *Arist. 7. Pol. c. 10.* Sapiens igitur admodum est illa cohortatio Leonis Imp. ad filium Principem: *Consultores adhibe experientes rerum, prouidos, perspicaces, ærumnarum ac prosperitatis tuæ socios, ad cogitandum solertes, fideles, qui tibi neque ad gratiam obtemperabunt, neque illi, qui rei susceptor existit, neque sibi mutuo; sed qui quod cogitant dicunt, qui simplici animo & incorrupto sunt, nullumq; ex ijs rebus lucrum quarunt, sed eo ipso tempore quid maximè vtile sit explorant. Sunt enim, qui cùm lucrum aliquod vel compendium, aut ad se, aut ad eos, quos charos habent, atque diligunt, pertinere posse vident, totam iudicationem rei eò transferunt: & quia pertinaces sunt, vniuersum consilium ab vtilitate cõmuni, ad id, quod ipsi volunt, deducunt.*

6. Eusebius (*de Vita Const. lib. 4. c. 29. & 30.*) dum agit de pio officio *Constantini Imp.* in curandis aulicorum morbis, ait: Fertur cuidam ex suis ab se aliquando prehenso dixisse: *Quò vsq; tandem, O bone, inexplebilem hanc auaritiam cumulamus?* Deinde cùm corporis humani perfectæ ætatis circumscriptam mensuram hasta, quam manu tenebat, humi impressisset: *Omnes*, inquit, *vitæ diuitias, & totius Orbis opes si domi haberes, tamen plus hoc à me circumscripto ioculo non possidebis, si & illud fortè possederis.* Huiusmodi dictorum & factorum modum sibi nullum statuebat beatus Imp, resque ipsæ persuadebant, Imperatoris hęc quasi diuinitus edita præcepta non nudis verbis,

ſed diuinis oraculis ſimilia eſſe. Hæc Euſebius, probè quidem, ait Baronius Anno Chriſti 316. cundùm illud Prou. 16. *Diuinatio in labijs Regu* Nam Conſtantinus de Ablauio viro Cõſulari, Præfectura Prætorij, alijſq; inſignibus decor vera vaticinatus eſt, cùm finem infeliciſſimũ Conſtantio Conſtantini filio ſit conſequutus: morẽ enim pecudis fruſtatim diſſectus, ince eſt, an, vel vbi fuerit humili ſaltẽ ſepultura natus, propterea quòd auri cupidiſſimus, & a corruptus præclaris & de Imperio optimè me tis viris necem inferre ſtuduerat. *Vide in The hiſt. pœnas auar. & homic.*

Rurſum ad compeſcẽdam Magiſtratuum a ritiam idem Conſtantinus diuerſas ſanxit leg & aduerſus Aduocatorũ rapinas ſic ad Baſſum ſcripſit: (l. 1. de poſt. Cod. Theod.) *Aduocatos conſceleratis depactionibus ſuæ opis egentes ſpo atq; denudant, non iure cauſſæ, ſed fundorum corũ, & mancipiorum qualitate rationeq; tra ta, dum eorum præcipua poſcũt coacta ſibi pac transcribi; ab honeſtorum cœtu iudiciorumq; u ſpectu ſegregari præcipimus.*

Anno Chriſti 331. idem Cõſtantinus, inuigil ex more, ne prouinciales à prouinciarum Re ribus cõprimerentur varijs pecuniarũ indeb exactionibus, eiuſmodi Chriſtiano Principe nã edidit ſanctionẽ: (l. 1. de off. Rect. prou. C Theod.) *Ceſſent iam nũc Officialiũ manus, ceſſ inquam: nam ſi monit i non ceſſauerint, gladijs p cidentur. Non ſit venale Iudicis velum, nõ ingre redempti, nor infame licitationibus ſecretar non viſio ipſa Præſidis cum pretio. AEquè aute dicantis pauperrimis ac diuitibus reſerentur.*

Magiſt. a naritia co hibetur.

Ob indu cendum.

ab inducendo eius qui Officij Princeps dicitur, deprædatio. Nullas litigatoribus adiutores eorundem Officij Principum concußiones adhibeant. Centurionum, aliorumq; officialiū parua magnaq; poscēdi tium intolerandi impetus oblidantur, eorumq; qui iurgantibus Acta restituunt, inexpleta auiditas tēperetur. Semper inuigilet industria Præsidalis, ne quidquā à prædictis generibus hominū de litigatore sumatur. Qui si de ciuilibus caußis quidquā putauerint esse poscendū, aderit armata censura, quæ nefariorum capita ceruicesq; detruncet, data copia vniuersis, qui concußi fuerint, vt Præsidum instruāt notionem. Qui si dißimulauerint, super eodem conquerendi vocem omnibus aperimus apud Comites cunctos Prouinciarum, aut apud Præfectum Prætorio, si magis fuerit in vicino, vt his referentibus edocti, super talibus latrocinijs supplicia referamus &c. Quòd Imp. prohibet Iudicis velum esse venale, aduersus eos ministros, qui aliquid à litigatoribus exigebant, vt admitterentur ad Iudicē, pœnam intendit. Vocabantur hi admissionales. Secretarium vocat locum, vbi Iudices causas audiebant, & cognoscebant.

Vtinam Magistratus auari (qui aureis retibus vmbras mundi venantur, & sepulta virtute, Pluti & Mamonis idola adorāt) & oēs auri fugæ, pōderarēt illud Tiberij Imp. ad Sophiā Iustini Imp. vidā: *Ad thesauros in terra defossos antiqua pertinet execratio, his verbis ab Eptinemide pronūtiata:*

Quas hominis congeßit opes industria auari,
Hæredis sparget prodiga dextra mali.

Et

Et illud Ambrosij: *Sæpe quod auarus summa cogessit solicitudine, præcipiti effusione dilapidat hæres luxuriosus.* Item quod Franc. Petrarcha respondit Carolo IV. cùm quęreret quomodo Regnum stabile possit conseruari: *E medio capitales publicæ pacis ac humanæ societatis pestes tollantur inuidia, auaritia, ira, superbia: contra misera est Reip. facies, vbi omnia hæc mala cateruatim dominantur.*

Deut.27.c.v.17. prohibetur Regi immensa habere auri pondera, subaudi ad auaritiam. Plut. ait inter familiares Alexandri Magni fuisse Perdiccam, qui cùm videret Alexandrum quidquid ingenti sumptu ac labore acquisiuisset, summa facilitate dilargiri: *Dic mihi*, inquit, *Princeps serenissime, si quidquid habes alijs dederis, tibi quid reseruas?* Tum Alexander: *Superest*, inquit, *mihi gloria eius quod dedi & acquisiui, & præterea spes eius quod daturus & acquisiturus sum. Et porrò hoc mihi credas, si putassem cogitaturos homines quæ cepi, ea me cupiditate vel auaritia incensum cepisse, ne vnam quidem (ita me Mars amet) oppidi vllius pinnam deiecissem, imò ne vnam quidem pugnam inijssem, etiamsi mundi vniuersi dominium occupaturus essem. Sed hic consiliorum meorum finis est, vt mihi gloriā pariam, opes inter alios partiar.* Rectè, nam pecuniæ auarus, existimationis est prodigus.

Non omittendum hic illud emblema Alciati:

Exprimit humentes, quas iam madefecerat ante,

Spon-

Spongiolas cupidi Principis arcta manus:)
Prouehit ad ſummum fures, quos deinde coercet,
Vertat vt in fiſcum, quæ malè parta, ſuum.

Vide Tac. lib. 16. & Liu. lib. 2. bel. Punici.

SIGNVM XVI.

AVCTORITATEM COMPARARE, ET partam tueri ac ſtabilire moderata facilitate ac familiaritate, ſeu grauitate cum humanitate & morum facilitate coniuncta, amorem conciliante pietate, prouidentia, & formæ dignitate.

Authoritatem tueri.

PER auctoritatem Magiſtratus ſubditi magis in officio continentur, quàm viribus, cùm nihil poteſtas Regum valeat, niſi prius valeat auctoritas, (ſalus & cuſtodia Principatus.) *Q. Curt. lib. 8.*

1. C. *Marium* in profundum vltimarum miſeriarum abiectum, ex ipſo vitæ diſcrimine beneficio maieſtatis emerſiſſe ſcribunt. Miſſus enim ad eum occidendum in priuata domo Minturnis clauſum ſeruus publicus, & ſenem, & inermem, & ſqualore obſitum, ſtrictum gladium tenens, aggredi non ſuſtinuit, ſed claritate viri occæcatus, abiecto ferro, attonitus inde ac tremens fugit. *Val. lib. 2. c. 10.*

2. De *Philopœmene*, ait Iuſtinus, *lib. 32.* iacentem Meſſenij ſeu metu virtutis, vel verecundia dignitatis

tatis interficere ausi non fuerunt.

3. *Iulius Cæsar* seditionem exercitus verbo cō pescuit, *Quirites* pro militibus appellando.

4. *Octauianus Aug. Imp.* vultu & aspectu Acti cas legiones exterruit, & vnico dicto exercitu compescuit tumultuantem : *Vos iuuenes audi me senem, qui iunior senes audiui*, vel, *quem sene iuuenem audiuerunt.* hac sola voce eos coercui *Suet.* 10. *Tac.* 1. *Annal.*

5. *Valentinianus* Imp. cùm ex more concionem esset habiturus ad milites, oborto tumultu eori qui indignè ferebant ipsum prouectum ad cu men Imperij, elata tunc ipse prosperè dexte plena fiducia, seditiosos ac pertinaces increpau ex insperato compescuit. *Ammian. lib.* 26.

Datur hęc auctoritas à Deo, (*Etc. pro lege Ma* qui etiam quos vult punire magistratus, abe populum permittit abalienari vt contemnantu & auctoritas ipsorum sensim intercidat. Con liare sibi, & retinere eandem possunt, qui en gunt animos ad veram religionem, pietatem iustitiam, cæterasque virtutes, qui sapientia c uili se muniunt, & nimiam seu immoderata facilitatem ac familiaritatem deuitant. Nam cō tinuus aspectus, (vt & assiduus aditus,) mini verendos magnos homines ipsa satietate faci (*Liu. lib.* 35.) S. Augustinus ait: (quando dist. 86 *Dum nimia seruatur humilitas, regendi franguu auctoritas.* Callistratus, c. 19. de Offic. Præs. *Ex co uersatione æquali nascitur contemptio dignitat* Claudian. *Minuit præsentia famam.*

1. *Pericles*, antea familiaris maximè & comi simulatque Remp. attigit, ab omni cœtu amico rum & conuiuijs sese abiunxit. Plut. addit ratio

nem

nē: *Comitas enim facile fastū omnē atterit, & in familiari cōsuetudine ægrè custodias illud opinionis de te augustū.* Apulei⁹ de Deo Socr. ait: *Parit cōuersatio cōtēptū, raritas cōciliat ipsa reb⁹ admirationē*

2. Hinc *Persarum Reges* à conspectu vulgi se remouebant, & rarissimè copiam sui faciebant, ne familiaritate & frequētia vilesceret regia maiestas. Neq; enim adire Regē, vel alloqui sine eius iussu, & nisi per internūtium licebat, teste Herodoto, *lib.1. Vide Ammian. lib.14. & c.4. Esther.* *Xenop. in Agesil. laudae.*

3. Ideo nonnulli secessus & solitudinem quærunt, quasi maior è longinquo reuerentia, vt Tac. ait. *Tiberius Cæsar* se è medio quàm longissimè amouit, dubium vxorisne tædio, an vt, vitato assiduitatis fastidio, auctoritatem absentia tueretur, atque etiam augeret. *Suet.*

4. *Miscenda* autē (inquit Seneca de Tranq.) *sunt ista, & alternanda solitudo & frequentia.* Quid enim est ineptius, quàm si Magistratus locis solis perpetuò delitescat, solitudine nimium, & vmbraculis potius hortorum, quàm luce ciuiū delectetur? *L. Torquatus* iam tertium Consul omnium consensu renūtiatus, valetudinē oculorū excusauit, inquiens, indignū esse Remp. & fortunas ciuiū ei committi, qui alienis oculis vti cogeretur. (*Liu. lib.26.*) Qui per interpretes, seu delegatos dūtaxat alloquūtur subditos, ij fallūtur sæpe, nec intelligūt necessitatē vrgentē, nec ambitiosorum factiones, nec oppressiones à magnatib⁹ inflictas subditis; nec vlla illos capit libido adhibendi remedia malis, quæ ignorant: imò mille fraudibus fenestram aperiunt per ipsos interpretes, quos ceu dominandi socios assumunt, quique aliud sæpissimè referunt, quàm respondetur. Hinc Aurelianus apud Vopiscum: *Ego à patre meo audiui*

Diocle.

Diocletianum Principem iam priuatum dixi
nihil esse difficilius, quàm bene imperare. Colligu
se quatuor aut quinque, atque vnum consilium
decipiendum Imp. capiunt; dicunt quid proba
sit. Imperator, qui domi clausus est, vera non no
cogitur hoc tantùm scire, quod illi loquuntur, fa
Iudices, quos non oportet; amouet à Rep. quos
bebat obtinere. Quid multa? vt Dioclet. ipse di
bat, bonus, cautus, optimus venditur Imperator.
Gaiba regebatur trium arbitrio, *teste Suet.* c
5. *Theodoricus Rex Galliæ*, quia moderatione
Regni omnem alijs committebat, & ob abdi
& aulicorũ arbitrio moderatam vitam à Proc
ribus Monasterio incluſus est. *Gaguinus lib.*
gest. Franc. Caueant igitur Magistratus, ne nim
opere otium & solitudinem affectent, præter
auctoritatis stabiliendæ, & ne alijs temere Re
regimen committant, vt nec sigilli vsum, nec
naturas in albis. *Tac. lib.* 2. monet omnes mag
tes, *vt præstent se* (non per alios) *semper arbi*
rerum, iure ac nomine Regio. Cyrus (*teste Xen*
lib. 6. *Cyr.*) seriò Principes monere solebat,
suis subditis intrepidos & gestu & vultu se
præstarent, factisque egregijs ostenderent, di
nos se esse qui imperium obtinerent. Sic *Rom*
lus cùm factis magnificus erat, tum egregiorum f
ctorum ostentator haud modicus, spolia Ducu h
stium cæsi suspensa, fabricato ad id aptè ferculo,
stans in Capitolium ascendit. Liu. lib. 1.

Sigillum suum & signaturas in albis, & a
scriptiones seu subscriptiones libellorum à sub
ditis oblatorum ministris suis temere concred
re, multum valet ad eleuandam seu minuend
auctoritatem, vt taceam fraudes, quæ indè em
ciuntur. Hu

Hinc 1. *Cicero* ad Q. Fratrem, Procōsulem Imperio Asiam administrantem, *epist.* 1. scribit: *Sit annulus tuus non vt vas aliquod, sed tanquam ipse tu; non minister alienæ voluntatis, sed testis tuæ.*

2. Erat *Maximo* Senatori Romano vxor, vt formosissima, ita pudicissima, qua Valentinianus Imp. eius amore captus, cùm potiri cuperet, resque admodum ardua foret, rem iniquam excogitauit. Maximum iussit ad se in Palatium venire, cum quo talis ludens, auro certo proposito, annulum eius victor nactus est. Hunc clām ad vxorem misit, viri nomine, vt quàm primùm signo perspecto in Palatium salutatum Eudoxiam Imperatricem veniat: illa subitò paret, quam certi, quibus res nota ac mandata erat, protinus in aula excipientes, longè in gynæceum duxerunt, vbi Valentinianus occurrens, vim ei intulit: illa post hæc mœsta, domum regressa, calamitatem suam deflere, virumque magnopere detestari cœpit, vt qui occasionem huic rei nimia sua temeritate, annulique sigillique sui datione præbuit.

3. *Pulcheria*, soror Imp. Theodosij, cū animadueerteret Imp. temere suorum libellis subscribere, chirographum ei proposuit, quo ab illo vxorem ipsius certo pretio mercabatur. Chirographo subscribit de more Imp. vim tamen eius ignorans, cui postridie vxorem reposcenti redditurā testato negauit Pulcheria, producens ceu in testem instrumentum emptionale ab ipso subscriptum. Hac certè emendauit Imperatoris negligentiam & improuidam libellorum subscriptionem. Hannibalis technam Salapianis adstructam annulo Marcelli interfecti Consulis Romani, vide apud Liu. *lib.* 7. *Niceph. 14. c. 23. Baron. Tom. 6.*

Valent etiam ad auctoritatem mores compo
siti, sermonis breuitas, & maiestas, seu moderat
morum & sermonis grauitas. Arist. 5. Pol. ait: No
*acerbus, sed augustus appareas, ita vt qui obuij fu
non metuāt te, sed magis vereantur.* & Rabanus
gloss. Prou. 25. *Qui præsunt populis, si volunt firmu
esse soliū, hilaritate sēper & gratia vultū plenos
hibeāt, ne per arrogātiā rigidi plebis odiū incurri*
1. *Periclem* vultu penè semper serio fuisse se
bunt, nec ad risum facili, incessu moderato, vo
& sermone sedato. *Plut. in Pol. ad Trai.*
2. *Theodoretus Rex Gothorum*, intromissis g
tium legationibus, audiebat plurima, respon
bat pauca. *Sidon. Apoll. lib. 1. epist. 2.*
3. *Germanicus* erat, *ait Tac. lib.* 2. ore compo
tus, & verbis magnificus, ideoq; augebat inte
tium visus ipsius species. Arist. 4. Eth. c. 3. *Viri
gnanimi vox grauis, & oratio constans, & seda*
4. *Scipio Africanus* legatis Hispanorum resp
dens, loquebatur ita elato, ingenti virtutum
rum fiducia, animo, vt nullum ferox verbum
cideret, ingensq; omnibus, quæ ageret, cùm
iestas inesset, tum fides. *Liu. lib.* 7.
5. *Imp. Manuel Palæologus* ad filium suum Pr
cipem futurum, c. 82. *Principibus*, ait, *haud
conueniunt grauitas atque magnificentia; sed
cenda semper tibi rigori, qui inesse grauitati v
tur, apta quædam suauitas; & seueritati, qua
gnificentia videtur inesse, grata quædam popul
tas, vt his quoque rebus Imperio tuo decus conci
& audientes dicto subditos in ijs habeas, qu
mentis optimè perspexeris.*

Facit deniq; ad auctoritatē formę dignitas
iam barbaris hominibus, *ait Curtius lib.* 4. in
po

porum maiestate veneratio est, magnorumque operum non alios capaces putant, quàm quos eximia specie natura donare dignata est. Sit tamen, *ait Ambros. 1. de Off. c. 14.* decor corporis non affectatus, sed naturalis, simplex, neglectus magis, quàm expetitus.

1. *Dauid* erat rufus, & pulcher aspectu, decoraque facie. *1. Reg. 16.*

2. *Ariobazanes* ob insignem corporis formam, & præclarum animum, apud Armenios Rex electus est. *Tac. 2. Ann.*

3. *Aristocrates* Rhodiorum Dux aspectu venerando fuit, quare Rhodij eum dignum Principatu iudicârunt. *Suidas.*

4. *Scipio* erat pulchritudine oris ac totius corporis forma conspicuus, læta atq; hilari fronte, quę plurimum valent ad gratiam hominum conciliandam. *Plut.*

5. *Olo Danorum* Rex adeò oris dignitate renidebat, vt quod alij armis, ipse oculis ageret in hostem. *Crantz. lib. 2. Daniæ.*

6. *Saul* lõgior omnib⁹ filijs Israel erat. *1. Reg. 9. v. 10*

Sed Magistratus externa forma corporis etiam à fœminis superantur, & quiuis morbus breui istum cãdorẽ inficere & speciẽ deformare potest, & ingraueſcens ætas faciẽ rugis exarat, omnẽq; florẽ ætatis extinguit. Animi autẽ forma & pulchritudo nunquã interit, sed sẽper eodẽ lumine splẽdet, & ne morte quidẽ deleri potest, sed post mortem omnium grata commemoratione viget. Quare quicunque pulcher, charus, amabilis, & gratus omnibus esse, à præsentibus & futurus solidè amari, & gloria immortali frui cupit, is vitia & prauas cupiditates execretur,

totoque pectore in studium sapientiæ & virtutis incumbat. *Vide D. Ioan. Chohier Thes. Pol. lib. 2 cap. 9.*

SIGNVM XVII.

Bellum non temerè inferre.

BELLVM FINITIMIS SINE GRAUISSIMIS & IUSTISSIMIS CAUSSIS NON INFERRE, SEU HASTIS & FLAMMIS VICINAS CIUITATES NON TEMERÈ VASTARE.

QVemadmodum pacis commoda sunt multa, ita incommoda plurima ex bello oriuntur. (*Arist. 7. Pol. c. 2.*) In pace enim caussæ & merces spectantur; vbi verò bellum ingruit, innocentes ac noxij iuxta cadunt. (*Tac. 1. Annal.*) In pace parentes suos, in bello contra patres filios sepeliunt. (*Herod. lib. 1.*) Adhæc vt dracones, sugentes sanguinem elephantorum, & elephantos perdunt, & ipsimet pereunt: ita in bello vtrique pars damno afficitur, perimit, & perit. (*Pol. lib. 8. cap. 12.*) Et qui victorias petũt armis, aut cupiunt ditescere, similes sunt ijs, qui hamo reo piscantur, cuius abrupti & amissi detrimentum nullo capturæ lucro pensari potest. (*Aur. Victor in Augusto.*) Sumptus enim hîc ingentes quiruntur, & definita bellum non quærit. (*Pol.*) Nec diuturna possessio est, in quam gladio incimur. (*Curt. lib. 8.*) Adde quòd bellum facile cipitur, at non facile deponitur: non in eius est potestate belli initiũ & finis: incipere cum etiam ignauo, licet, deponere cùm victore

lunt. (*Salluſt. in bell Iug.*) AEgrè euaginatus mucro reconditur. Vt ſyluam ſi quis accēderit, non amplius ad ipſius arbitrium incendium fertur, ſed ventis regitur, obuia quæque perdit, & conſumit: ita bellum excitatum audacia vel ignorantia, non amplius in amborum eſt manu. (*Polyb. lib.*11.) Leuiſſimus ſæpe caſus ex victo victorem,& ex victore victum exercitum reddit.(Iouianus de bel. Neap.)

Victores, victiq; cadunt, victiq; reſurgunt.
(Virg. 2. AEneid.)

Sæpe etiam victus redit in præcordia virtus.
(Alibi.) & nunquam minus,quàm in hoc euētus reſpondet (*Liu.3.dec.lib.*10. *Herodian. in Maximino*,*Polyb. lib.* 11 *Cæſar lib.7. de bel. Gal.* *Procop.lib.2.de bel. Gal.*) Accedit huc quòd quæ ſunt feliciter geſta omnes ſibi vendicant, aduerſa vni Imperatori imputantur, (*Tac. in vita Agricolæ.*) & magna facinora magnis periculis emuntur, (*Dionyſ. Hal. lib.9.*) & mors optimum quemque ex acie pignerari ſolet,(*Cic.*14. *Phil.*)id eſt,in pignus accipere,& ſibi aſſerere, quaſiq; obnoxium ſibi capere,vt ſit ſenſus, fortiſſimus quiſque primus in prælio occumbere ſolet. Breuiter Mars mors eſt Reip. Hinc 1. *Auguſtus Cæſar* prælium aut bellum (quod belluas decet) ſuſcipiendum omnino negabat, niſi cùm maior emolumenti ſpes,quàm damni metus oſtenderetur. Nam minima commoda non minimo ſectantes diſcrimine, ſimiles aiebat eſſe aureo hamo piſcantibus, cuius abrupti damnū nulla captura penſari poſſet. (*Suet. cap.*25.) *al. Mars.*

2. *Scipio* cùm in Senatu Rom. deliberaretur, an Carthago eſſet delenda, illo argumento, quòd

vtile esset relinqui hostes quosdam, quibus cum de virtute certarēt ciues, hoc dissuasit. *Polyb. li.*

3. *Cicero* pro Milone: *Incerti exitus pugnarum & Mars communis, qui sæpè spoliantem iam & ex ultantem euertit, & perculit ab abiecto.* (per abiectum & victum.)

4. *Paulus AEmilius* dicebat: Perrarò bonum imperatorem signis collatis decertare, nisi summa necessitudo aut summa ei occasio data esset (*Gel. lib. 13. c. 3*) vt & Terentius *in Eunuch.* ait: *Omnia prius experiri consilio, quàm armis sapiētem decet.*

5. *Lucullus* & *Scipio* dixerūt, malle se vnū ciuem seruare, quā mille hostes occidere (*Plut. in Lu.*

6. Cùm *Alphonso* Regi aliquot ciuitates ab Eugenio Pontifice oblatæ essent dono, eò quòd Ecclesiam armis suis Sedi Romanæ recuperasset, Alphonsus cùm has repudiásset, respondit, se quaquam quæstus aut prædæ, sed Ecclesiæ gratia hanc expeditionem suscepisse, innuens, non ob caussam, quàm pro aris & focis, hoc est, pro religione conseruanda & salute patriæ bellandum esse. *Panorm. lib. 3. de Alph.* Temere suscepta bella infelicissimos semper habuerunt exitus. Illos *Reges*, qui Palæstinam, terram promissionis, occupabāt, cæcitate percussit Deus, vt pertinaciter resisterent Iosuæ, atq; ita omnes exterminarentur. Ios. 11. *Porus* Rex interrogatus, cur adeò temerè belli fortunam cōtra Alexandrū Magnum, à quo superatus erat, experiri voluisset, respōdit: *Neminē me fortiorē putabā, meas enim vires noueram, tuas nondum expertus, fortiorē te esse belli docuit euentus. Iosias Rex* pius cùm bellum contra Regē AEgypti pacē petentē temere suscoperet, ex fiducia humanarū virium, & quasi nihil

ob pietatẽ aduersi euenire posset, in pugna graui ictus interijt. 3. *Esdræ* 1. Ancipites bellorũ euẽtus sunt, & iusta etiã bella infelices sæpe exitus cõsequuntur. Multi etiã Principes, maximis exercitibus stipati, eo bello, ex quo victoriam & decus sperabant, insignẽ cladem & summum dedecus acceperunt. Sæpe milites perfidiam exercuerunt, neglectaq; fide, multos deseruerũt, & duces suos in media acie prodiderunt, ac seditiones excitârũt, vt exercitus dilaberetur, ipsi Principes caperentur, vel occũberent, & Resp. in summũ exitiũ adducoretur. Cùm *Carolus Burgundio* nimiũ viribus & potentiæ suæ tribueret, & Archiepiscopatũ Colonienſem, totamq; Germaniã peruadere conaretur, à Deo desertus, misere perijt. *Meierus lib.* 7. Ne Turcis quidem temere indicenda sunt bella, quæ sacra vocantur, nisi certa spes victorię affulserit, ne aliæ Christianę Prouincię in discrimen adducantur.

Tẽpore pacis omnia pulcherrimè vernant, coluntur agri, lætæ pascũtur segetes, ædificãtur villę, exstruũtur oppida, crescũt diuitię, vigẽt leges, feruet religio, floret Resp. studia excolũtur honesta. Cõtra, bello violatur religio, turbatur Resp. frangũtur vires, cõsumũtur & exhauriũtur opes, vexatur innocẽtia, alitur improbitas; omnia rapinis, cędibus, stupris cõmiscentur; laxatis pudoris & verecundiæ vinculis, morũ sanctitas & castimonia profligatur; multa hominum millia iniustè trucidantur; omnia ferro, flamma, vastitate consumuntur, &c. Horũ omnium apud Deum rei sunt, qui vel temere non necessaria bella suscipiunt, vel qui suis consilijs Principes per se acres & feroces ad temeraria bella instigant.

SIGNVM XVIII.

Bello ciues defendere.

DEFENDERE CIVES AB HOSTIbus, non solùm internis, (maleficis,) eos necando & ab externis (vbi alia via defendi nō possunt) bello & armis, ne in vrbis quasi cōstis & lateribus suas hastas figant.

Vide 44. Pol. M. Iunij.

CIcero 1. de Off. ait: *Cùm duo sint genera decertandi, vnum per disceptationem, alterum per vim; cumq; illud proprium sit hominis, hoc belluarum, confugiendum est ad posterius, si non licet superiore. Quare suscipienda quidem bella sunt ob eam causſam, vt sine iniuria in pace quiescatur.* Et: *Expetenda magis est decernendi ratio quàm decertandi fortitudo. Bellum autem ita suscipiatur, vt nihil aliud nisi pax quæsita videatur.* Et: *Temerè in acie versari, & manu cum hoste confligere, immane quiddam & belluarum simile est. Sed cùm tempus necessitasq; postulat, decertandum manu est, & mors seruituti turpitudini anteponenda.*

Plena iustitia est fortitudo, quæ patriam, socios, congressus alios tuetur, ac defendit. (*Lib. 1. Cod. t. 19.*) Neque verbis, sed armis hostes vincuntur, neque sine viribus tuta sapiētia est. (*Plato epist. 2.*) Ad depellendas iniurias necessariò arma sumuntur, & quemadmodum est modestiæ conquiescere, nisi iniuria affectus fueris: ita fortitudinis est, & improbitas, illatas Reip. iniurias non vlci-

vlciſci. (*Plato 5.de Rep. Ariſt.7.Pol.c.8.& in Rhet. Thucyd. lib.1. Liu.lib.2 dec.3.*) Cùm propulſantur iniuriæ, cæteri ad iniuriam fiunt tardiores; quia nemo audet prouocare eum, aut iniuria afficere, quem intelligit promptum & expeditum eſſe ad defendendum. (*Liu.lib.5.dec.3*)

Tum demum bellum gerendum, cùm cauſſa eſt iuſta, & cùm omnia illa tentata ſunt, quibus bellum declinari poteſt, nec amplius, niſi in armis, ſpes relinquitur: ſapientes enim viri magis finem, quàm initium ſpectare, & priuſquam ad arma prorumpunt, omnia conſilio experiri ſolent. (*Plut. in Annib.*) Qui autem iniuſtè bellum gerit, omnia per vim ablata reſtituere tenetur. *c. ſicut, de iuretur.* Et milites, qui ſequuntur bella iniuſta, fiunt infames. *Lancellot.* Dauid iuſtè mouit bellum contra Regem Ammonitarum ob deriſos ſuos legatos. 2. *Reg.* 20. 21. & 22. *Vide Bellar. de Laicis, cap.* 14.

Poteſt etiam Magiſtratus, ſi videat vicinas ciuitates ędificari, id vel impedire, vel fortiores ijs obijcere: cùm generatio vnius, alterius ſit interitus. Hinc Tullus Hoſtilius Rex Rom. Albā potentiſs. ciuitatem deiecit, vt Roma creſceret: Tarquinius Priſcus Corniculum, Seruius Tullius Pomeriam, populus Rom. Veiorum ciuitatem. Cùm Phœnices, fugientes tyrannidem Pygmalionis tyranni, in Africam veniſſent, cumque repellerentur ab Afris, petierunt tantum loci ad incolendum, quantum tauri tergus comprehenderet. Riſerunt illi Phœnicum tunc ſordes, & puduit tantillam rem pernegare, ſed maximè mirati ſunt, quomodo oppidum in eo ſpatio poſſet fieri, cupidique videndi commentum ingeni-

Pro Colonienſibus militat milicia cæleſtis, &c.

osum, iurati promiserunt se daturos. Phœnic
verò secto in orbem corio, sic vt vnam corri
efficerent tenuissimam, circumtenderũt: vbi f
arx postea Carthaginensium, quam inde Byrs
nominârunt. Procedẽte verò tempore incurs
tes finitimos, & vincentes, nauibus quoque
mare victum quærentes, more patrio, arci &
bem circumdederunt, iamque potentes obti
runt Africam mari latè imperantem. *Appian*
bellis Punicis. Idipsum euenit Segoregior
quorum Rex Senano permisit Phocensibus
filiam in suis finibus ædificare, quæ tandem
ciuibus primùm inquilinis, protulit domino
gionum. *Iustin. lib.* 43.

SIGNVM XIX.

Impp & militum delectum habere.

ACCVRATVM ET IMPERATO rum & militum habere delectum.

OPortet diligenter legere milites, & enuc
tim adscribere, non temere: quia non vi
sed pondus habent sine iudicio milites lecti
neca 6. de Benef. cap. 31.) & impedimento m
sunt, quàm auxilio, qui vel necessitate quadr
vel imprudentia, vel auaritia promiscuè & co
fusè in militiã cooptantur. (*Liu. lib.* 9.) Lege
sunt adolescentes, qui non minores sint 17. an
nec maiores 46. (*Liu. dec.* 2. *lib.* 2. *Polyb. lib.* 6.
lust. in Iug. Suet. in Aug. Cæl. lib. 10. *c.* 38. *Veget*
2. *cap.* 4.) quia iuuenes inde sunt dicti, quòd

milita
turè, r
Et v
grinos
genas
se tutu
ma no
stratus
que su
bus, li
quia
grinos
quæri
digent
rudire
ducer
terni.
ẽta ag
nes ac
eundu
nant re
peruer
molest
latore
lib. 3.
(Liu. l
bardi i
in Brie
ipsi re
perut,
in auxi
extern
nes ma

militari iuuare Remp. possint, & ij, parendo maturè, rectè imperare discunt.

Et videtur quidem melius esse milites *peregrinos & mercenarios*, quàm domesticos & indigenas esse. 1. quia non videtur Magistratibus esse tutum, subditos armari, cùm semel sumpta arma non facile deponant, sed contra ipsos Magistratus sæpe vsurpent. 2. quia indigenæ plerumque sunt timidi, & meticulosi, dum de vxoribus, liberis, ædibus, & villulis suis cogitant. 3. quia Cyrus sapientissimus longinquos & peregrinos vt equos, ita milites quoque oportere quæri censuit. (*Xenoph. lib. 1. pædiæ Cyri.*) Pro *indigenis* tamen militat: 1. quòd vilius constat erudire armis suos, quàm alienos mercede conducere. (*Veg. lib. 1. cap. 28.*) 2. minus fidi sunt externi. (*Tacit.*) 3. regi se nolunt, ex libidine cuncta agunt. (*Idem lib. 4.*) 4. facile mouent seditiones ac tumultus, maximè cùm ad prælium iam eundum. (*Idem lib. 3.*) 5. quia non pro suis pugnant rebus, sed pro alienis, cùm ad pugnam est peruentum, fugiunt. (*Idem lib. 8.*) 6. graues & molesti sunt incolis, fiunt deuoratores & populatores terræ, quam defendere debebant. (*Curt. lib. 3.*) 7. sæpe regna & imperia ad se trahunt. (*Liu. lib. 38.*) Sic Saladinus in Aegypto, Longobardi in Italia, Franci in Gallia, Angloſaxones in Britannia, conducti mercede, eiectis incolis, ipsi regna occupárunt. Et Turcæ dominari coeperut, cùm à dissidentibus Principibus Græcorũ in auxiliũ sunt accersiti. 8. Cùm sint peregrini & externi milites, inter nationes varias, dissensiones magnæ, etiam rixæ de Principatu & imperio oriri

Vide fig. num 31. NB. Germania, qui iugulã tuum petãt.

oriri solent, ac tunc idem accidit, quod illis, q
nauigant, dum inter se naucleri de gubernatio
contendunt. 9. Soluendis stipendijs ærarium e
hauritur, ad alienos pecunia transfertur. 10. V
risimile est promptiores homines ad sua prop
gnanda, quàm aliena esse. Hinc multi freti en
rorum auxilijs, defectiones magnas sunt expe
ti: vt Scipiones in Hispania, (*Liu. lib.* 35.) Sip
Rex, (*Liu. lib.* 30.) Pompeiani in bello Pharsal
(*Appianus.*) &c. 11. Contemni ab his inquilini
dentur, idque ægrè molesteq; ferunt. Quare
mnino etiam externi sunt necessarij, danda el
pera, vt plus roboris nostri, quàm externi mil
dux in castris habeat. (*Liu. lib.* 35.) 12. Roman
ligenter illud obseruârunt, vt totius exerc
robur Romano ciue & Italo homine consta
(*Fulg. lib.* 2. *c.* 1.) nec numerus amplior auxilia
rum ex peregrinis copijs, quàm ciuium e
(*Alex. lib.* 1. *c.* 5. *&* 20.) Si externa auxilia
accersenda, probantur maximè milites, qu
locis & plagis temperatis veniunt: quia natio
soli vicinæ plus quidem sapiunt, sed minus i
guinis habent, ideoque constantia in his ac
cia cominus pugnandi non deprehenditur. C
tra Septentrionales populi, remoti à solis a
re, sanguine largo redundant, ideoque nimis
cipites sunt in vulnera. Medium temperatæ
gæ homines tenent, mortem contemnunt,
destituuntur prudentia, seruant modestiam,
non solùm in consilijs, sed etiam dimicati
prodest. (*Veget. lib.* 1. *c.* 2.)

Vide de Agricult. Maximè ad bellum idonei sunt agricolæ &
nitores: quia sub laboribus & dio nutriuntur
lis sunt patientes, deliciarum ignari, simplici
er

erecti animi, paucis contenti, mortem quoq; minus timent, quia deliciarum in vita minus nôrunt. Probantur etiam opifices nonnulli, vt fabri ferrarij, carpentarij, macellarij, venatores, potissimum ceruorum & aprorum. (*Veg. lib. 1. c. 7.*) Corpora certè militum firmanda sunt, & robur eorum augẽdum laborum, famis, sitis, æstus, frigoris tolerantia.

Requiritur etiam in milite morũ & vitæ probitas. 1. quia ab omni virtute degenerat voluptatum assuetudine miles. (*Tac. lib. 2. Veg. lib. 1. c. 7.*) 2. honestas victorem facit virum, dum verecundia fugere prohibet. 3. qui in scortis & conuiuijs, quàm armis & militaribus equis libidinem maiorem habent, ijs ad populando finitimorum agros, capienda pecora, magna vis est, nulla in acie ac signis collatis. (*Liu. lib. 38.*) 4. nec sine caussa leges, quæ de re militari agunt, vetant admittendos in bello esse criminosos, adulteros, iudicio aliquo publico damnatos.

Etsi autem equites in campis & pugnis citò parant victoriam, ad fugandum parati sunt & prompti, tamen magis Reip. necessarij sunt pedites: quia non solùm in locis angustis, (in fossis,) in locis paludosis, aut arboribus impeditis, & in locis montosis valent, & in propugnandis & expugnandis ciuitatibus; sed etiam vbique possunt prodesse, & sumptibus minoribus comparari & nutriri, quàm equites. (*Veg. lib. 2. c. 1.*)

Romani olim milites ex corporis habitudine, si apti militiæ, si lato pectore, si ceruice erecta, si fortes ac strenui, quæ species qualisque vigor, & quod robur virium foret, internoscebantur, vt illorum forti fideliq; opera Resp. vti posset.

Nam

Nam nimis pinguem, deformem, aut mancu
desidem, aut vecordem, tanquam minus vtil
Reip. non adscribebant. (*Alex. lib. 1. c. 20.*)

Plurimum autem, vt dixi, interest, vt & dux
& milites sint probi. Plin. de Viris illustr. cap.
Camillus Rom. dux, cùm Phaliscos obsideret,
dimagister nobilissimos Phaliscorum filios
tra vrbem eduxit, ciuitatem illi sic traditu
sed Camillus eam perfidiam detestatus, vinc
illum cum pueris in vrbem castigandum rem
statimq; Phalisci ob tantã iustitiam sese Cam
dediderunt. *Idem refert Liu. lib. 5. dec. 1.* Dec
millia Athenienſium duce Miltiade tercentũ
lia Persarũ vno prælio fuderunt, idq; eo temp
re, quo Persæ rerũ gestarum glori florebant,
imperiũ Orbis obtinebant. Persas enim confi
tia superbos, & immoderatos efficiebat: At
nienses metus, & pudor, & religio continebat
quid immoderatè gererẽt. Ob eandem ferè c
sam vna Tribus Beniamin reliquas Iudæorũ
bus, numero & iustitię caussa potiores, biss
gna clade affecit. (*Iud. 19.*) Iacobus Meierus,
Annal. Flandriæ, varijs exemplis probat, etia
era bella contra infideles infelicẽ sæpe exitũ
buisse, propter militũ corruptissimos mores,
scelera nefanda. Dux *Gedeon* cum 300. virise
ctis infinitas hostium copias profligauit. *Iud. 7.*

Xenophon scribit, Cyrũ Regem Persarũ di
re solitũ: *Vt melius est nauigare cum bonis, ita*
cius esse cũ bonis versari in bello. Diogenes Cy
apud Laert. ait: *Præstare cũ paucis bonis aduersu*
mines malos, quam cũ multis malis aduersus pau
bonos bellum gerere. S. Iu. *de Prouid. Dei*, scrib
quòd Gothi & VVandali Rõ. Imperiũ facilè
stra

ſtârint, quia Catholici grauiſſimis peccatis ſe maculârant: barbari verò innocenter & rectè viuerent. Iac. Meierus, *lib. 15. & 16. Annal. Flandriæ*, profitetur, quòd quã primũ Galli libidinibus & voluptatibus immergebantur, ab Anglis, Deo victore, ſuperati ſint; & poſtquam Angli iſtis victorijs inſoleſcebant, neq; Deo eas acceptas ferebãt, Deus eos deſeruerit, eoſq; per fœminã debellârit.

Sine duce ſeu imp. militaris turba eſt corpus ſine ſpiritu. (*Curt. li. 10.*) Ferunt Philippũ Mac. reprehendiſſe Atheniẽſes, quòd temere & ſingulis annis nouos duces crearẽt, cùm per totã vitã ipſo nõ niſi vnicũ bonum ducẽ Parmenionẽ habuerit. (*Patr. 7. de Rep. c. 2.*) ſeu dicebat: Athenienſes ſibi valdè fortunatos videri, qui quotannis inuenirent quos belli duces crearẽt, cũ ipſe multis annis vnũ duntaxat belli ducẽ reperiſſet: ſignificãs inutile eſſe Reip. frequẽter mutare duces; ſed ſatius eſſe, quẽ idoneũ ac fidũ nactus ſis, eũ nõ mutare. Idẽ dicebat, præſtantiorẽ eſſe ceruorũ exercitũ imperãte leone, quàm leonum ductore ceruo: ſentiens prudentiam & fortitudinem ducis multũ cõferre ad obtinendã victoriã. *Stob. ſer. 52.*

Optandum eſt, vt illuſtres ac nobiles potiſſimum deligantur belli Duces; quia 1. prodeſt hoc plurimũ ad auctoritatem comparandam, & conſeruandam. 2. Deinde parit amorem ac beneuolentiam apud milites. 3. verisimile eſt fortes à fortibus creari, & ſimile ſibi ſimile gignere. (*Ariſt. 1. Pol. c. 4.*) Si tamen cætera defuerint quæ Duci neceſſaria ſunt, genus ſolum ſpectandum non eſt. Quemadmodum enim gubernatio nauis non cõmittitur illi, qui natalibus, opibus, aut fortuna cæteris antecellit, ſed qui gubernandi peritia

& vi-

Quatenus habenda sit ratio splendoris familiæ.

& vigilantia alios superat : ita belli adminis-
tio ei maximè committenda est, qui reliquis
titudine & sapientia antecellit. Neque tam
mines considerandi, quàm hominum actio
spectandæ sunt. (*Arist.3.Pol.c.8.*) *Iphicrates* A
niensis militari scientia erat insignis, sed p
sutore natus. Quòd cùm quidam ei obiec
Meum, inquit, *genus à meipso sumit initium*, t
autem in te desinit.

Duces peregrini 1. magnis stipendijs &
mijs conducuntur. 2. pleraque innouare co
tur. 3. nec militi ita grati sunt atque indig
vnde factiones & seditiones oriuntur. 4. adde
secum suę nationis homines, qui, non secus a
locustæ segeti, indigenis dant damnum. 5. nō
bent perspecta hominum ingenia, aut etiam
gnitam & exploratam regionum conditio
Arist.5. Pol. c. 3. Cominæus lib.5. Melius igitu
indigenam, quàm peregrinum habere dux
Sed si hic desit, aliunde erit accersendus. (
maior sæpe sit authoritas peregrinorum, q
domesticorum; & homines magis honore
extra patriam, quàm in illa, quòd minor si
inuidia & æmulatio.

Etsi senes bello videantur præficiendi : qui
his mens est & intellectus, (*Arist.7.Pol.c.16.*
hi habent tertium quasi oculum, experien
qua rerum principia & euentus facile per
ciunt; (*Plut.3.de Rep.*) in his maior est auth
tas : (*Plut. lib. an seni Resp. gerenda,*) tame
adolescentum stant partibus ista : quòd se
sunt meticulosi, ac timidè gelideque omnia
ministrant, (*Plato in Axiocho, Arist.2. Rhet.c.*
sunt morbis varijs obnoxij, imò senectus, v

ille, ipsa morbus est: fortes contra sunt adolescentes, & ab excellenti ac eximia virtute ætatis progressus non est exspectandus. (*Cic.5. Phil.*) Et si exspectanda semper esset ætas, sæpe magna indoles virtutis extincta prius fuisset, quàm Reip. prodesse potuisset. (*Cic. ibid.*) Adolescentes etiam res magnas gesserunt, P. *Scipio Africanus*, Cn. *Pompeius*, *Alexander Magnus*, *Annibal*, *Augustus Cæsar*, qui penè puer, interfecto Iulio Cæsare, Remp. defendit. (*Cic.5. Philip. Plin. de Viris illust. Plut.*)

Non solùm in ducibus requiritur rei militaris peritia, qua victoria cõparatur, quæque audaciam nutrit: neque enim facere quisquam metuit id, quod bene sese didicisse nouit: (*Veg. lib.1.c.1*) Contra imperitia cladium magnarum sæpe causa est: sed etiam in ipsis necessum est, vt sit virtus ac probitas morum. His enim amor & reuerentia ipsis conciliatur, & bonis suis exemplis plurimos ad imitationem excitant, vt nõ dicam probitatem Dei opem habere præsentem. 1. *Reg.12.*

Sit ergo dux I. *Prudens*: quandoquidem vnicũ rectum consilium magnam militum multitudinem vincit, maiora in bello animi, quàm corporis viribus peraguntur. (*Xenop. 1. Cyr.*) Ideoque solos prudentes esse fortes *Agesilaus* dixit, & mãdauit suis, vt in prelio vnicum *Epaminondam* ducem sapientẽ obseruarent, & interficerent, quòd, sublato, reliquam turbã superari facile posse hoc statueret. (*Plut.*) Neque quicquam tam est pulchrum, quàm vt miles strenuè factis, ductor prudenter cõsultis exultet. (*Ammian. Marcell. lib.7.*)

II. Sit *diligens*, vigilans, laboriosus, eò quòd publica videtur iniuria, cùm ipsius culpa aliquid

in bello euenit. (*Veget. lib.3.c.16.*) Hostium co
lia sentiat: quia hæc magna iactura ignorat
neque vlla pecunia rectius collocatur, quàm
in exploratores collocatur. (*Polyb. lib.3. Xen.*
6. *Plut. in Aristide & Them.*) *Antigonus* mil
quosdam videns thoracibus & galeis in
sphæra ludere, delectatus est hoc spectaculo,
duces illorum aduocari iubet, vt eos coram
laudaret. Verùm vbi nuntiatum esset, duc
bere, præfecturas illorũ militib⁹ dedit, qui s
ra luserant armati, simul & ducum ignauia
niens, & militum strenuitatem honorans. *Ph*
pus Macedo, cùm in exercitu multo tempore
misset, experrectus: *Tutò*, inquit, *dormiui, r*
uit enim Antipater: Subindicans, non esse re
indulgere somno, præsertim in bello, sed
hoc absque periculo fieri, si Rex habeat fid
vigilantem Præfectum. *Plut.*

III. Sit *seuerus*, & omnes culpas militar
gibus vindicet, nulli errantium ignoscere c
tur: (*Veg. lib.3.c.10.*) vbi enim abest seueri
tumultuosè ac perturbatè omnia fiunt, disc
eneruatur, res hostium augentur. Nimis a
acerbi duces, parum fidos inueniunt milite
de caussa *Lucullus* à suis militibus est dese
(*Plut.*) *Caius Carbo* à suis est interfectus, (*V*
9.*c.7.*) vt & *Alexander* Mammęæ filius. (
nian. in Cæsarib.)

IV. Sit *taciturnus*, occultet sua consilia: v
lum enim optimum est rerum gerendarum
licarum taciturnitas, (*Val. lib.2.c.1.*) tutissi
est in expeditionibus facienda nesciri. (*Veg.*
c.7.) claruerunt hac virtute: *Iason*, *Pyrrhus*, *Q*
tellus Pius, & *Mauritius Saxoniæ Elector*, qui

leum quidem suum se retenturum dixit, si vellet ille arcana sua scire.

V. Cùm *moderato quis est ingenio*, libenter audit rei militaris peritos, disceptata caussa, quod est optimũ eligit, & patitur adiungi sibi prudentes, qui suppleãt id, quod in eo fortè desideratur.

VI. Sit *continens & temperans*. Neq; enim potest exercitum continere, qui seipsum non continet; neq; seuerus esse in iudicando, qui alios in se seueros esse iudices nõ vult: (*Cic. pro lege Manil.*) neq; meditari, aut agere fortia possunt, qui voluptates admittunt: (*AElian. 4. var. hist.*) non minus enim virium exhauriunt voluptates resoluendo, quàm dolores absumendo. Commendati propter hanc virtutem fuerunt *Agesilaus, Agis, & Fabritius, M. Cato, P. Scipio Afric.*

VII. Sit *fortis*: quia melior est exercitus ceruorum duce leone, quàm leonum duce ceruo. Et cùm exemplo non minus quàm legibus homines ducantur, animosi & fortes redduntur milites, cùm duces suos fortes conspiciunt.

Non videtur quidem expedire, vt dux pugnæ intersit, 1. quia conducit vt maximè de seipso sit sollicitus, (*Veg. lib. 3. cap. 10.*) & summæ rerum & imperij seipsum reseruet, dubijs præliorum exemptus. (*Tac. 17.*) 2. Vnius ducis salus pro decem millibus reputatur, reliquorum non ita magna censetur iactura. (*2. Reg. 11.*) Hinc cùm periclitaretur Dauid in prælio contra Philistæos, noluerunt viri eius, vt egrederetur secum in bellũ, ne extingueretur lucerna Israël: (*ibi.*) est enim exercitus similis corpori humano, vbi cũ manibus cõferuntur pedites, pedibus equites, acies ipsa cũ pectore ac thorace, capite verò ipse dux &

imperator. (*Plut.*) 3. Imperij dignitas non tem-
re proſtituenda eſt. (*Plut. in Pelopida.*) 4. differ-
tiam eſſe oportet inter ducum & militum i-
his laborandum, illis conſulendum. (*Plut. in*
Sertorij, Tac. lib 3.) 5. per vicarios & legatos
plurimi res præclaras geſſerunt in bello, v
guſtus, Iuſtinianus, alij. 6. Negligens ſeipſum
toti etiam exercitui nocet. Sic Pelopidas &
cellus temeritate ſua & ſe, & ſuos perdide
(*Plut.*) Sunt tamen rationes, quæ docet, quòd
beat pugnæ intereſſe. 1. quia quando milite
dent ducem ſuum certare, vehementius &
prælium ruun
(*Curt. lib.* 10.) 2. incitame
magnum eſt animorum, cùm dux adeſt, &
fortitudinem & ignauiam obſeruat. (A
lib. 2. *de prælio Pharſ.* Hinc *Antigonus iunior*
naturus nauali prælio aduerſus Ptolomæi
tes, trepidans gubernator eum admonuit, m
eſſe naues hoſtium; ſed is, *Pro quot*, inquit,
bus ſupputas quòd hic præſto ſum? Seu, quot m
uibus opponis? meipſum præſentem cum
comparas? Sentiens ad victoriam plurimu
bere momenti, ſi ſtrenuus imperator præ
gat exercitum. Ptolemæus autem tum ſuis
derat. (*Plut.*) Cùm dux ſit anima & vita e
tus; & vt remiges ſine gubernatore, ita mi
ſine duce nihil valeant, non poſſunt non p
rij duces præſentia ſua robur & vires mili
ſpirare: vbi verò, ait Plautus, *in Amphit.*
mus imperator non adeſt ad exercitum, e
quod non facto eſt, vſus ſit, quàm quod fac
opus. 3. Victoria nõ tam militum robore ac
titudine, quàm authoritate præſentis ducis
ſtat. (*Cæſar lib.* 3. *Com. belli Gallici.*) 4. fien
rum

rumque solet, vt cum duce militum manus validâ discedat, fortissimi quique bello sese subtrahant, animus cæterorum frangatur. (*Tac. lib.7.*) 5. *Macedones* contra Illyricos & Thraces pugnaturi, etiam infantem Regem secum in prælium tulerunt. (*Iust. lib.7.*) hæc quæstio agitatur 2. *Reg.* 18. inter Dauidem & populum Iudaicum, & *apud Tac.* de eadem deliberant proceres & consiliarij Ottonis Imp. Si absit temeritas & periculũ magnum, & si in discrimen vocetur salus Imperij, aut Prouinciæ, (*Tac.4.*) debebit in acie stare Imperator. Minora tamen bella minoribus ducibus deleganda sunt: quia in milite vnius sors est, in imperatore vniuersorum periculum. (*ibid.*)

VIII. Sit *eloquens & facundus*, vt moueat & inflammet militum animos ad fortiter pugnandum, vt seditiones ac tumultus compescat, vt in officio exercitum contineat. Tali valuit dicendi facultate *Cæsar*, valuit *Alexander Magnus*, valuit *Epaminondas*, qui lingua prius, quàm armis hostes vicit. (*Probus.*) *Philippus Macedo* magis gloriari solebat, si quam verbis adeptus esset victoriam, quàm si armis vicisset, quòd horum sibi partem milites vindicare existimaret, illa verò ad suam ipsius laudem pertineret. (*Polyænus lib. 4.*) *Pyrrhus* Rex de suo legato Cynea falsus est, plures sese vrbes eloquentia ipsius, quàm armis suis occupasse. (*Plut.*) *Vide fignum 31.*

IX. Sit *auctoritate præditus*: quia homines in bello non minus opinione famæ, quàm certa aliqua ratione commouentur, vt aut contemnant, aut metuant, aut odio, vel amore prosequantur, (*Cic. pro lege Manil.*) & fama plurimum bella constant. *Herod. lib.7.*

X. Sit *vnus*, non imperent plures. Ideo Con
les Romani in castris non ambo simul, sed alt
nis diebus imperârunt. (*Liu.* 31.) Et cùm sex esse
in legione Tribuni, singuli per duos menses le
timè imperârunt. (*Idem lib.* 40.) Notum est P
uerb. Duces multi Cariam perdiderunt. Thuc
scribit, semper duo illa obesse in bellis gere
ἀναρχίαν καὶ πολυαρχίαν, seu multitudine
imperantium. (*lib.* 6. *hist.*) Nam in πολυαρ
consilia optima impediuntur, occasiones pra
ræ è manibus effluunt, alter alteri præferri
pit, vnde nascuntur æmulationes, dissidia, c
tentiones.

XI. Sit *felix & fortunatus*. Nam quidam qu
ta, quod aiunt, luna sint nati, equo Seiano se
per vehuntur, & rem gerunt infeliciter: alij
tra ita sunt felices, vt (*quod Liu. scribit lib.*
cęlo in eorũ sinum victoriæ defluant. Hinc pi
res pinxerunt Timotheum fortunæ beneficio
luti reti vrbes capere. (*Ael. lib.* 13.)

XII. à diuino numine inchoet bellum. Ita fe
runt Iosua, *c.* 10. 23. 24. Iudæi, 1. *Reg.* 7. Dauid, 1. *R*
23 2. *Reg.* 5. 1. *Par.* 14. Achab, 3. *Reg.* 20.

XIII. Adhæc boni imperatoris est, non sol
militũ alacritatẽ suo exemplo excitare, seu m
dos & ignauos animare & accendere: sed etia
nimiam ipsorum alacritatem in oppugnando,
irrumpendo retundere, & intempestiuam pug
postulationem prohibere.

1. *Artaxerxen* Persarum Regem, non aurũ, n
12. millium talẽtorum, aut corpori eius circum
iectus mundus, retinebat à laboribus & arm
nis, instar militũ gregariorũ, subeundis: veru
pendente ex humero pharetra, parmam fere
prim

primus ipse vias montosas & arduas, dimoto equo, scandebat: vnde cæteri illius alacritatem & robur conspicientes, volucres fiebant & expediti. Etenim stadiorum iter quotidie plus ducentorum conficiebat. *Plut.*

2. *Xenophon* cùm equo veheretur, & pedites iugum quoddam occupare iussisset, ob vnum ex eis obmurmurantem, quòd diceret, facilè eum sedẽtem tam laboriosa imperare, desilijt, & gregalẽ equo imposuit, cursuq; ipse pedestris ad destinatum iugum contendit. Cuius facti ruborem cùm perpeti miles non posset, irridentibus commilitonibus sponte descẽdit. Xenophontem vix vniuersi perpulerunt, vt conscenderet equum, & laborem suum in necessaria duci munera reseruaret. *Frontin. lib. 4. cap. 6.*

3. *Chares* in Thracia, cùm vehementissima tẽpestas ingruisset, conspicatus milites in valle excitando vestimentis parcere, & segniter imperata facere, mandauit, vt vestẽ inuicem commutarent. Hoc facto, cùm singuli alienarum vestium nullam rationem haberent, promptius id, quod imperatum fuerat, exequebantur, (seu alacrius operi incumbebant.) *Polyænus lib. 3.*

4. *Alexander* Tyrum oppugnans, cùm amplam fossam, mœnibus Tyriorum adiectam, superare cuperet, primus ipse corbẽ arena refertum apportauit. Macedones cùm Regẽ suis manibus opus facere viderent, confestim, abiectis chlamydibus, celeriter loca æquârunt. *Idem lib. 4.*

5. *Attila* Hunnorum Rex, in oppugnandis vrbibus, non ducis modò, sed & militis munia obiuit. In Vincentiæ expugnatione cunctantibus suis ob aquæ profunditatem, & oppidanorum

acré defensionem, in fossam vrbis præcipiti tu se demittens, per aquam mento tenus ad rum euasit, suoq; exemplo milites accendit, *Olahus cap. 15. vitæ Attiliæ.*

XIV. Boni etiam imp. est, militibus exim metum, quem vel ante pugnã, vel in pugna pter aduersa omnia, aut hostium vim conc runt. Ludouicus XII. Gallorum Rex bellum netis inferens, extollente quodam Venetor prudentiam: *Ego verò*, inquit, *illis tot stultos nam, vt quò se vertant, sint ignoratur.* (Corre de dictis & factis memor.)

XV. Eiusdem est defectionem & proditio militum, sociorum, & hostiũ deuictorum hibere, ne fiat, seu iam cœptam impedire, a vtilitatem suam conuertere, & defectore reconciliare; seditionem castrensem prohib & iam ortam compescere, & seditiosos re ciliare; castris locum opportunum capere; menta & commeatum acquirere, seu parare, troducere, & conseruare; stipendijs milit prospicere; hostes beneuolentia conciliare, & inimicis amicos facere; eorum consilia & i dias præuidere; eorum nuntios & explorato deprehendere, auxilia ne ijs mittantur præ re, hostes ex fuga retractos opprimere, eor robur eneruare; exercitum, vires, copias hostiu distrahere, & distractas conficere; hostilem ercitum loco opportuno includere, & diuer ex locis aggredi; aut celeritate summa hostes opprimere, aut mora hostem atterere, & fran re; tempus pugnæ opportunum eligere, qu hosti sit importunum: (nam Cæsar *lib. 4. Com* dicebat, exspectare dum hostium copiæ aug

tur

tur, summa dementia est:) aciei instructione hostem sustinere; securum, victoria adepta tumidum, auxiliorum spe fretum hostem, simulato abitu, &c. opprimere; paucitate vires seu exercitum minorem simulare, vt hostes in insidias præcipitentur; hostes terrere, aut in fugam vertere, exercitum maiorem simulando, & auxilij aduentantis, vel etiam diuini, vt & copiæ, simulatione.

1. *Mygdonius* hostibus obsidentibus fame laborans, aceruos maximos terræ lapidumque in foro exstruxit, eosque compingens luto, in alios triticum, in alios hordeum iniecit, & mulos ingenti magnitudine pinguissimosque alens, extra mœnia dimisit. Eos hostes comprehenderunt: ille, præcone misso, iussit vt mitterent, qui de redempticio pretio transigerent. Venerunt legati, quos Mygdonius in foro conuenit: illi maximos aceruos tritici hordeique videntes, & ministros alios alibi iubere metiri, reuersi hæc hostibus nuntiârunt. Qui pinguedinem mulorum conspicati, fidemque de ciborum apparatu legatis habentes, longo tempore se ciuitatem capere non posse existimârunt, & ob eam caussam discessêrunt. *Polyæn.* lib. 7. Simile quid legitur apud *Laërt. in vita Biantis.*

2. *Ladislaus* Vngariæ Rex cùm Cracouiam Polonorum Regiam tertium iam mensem obsideret, magnaque egestas vtrinque ingrueret, intempesta nocte Regis edicto quisque miles ocream galeamue effossa terra complerâ ante vrbis mœnia conferre iubetur. Quod vbi factum est, congestæ terræ mox tumulus haud mediocris exurgit, quem farina quamprimùm Rex aspergi iubet. Illucescente die, oppidani editissimum fari-

næ montẽ ante muros arcis aſpiciunt, hoſtiũ meatib⁹ inuidẽt, ac ſequẽti die ſeſe cũ arce de-

XVI. Boni imp. eſt ſuſpectos ſibi inuicem fa-dere hoſtes; eorum milites ad proditionem defectionem ſollicitare; arma hoſtibus adimẽ caſtris eos exuere; opibus & fortunis eorum commodare; eorum commeatum perdere, & cere, & corrumpere; eos deniq; deuictos, nec uas res attentẽt, in officio & fide retinere; & teranos ſuos milites honorare ac lautis ſtipe ornare: vt enim homines ſine pedibus nõ am lant, ita nec ſine pecunia bellum progredit

1. *Carolus V.* cenſuit tres potiſſimum belli uos eſſe, commeatum, pecuniam, militem: e ſi aliquo carẽdum eſſet, militẽ veteranum fi tiſſimum electurum, cuius prõptitudine re duo ſe ex hoſte comparaturum confideret.

2. *Alex. Seuerus Imp.* militibus diligenter ſpexit de cõmeatu, dicens: milites ſeſe mag ſeipſum ſeruare velle, eò quòd ſalus in hi publica poſita, & non facile ſit nouũ, eumq exercitatum militem inuenire. (*Lampr.*)

3. Hinc *Xerxes* cùm à trecentis Lacedæm ad Thermopylas vexatus eſſet, tantam mil ducens multitudinem, hoc ſe deceptum a quòd multos quidem homines haberet, m perpaucos. Sentiens non perinde referre, multos educas, ſed quàm exercitatos.

4. *Ageſilaus Rex Lacedæm.* percontatus qui cem belli præcipuè exornetà reſpondit: *Ad hoſtes audacia, & in oblata opportunitate re conſilium.* Stob. ſerm. 52.

5. *Pyrrhus* inter cætera præcepta imper memoriæ prodidit, nõ eſſe pertinaciter in

hosti fugienti, non solùm, ne fortiùs ex necessitate resisteret, sed vt postea quoque facilius acie cederet. *Frontinus lib. 2. c. 6.* Nam rectè ait Veg. li. 3. c. 25. *Clausis ex desperatione crescit audacia, & cùm spei nihil est, sumit arma formido. cap. 21.* Scipionis sententia est: Viam hostibus, qua fugiant, muniendam. *c. 25.* Frequenter iam fusa acies dispersos ac passim sequentes reparatis viribus interemit.

Militem habeat imperator non tam ornatum, quàm armatum. *Antiochus Rex* ostendebat Hannibali in campo copias, quas, bellũ cõtra Romanos suscepturus, comparauerat, exercitum insignibus argenteis aureisque florentem; inducebat etiam currus cum falcibus, elephãtos cum turribus, & equitatum frẹnis, ephippijs ac phaleris præfulgentem. Atque ibi tanto tamque ornato exercitu gloriabundus Hannibalem aspicit, & inquit: *Putasne satis esse Romanis hæc omnia?* Tum Hannibal ignauiam vanumq; apparatum militũ irridens: *Planè*, inquit, *satis esse credo hæc Romanis, etsi auarissimi sint.* Brusoni. lib. 2. c. 32. Magni duces sic statuerunt, horridum (*Liu. 9.*) militem esse debere, non cælatum auro argentoque, sed ferro & animis fretum: quippe illa (*ibid.*) prædam verius quàm arma esse nitentia, & esse deformia inter sanguinem & vulnera. Hinc prisci illi Macedones (*Curt. 3.*) non auro, neque discolori veste, sed ferro atque ære fulgebant. Hinc & Alex. Seuerus dicebat: *Miles non timet, nisi vestitus, armatus, calceatus, satur, & habens aliquid in zonula.* (Lampr.) Darius dicebat: Bella geruntur ferro, non auro; viris, non vrbium tectis; omnia sequuntur armatos.

tos. (*Curt.lib.5.*) Necesse etiam est, vt dimica acriorem sumat audaciam, qui, munito capite pectore, non timet vulnus. Et non de pugna, de fuga cogitant, qui in acie nudi exponunt vulnera. (*Veg.lib.1.c.20.*)

SIGNVM XX.

Bellum domi gerere & foris, exigente necessitate.

HOSTEM QVIDEM IN PATRIA tis munita, & à viris fortibus instructa, exspect (seu domi, non foris, in finibus hostis, bellum re:) longè tamen à patria non satis munita, nec à viris peritia rei militaris instructa, hostem præuenire.

HVius signi prior pars probari po hisce argumentis.

1. Ducere exercitum alienam in regionem mul & sumptuosum, & periculosum est. Athenienses bello domi relicto, magna cl in Siciliam transmissa, vna nauali pugna Re florentem in perpetuum afflixerunt: (*Thucyd.*) 2. *Liu. lib.* 18.) & apud Rom. M. Attilius Reg infeliciter in Africa pugnauit. (*Liu.lib.*2.)

2. Ibi graue est bellum gerere, vbi nullus portus classi apertus, non ager pacatus, non c tas socia, non consistendi aut procedendi loc quocunque circumspexeris, hostilia sunt omn (*Liu.lib.*28.)

3. Nec est tutum fidem habere ijs, qui se iti ris comites, duces, socios, & amicos expedi nis profitentur. Et cùm alienigena est exerci velut ad commune incendium restinguend omnes concurrunt. (*ibid.*)

4.

4. Aliter quoque aliena, aliter patriæ mœnia, templa, aras, focos, homines defendunt, cùm euntes in prœlium pauida coniunx sequitur, parui liberi occurſant. (*Ibid. in Orat. Q. Fabij.*)

5. Adhæc, domi bellum cùm geritur, commeatu & rebus neceſſarijs alijs ſine periculo munire nos poſſumus, & melius pugnatur propter ſitus loci peritiam, & ſi res minus proſperè geratur in prœlio, plures ſibi fuga conſulere, & vires reſtaurare poſſunt.

Pars poſterior ſic confirmatur. Cùm hoſtis domi in loco non ſatis munito exſpectatur, metuẽdum eſt, ne fugati ditione tota exuamur; quandoquidem clades non ita facile ſarciri poteſt, aut nouus illicò exercitus comparari: alieno autem in ſolo clades leuior eſt. (*Herod. lib.* 4.) 2. Et amplior eſt victoria eorum, qui aliena (non ſua) in terra bella gerunt. (*Ibid.*) 3. Cùm bellum domi geritur, agri deuaſtantur, bona ſubditorum diripiuntur, nec ab his tributum licet flagitare, atque ita exſiccatur fons, belli vnde præſidia manant. 4. Qui aliena in regione milites ſuos habent, maxima neceſſitate conſtringuntur pugnandi; quia vident periculum imminens, atque inde fortiores euadunt. 5. Qui hoſtem inuadunt, ſemper ſunt audaciores, & maior ſpes & animus eſt vim inferentis, quàm arcentis, & periculum propulſantis. (*Liu. lib.* 20. *in Orat. Annibalis, &* 28. *in Orat. Scipionis.*) Multum quoque intereſt, alienoſne populẽre fines, an tuos vri & excindi videas. (*Liu. lib.* 38.) 6. Et maior ignotarum rerum terror eſſe conſueuit. (*Ibid.*) 7. Adhæc, quemadmodum fluuij ad fontes ſuos non alti, ſed vado permeabiles, quò longius à fontibus defluunt, eò curſus illorum

illorum fit acrior, alijs fluminibus exceptis; creſcunt, & confirmantur, qui exercitus long educunt; ſoli ſunt, quibus bellum domi infer (*Xenop. lib. 4. de rebus geſtis Græc.*) 8. quemad dum qui veſpas volunt excindere, cùm egre infeſtant, multarum aculeis traduntur; qui ignem admouent, cùm adhuc ſunt incluſæ alueari, tacitè veſpas necãturita qui inuadun ſtem dum adhuc domi eſt, nec exſpectant cũ veniat, feliciter rẽ gerunt. (*ibid.*) 9. ad digni & famam pertinet, imperterritum eſſe non dò ad defendendum, ſed etiam ad inferendu lijs arma. (*Liu. lib. 28.*)

SIGNVM XXI.

Ciues in re militari exercere.

ETIAM PACIS TEMPORE CI *in re militari exercere, vt ea inſtructi, cùm opus fuerit, non ab epulis in antrum, ſed ab arce in campum, à muro in hoſtem ruant.*

ARiſtot. 2. *Pol. c.* 5. improuidi eſſe docet, ſe in dié viuere, eaq; duntaxat videre, quæ pedem iacent. Cùm valemus, cauendũ eſt, morbũ; cùm in pace viuimus, præuidendũ e in hoſtẽ incidamus: quippe tum maximè inſ tur hoſtis, cùm ſupini in otio dormimus, & ri in pace viuimus. Adhæc nulla ciuitas eſt fortunata, cuius paci ab aliquibus non inuid ergo pacis tempore de hoſte & Marte cog oportet, vt in pace ſecuriores ſimus. Vt utiſſimè præcauemus morbum, cùm ſanit

vires sunt: ita opportunius res bellicæ tractari non possunt, quàm cùm in pace sumus, & consultissimè præuenimus hostem, cùm tranquillitas & opes in ciuitate florent. Præterea periculosum est illud in ciuitate negligere, cuius vsu ciues & adiuuandâ patriam experti, & ad propulsandum hostes parati fiunt: at vsu militaris exercitationis in pace hæc discunt ciues: ergo periculosum est rei militaris vsum in pace deponere. Addo, quòd iacula non præuisa magis feriant, & mala non præcognita vehementius vrgeant. Quanto atrocius, & truculentius videbitur id bellum, quod ciues veluti in crepundijs pacis oscitantes de repentino opprimit?

Quare cùm Magistratus tranquillitatem à bellis externis esse perspexerit, Remp. curis vacuâ, vel præsidijs exercitioque militari nudatam, non patietur; sed eam armis instruet, & munitionibus firmabit. Beatum esse prædicat Salomon illum, qui semper timet, hoc est, qui cautus & prouidus est, & ad omnia mala, quæ possunt illi accidere, depellenda paratissimus. Fluxa enim est hominum fides, magna vis inuidiæ, atque libidinis regnandi, multæ fraudes in vita communi versantur, varia denique est, & commutabilis, atq; infinitis casibus obiecta felicitatis humanæ conditio. Quædam potentissima regna & prouinciæ bellis perfunctæ, pace & otio cõstituto, inopinatis ruinis conciderunt. Persarũ imperium armis partũ, pax & otium deleuit. Græcorũ opes ingentes eadẽ diuturnitas pacis absumpsit. Rõ. Imperiũ otiũ quoq; & nimia securitas, quod Cato futurum prædixerat, haud parum afflixit.

Magna imperia armis quæsita, pace & otio conciderũt.

Deus

Deus Iudæis reliquit in Terra promissionis p
petuos hostes, quos delere nequibant, vt in e
rudiret ipsos, vt discerent certare cum hosti
& haberent scientiam belligerandi, atque pe
los in officio continerentur. *Ios.* 15. 23. *Iud.* 3.

1. Cùm *Cyrus* Lydam gentem maximè bell
sam animaduerteret, primùm armis, tum rei
litaris exercitijs ei interdixit, hinc epulas &
bicines proposuit, postremò totam effœm
tam & otiosam factam, exili voce perten
quam ante flamma & ferro vix superauit. *I*
lib. 1.

2. *Appius Claudius* in omni sermone negot
Romanorum otio præferre solitus fertur. N
lus tam demens est, qui otij dulcedinem n
tiorum curis, si facultas securitasque cum
contingat, non præferendam censeat. Sed fu
prospiciens vir cautissimus, videbat id, quod
itus approbabat, Romanam virtutem negoti
li, segnitie marcescere. *Petrarcha ex Liuio.*

3. *Q. Metellus* bello 2. Punico, pulso tande
Italia Hannibale, ac subacta Carthagine, cum
gaudio exultantibus, solus in Senatu graui ac
cumspecta sententia vsus est, ignorare se asse
vtrum ea victoria lætabilior, an formidabi
esset Reip. Sicut enim Hannibal Alpes ing
strepitu transgressus, concussa Italia, dorm
tem Populum Romanum excitâsset; ita vere
ne illo digresso, silentio & pacis reditu rur
obdormiscerẽt, & quos labor ac metus exer
rant, securus torpor opprimeret.

4. Catone Censorio, delendam esse Carthag
suadente, solus *Scipio Nasica* restitit. Futurum
nim asserebat, vt potentis hostis metu libe
Ro

Romani, vel otio & ignauia torpescerent, vel in se mutuo arma conuerterent. Quod non multo post, euersa Carthagine, euenit. Tribunitijs enim Gracchorum furoribus coortis, bellorum ciuilium seminaria iacta fuêre.

5. *Maximinus senior*, priusquam ad Imperium conscenderet, sub Alexandro militans, quinto semper die in armis exercitum educebat, militariqúe more quotidie currendo atque luctando exercebat.

6. Aristot. 6. *Pol. c.* 7. suadet patribus filios suos dum etiamnum sunt iuuenes, viribusque integris ad leues & expeditas pugnas erudire, vt eandem grandiores ętate facti militarium operum opifices, duces, & athletæ fiant: vnde Ioan. Casus cõcludit athletarum palæstras in ciuitate rectè instituta esse permittendas hisce rationibus fretus.

1. Quî possunt patres suos filios ad pugnas erudire, arteque militari instituere, si nulli sint, qui artem pugnandi & præliandi doceant? palæstræ ergo athleticæ esse debent, in quibus rei militaris scientia publicè exerceri possit, adeoque nutriri bellica seges ciuitatis, vt cùm ad mœnia, ad castra, ad classes venit, non solùm vi, sed etiam arte; non armorum solùm & equorum subsidio, sed vsu etiam & ingenio bellicosos hostes valeat sternere, & superare. 2. Inexperti medici sæpe aduersa valetudine laborantes perdunt & occidũt, sed rudes & imperiti milites seipsos mactant: est ergo necessarium, vt in rectè institutis ciuitatibus Olympica exercitia habeantur, in quibus militaris scientia sine sanguine, Martis furor sine periculo, hostis insidiæ & fraudes sine omni timore perdiscantur. Sapienter inquit Vegetius:

Qui desiderat pacem, præparet bellum: qui vi-
riam cupit, militem imbuat diligenter: qui fe-
dos optat euentus, dimicet arte, non casu: qui
nemo eum prouocare, nemo audet offendere, qui
intelligit superiorem fore, si pugnet. Athenien-
ses Palladē armatam pinxerunt. qui cassidem in capite, hastam in dextra sua
neruæ posuerunt, diu Lacedæmonijs paruer-
donec in palæstra exercitati, ad tantas vires p
uenerunt, vt victores victi superauerint. Xen
phon Laced. Attilium Regulum Romanumque
ercitum, non tam virtute, quàm arte edomu
contriuit. Quot Consules, quot legiones, q
lumina Romanorum vnus Hannibal, Carth
nensis ille, istius ferè artis auxilio, & ope e
xit? quot vrbes deleuit? quot signa & castra
stulit? An Romani (qui suum Capitolium in
tissimo monte vrbis exstruxerunt, statuam
Martis ad terrorem hostium in celsissima e
dem turri graphicè cri insculptam cum omn
nere armorum ac tormentorum collocârunt
lùm lacertis suis ac Martis impetu tot vrbes,
gentes, tot imperia sibi subiecerunt? Fieri
potuit, vt pastorum paucitas globum totius
di tot sæculis, vi sola naturæ, sine arte mili
verteret. Vsus huius scientiæ sunt numero in
niti, fama celebres, & laudis tuba digni. Nam
desidiosis alacres ad pugnam, ex ignaris exp
tos, ex imbecillis fortes, ex incognitis & obl
ris nobiles magnanimosque duces efficit: hæc
la insidias prodit, furorem à mœnibus ciuita
pellit, castra figit, tormenta parat, vitam ciui
defendit, omnia denique pacis ornamenta
uat. *Lege Veg. Frontinum, & AElianum.*

SIGNVM XXII.

FILIOS IN BELLO IVSTO PRO patria occumbentium publicis sumptibus alere.

Militum certorum liberos alere.

OLim Athenienſes, Macedones, Lacedæmonij, aliæque antiquiſſimæ gentes filios illorum, qui in prælio pro ciuitate ceciderant, publico ærario ſeu ſumptibus ciuitatis alebant. Imitandum hoc eſt bono Magiſtratui. 1. Ne pereat mor[illegible] bellicæ (quæ eſt obiectum fortitudinis) [illegible]no-ria: non enim perenne nomen in poſte[illegible] retinebunt fortes, ſi ipſorum liberi miſeriam ſentiant. 2. Ne patria in pugnatorum ſuorum filios ſit ingrata. 3. vt milites duplici animo & duplicatis, vt aiunt, viribus aggrediantur hoſtem, hoc dilemmate armati & animati: Eſto, ſi viuemus, patria nos colet, ſi moriamur, familiam alet, nec liberos miſeria premi patietur: pugnemus ergo fortiter, alacriter irruamus in hoſtem. 4. ne langueſcat militaris ſcientia.

SIGNVM XXIII.

BENEFICENTIA BENEVOLENTIAM ciuium ſeu ſubditorum ſibi parare.

Benevolum & beneficum eſſe.

1. AGeſilaus Rex Laced. ijs, qui clanculũ aduerſabantur, palàm nõ exhibebat negotiũ, ſed efficiebat, vt ipsũ ſequerentur in militiã, atq; ex his nõnullos duces ac magiſtrat' exercitus factos euehebat, qui cùm in Magiſtratu improbè & auarè ſe geſſiſſent, eoq; in ius vocati periclitarẽtur, ipſis

Ageſilaus eos, à quibus odio proſequebatur, ad honores euehebat.

ipsis patrocinabatur. Hac prudentia mederi
leuolis maluit, quàm eos vlciſci; & hac arte
placabat, & ex clancularijs, vel clandeſtinis
ſtibus, reddebat amicos: atque ita factum eſt,
tandem neminem haberet aduerſarium. *Plut.*
dicebat, officium Magiſtratus eſſe erga rebel
tes vti audacia, erga ſubiectos beneuolen
Virg. *Parcere ſubiectis*, &c.

2. *Philippus Rex Maced.* cùm Thebis obſes
Philonis Thebani hoſpitio vſus, multiſque
per beneficijs ab eo affectus eſt: is cùm viciſſ
Philippo nihil muneris vellet accipere: *Ne*
inquit Philippus, *beneficētia ſuperatum hac*
de ſpolies, quòd hactenus à nemine beneficijs vi
fuerim. Plut.

3. *Alexander Macedo* etiam dicebat, à nem
ſeſe vnquam benignitate ſuperatum eſſe. *Cal*
7. c. 28. Idem vrbem dono dedit cuidam, qui
diceret, tantum munus non conuenire fort
ſuæ, reſpondit: *Non quæro quid te deceat acc*
re, ſed quid me dare. Seneca 2 de Benef. c. 16. Id
inter Philoſophos de felicitate diſputantes
tentiam rogatus dixit, nihil eſſe beatius, qu
multos ſibi donis & muneribus obſtringe
(*Seneca* 4. *de Benef.*) proindeeos, qui mun
Principum reſpuerent, puniendos eſſe cenſe
vt qui illorum virtuti inuiderent: Vnde Phoc
nem, virum integrum & grauem, litteris
nuit, minimè ſe exiſtimaturum illum ſibi a
cum fore, ſi deinceps munera ſua repudiaret.
xiles, vnus è numero Regum Indiæ, occurr
Alexandro, ſic illum affatus eſt: *Prouoco te non*
pugnam, neque ad bellum, ſed ad aliud certam
genus, ſi inferior es, à nobis accipe beneficium;

superior, nobis benefacito. Cui Alexander: *Atqui,* inquit, *ob hoc ipsum inter nos certandum est, vter benefaciendo superet alterum.* Et humanissimè complexus illum, non solùm non spoliauit ditione, sed auxit etiam. Idem interrogatus, quis optimus Principum esset? *Qui,* inquit, *amicos donis retinet, & inimicos beneficijs amicos facit.* Plut.

4. *Agasicles* Lacedæm. Rex cùm interrogaretur, quo pacto quis tutò imperare posset nullo stipatus satellitio? Respondit: *Si sic imperet suis, quemadmodum imperat pater filijs.* Quo docuit imperatoris esse, beneuolentia & benefactis adiungere sibi ciuium animos, nec tum opus esse barbarico conductitioque satellitio.

5. *Cymonem* Athenienſem Principem vsque ad eò liberalem munificumque fuisse tradunt Græcorum scripta, vt cùm pluribus in locis prædia rusticana haberet, nunquam tamen in ijs custodē habuerit, ne quis impediretur, quò minus rebus eius quibus vellet frueretur, semperque eum nummati pedissequi sequebantur, vt si quis eius ope indigeret, haberet quod statim daret, ne differendo negare videretur. *Vide de liberal. in subdtos.*

6. *Anaxilaus Rex* hoc vnum Regibus felicissimum euenire existimabat, quòd à nemine vinci possent beneficijs, cùm nullum sit certius felicitatis argumentum, quàm posse quamplurimos felices facere. Phauor.

7. *Antigonus* Macedoniæ Rex, mirantibus nouo imperio asperiorem fuisse, extremo verò clementiorem: Prius, inquit, *regno ac potestate opus fuit, nunc gloria ac beneuolentia subditorum.* Sentiens imperium vi quidem & armis parari, sed non nisi honesta opinione & fide, neque non be-

neuolentia ciuium retineri.

8. Si quæ sunt hominum dicta memoranda, certè videntur, quæ paulo ante excessum ab ius corporis ergastulo prolata sunt. De Cyro nophon ait: eum moribundum Cambysi comm dasse amicos his verbis: *Te quoque, mi Camby scire velim, non aureũ hoc sceptrum esse, quod nũ tibi conseruet, sed amici fideles regibus & ve simũ & tutissimũ sceptrũ sunt. Comparandi au non natura, nec vi, sed potius beneficentia.* F autem: *Corpus meum*, ait, *ô filij, cùm diem in te supremum clausero, nec in auro condito, nec in gento, nec vlla in re alia, sed terræ quamprim reddite. Quid enim beatius quã in terra abdi, omnia præclara, bona omnia profert & nutrit.* stremò hæc eius vox fuit: *Si benefici in am fueritis, etiã in hostes animaduertẽdi facultas e*

9. *Augustus Cæsar*, postquam imperium e adeptus, nihil se magis sibi gratulari dixit, qu quòd gradũ illum iam conscendisset, vnde v uersis benefaciendi facultas præstaretur, cùm lud amplitudinis certum sit testimonium, omn beneficentiâ promereri. *Dio lib.54.*

10. *Vespasianus Imp.* admonitus ab amicis, vt c ueret à Metio Pomposiano, quòd de hoc rum increbuerat, fore vt aliquando regnaret, non s lùm sibi ab illo non metuit, sed & fecit illu Consulem: id admirantibus amicis: *Erit, inqu olim memor tanti beneficij.* Sueton.

11. *Titus Imp.* ait Sen. c.8. adeò fuit animo in o mnes benefico, vt non permitteret quempiam se, minus voti cõpotem factum, tristẽ abire. Et a liquando recordatus super cœnam, quòd nih cuiquã toto die præstitisset, ex intimis duxit sp

ritu

ritum præcordijs, & amicis illius cauſſam percontantibus, memorabilem illam, meritoq; laudatam vocem edidit: *O amici, diem perdidi*, quibus verbis innuebat, eum diem ſeſe inter dies vitæ minimè numerare, quòd nihil cuiquam toto illo die præſtitiſſet. Non ob multa, quæ multis diebus dederat; ſed quòd vnus dies nihil danti abijſſet, ingemiſcebat ac dolebat. S. Hieron. *in c. 6. Epiſt. ad Gal.* inquit: *Titus filius Veſpaſ.* qui in vltionem Dominici ſanguinis ſubuerſis Hieroſolymis Romam victor ingreſſus eſt, tantæ dicitur fuiſſe bonitatis, vt cùm quadam nocte ſerò recordaretur in cœna, quòd nihil boni die illa feciſſet, dixerit amicis: *Hodie diem perdidi.* Nos putamus non perire nobis horam, diem, momenta, tempus, ætates, cùm otioſum verbum loquimur, pro quo reddituri ſumus rationem in die Iudicij. Quòd ſi hoc ille ſine lege, ſine Euangelio, ſine Saluatoris & Apoſtolorum doctrina, naturaliter & dixit, & fecit, quid nos oportet facere? Hæc Hieron.

12. *Largius* Dictator optimum & firmiſſimum eſſe imperiũ dixit, quod ſubditos beneficijs magis, quàm ſupplicijs in officio cõtineat: illi enim beneuolentiam, huic metum eſſe comitem; quidquid autem timeatur id neceſſitate naturali exoſum eſſe omnibus. *Dionyſ. Hal lib. 6.*

13. *Aureliano Imp.* iam facto, ſciſcitanti quomodo imperandum eſſet, vel Reſp. rectè adminiſtrari poſſet, reſpondit vnus ex Proceribus: *Si Remp. rectè adminiſtrare volueris, auro & ferro te mutum eſſe oportet*; ac ferro quidem contra hoſtes vti, tui verò obſeruantes auro remunerari. *Zonar.* Prou. 19. *Diuitiæ plurimos reddunt amicos.*

14. *Alexander Seuerus* descriptum habebat
cui præstitisset, qui nihil, aut minimum pe
sent, ad eos dicebat: *Quid est cur nihil petas? a
tibi vis fieri debitorem? pete, ne priuatus de
quæraris.* Agnoscebat Principem debere
suo fungentibus officio; nec æquum iudic
vt probè suo defunctus officio priuatus eg
Lampr. Indicare etiam voluit, subditorum
ita se gerere erga superiores, vt digni sint,
amplissima à Principe accipiant munera. l
rogatus, quis esset Rex optimus? respondit,
amicos muneribus retinet, & inimicos bene
sibi conciliat. *Max. ser. 9. de Magistratu.* Pl
dixi, Alexandro Magno tribuit.

15. *Michael Palæologus* Imp. Orientis, adè
initia imperij beneficus fuit, vt sua ætate o
vniuersi Orbis Principes liberalitate super
idque eam ob caussam, vt subditorum anim
bi conciliaret. *Gregoras lib. 5.*

16. *Carolus Magnus* admonitus, ne cuilibe
tenti, præsertim indignis, benefaceret, resp
dit: *Qua charitate nos hactenus tulit Pate
stis*, &c. Mutius lib. 8.

17. *Ludouicus XI. Galliæ Rex*, quos vel me
ret, vel à quibus aliquid speraret, eos omni
one ad se traducere studebat, & si fortass
pulsam ferret, nihilominus donis & magnis
licitationibus instabat.

18. *Mauritius* Comes Andegauensis, inter
tera, quæ fratri successori futuro bene regn
dedit documenta, illud non in postremis fu
legitur, vt ante omnia, initio præsertim gub
nationis, satageret amicos sibi parare, quòd
pluris sint faciendi, quàm quantumlibet mag

opes
curar
conue
cùm
ops, n
loco 1.
19.
eximi
gratia
apud
regnu
omnia
eum q
stante
norar
reri ta
deind
aliqua
re: *Do*
tias, it
quid h
muner
tet pau
misera
magno
ouisti
ione, t
um sa
ium li
us ade
uotie
redi. A
uebat
amsi si
op

opes & diuitiæ. Nam & se tota sua vita omnem curam in eo posuisse, omnem cogitationem illuc conuertisse, illuc semper collineasse testabatur: cùm cui plures sunt amici, huius domus nec inops, nec destituta dici queat. *Bellefo. Theu. Vide in loco 1. Triumphi virt. de Constantio Chloro.*

19. Cùm *Elzearius* Comes ac Princeps propter eximias virtutes ac magnas opes in magna esset gratia apud Robertum Galliæ Regem, itemque apud Carolum eius filium, qui Neapolitanum regnum pro patre administrabat, & apud eum omnia posset, lautissima munera & ditissima ad eum quotidie deferebantur; sed ille omnia constanter repudiabat, cùm diceret, etiamsi non ignoraret, posse se quidem sine culpa accipere, veteri tamen ne suo exemplo alij mouerentur, qui deinde etiam cum culpa acciperent. Itaque cùm aliquando ex cubiculo suo ita auditus esset orare: *Domine tu mihi in cælo debes centum auri vncias, itemq; duos pannos purpureos*, interrogatus quid hoc sibi vellet, respondit, quia illo die ea munera sibi oblata respuisset. Cùm autem videret pauperum causas & negotia in aula negligi, miseratione commotus, accessit ad Principem, magnopere petens, vt se pauperum Aduocatum constitueret. Quod cùm impetrasset, ea procuratione, tamquam Regno, adepta lætus, grandiusculum sæculum fieri iussit, in quem supplices omnium libellos conijciebat, eaque re vulgata, tantus adeum concursus inopum fieri cœptus est, vt quoties domum rediret, vix ianuam posset inredi. Atque id quidem munus omni studio excquebatur, audiebat eos diligenter & sedatè, etiamsi superflua & inepta proponerent. Quin et-

Factis præstat se beneficum.

iam cùm semel in eo esset, vt lotis manibus re
se accumberet, importunè quidam accedens,
fiuit quid de suo libello factum esset? at ille
spectare eum iubens, surgit è mensa, statim
curiam properat, confectoque negotio reue
cùm pauperi homini satisfeciſſet, tum de
resedit. Hæc autem erat eius vita, hęc oblect

20. *Alphonsus* Siciliæ Rex interrogatus qui
uaret sibi, qui tam multis tam multa dona
inquit, *quæ dono, cætera in meorum numer
sunt.* O vocem heroicam & Principe digni
Nunquam deficiunt charites; cùm dantur,
tur; cùm absumuntur, multiplicantur opes
identidem dicebat, canibus oblatrantibus
bellantibus offulam obijciendam, sentien
affectos ciues beneficijs esse vincendos. P

21. Quemadmodum Epictetus ait, *apud St
Mag.*) Sicut sol preces aut blandimenta ne
spectat vt exoriatur, sed statim surgit, & a
nibus salutatur; sic tu nec plausus exspecta
strepitus vel laudes vt benefacias, sed spon
nefac, & pariter ac sol omnibus charus eri
Maximilianum I. dixisse ferunt, charitatem
exspectare preces hominis egētis, sed vbi
sitatem videt, ante preces opitulatur & auxi
fert. *Reusn. in Symb. Impp.*

22. *Imp. Theodosij* tam certa fuisse benefici
catus scribit in Paneg. vt tum accepta videre
cùm sponderet: quia vota hominum minus
lebat, ne quidem fatigabat, neq; adhibebat
neribus artem difficultatis, seu non capra
neficijs suis commendationem ex difficil
Rectè enim ait Seneca 2. de Benef. c. 5. *Nihil
amarum est, quàm diu pendere.* Et: *Benefici*

Prou. 13. *Spes quæ differtur afflixit animam.*

debent esse lenta, nec iniuriæ præcipites. Contra Pertinax Chrestologus fuit appellatus, quia liberaliter omnia pollicebatur, nihil autem præstabat.

Dio Dionysio suadebat, vt Platonem Athenis arcesseret, totumque se ei traderet Philosophiæ præceptis imbuendum, docens adamantina vincula imperij (quod eius pater Dionysius dicere solebat) non esse vim ac metum, neque magnum robustorum iuuenum numerum, neque arces montibus impositas, vt ait Horat. sed ciuium beneuolentiam, & propensam in Principem voluntatem, ex eius virtute & iustitia in illorum animis insitam. Huic consentit illud AEmilij Probi: *Nullum imperium tutum, nisi beneuolentia munitum.* Et illud alterius: Duæ sunt rationes asciscendorum hominum, violentia, & comitas: illa durior est, & cùm molesta inferenti, tum acerba ferenti: comitos verò vtrique iucunda; & vtenti certè honorifica est: quia laboriosius est trahere, quàm ducere hominem.

Concludam hæc illo dicto Platonis ad Diclotem, qui natura acerbus, asper, & non satis ad homines obseruãdos & colẽdos propensus erat: κατὰ ἀρέσκειν τοῖς ἀνθρώποις καὶ τὶ πράττειν. ἡ δὲ εὐβάδεια ἔρημία ζύνοικος: rerum agendarum facilitas ex eo, quòd quis placet hominibus, & eorum beneuolentia comparatur; contumacia verò, seu pręfractus animus solitudini contubernalis est.

SIG-

SIGNVM XXIV.

BIBLIOTHECAS IN PVBLICV[M] *sum instaurare, locupletare, atque adeò in[stituere], in ijs optimorum authorum libro[rum] recondere, eosq́; diligenter euoluere.*

Bibliothecas publicas instituere.

1. T*Acitus Imperator* Cornelij Taciti, Vi[...]sularis, historiam de Romanis Imp[...] modò in omnibus Bibliothecis iussit col[...] sed etiam Edicto cauit, vt decies quotan[...] vsum publicum transcriberetur, atque in B[...]thecis poneretur. *Flau. Vopiscus.*

2. *A Ptolemæis* Regibus, Alexandriæ sept[...]ta fermè Voluminum millia collecta & [...]dita esse scribit Gell. lib. 6. c. vlt.

Ptolemæus Euergetes, qui successit Ptol[...] Philadelpho, & beneficentiam suam vide[...]so nomine declarare, celeberrimum Alexa[...] instituit Gymnasium, & multa librorum [...] comparauit, cùm prius ex omni mundi re[...] prudentissimos ad se viros euocâsset, & amp[...]ma iam esset Bibliotheca Alexandrina Ptol[...] Philadelphi Regis AEgypti, qui maximis [...]ptibus vndique conquisitos libros ex aut[...]phis describi curauit. Oros. *lib. 6. c. 19. & 2[...]* fuisse Alexandriæ Bibliothecam quadring[...]rum millium librorum: ab Ammiano verò [...]cellino, *lib.* 12. traditur eam postea septing[...] millia continuisse.

3. *Pisistratus* Tyrannus Bibliothecam pr[...]

Athenis publicauit, quam Xerxes vrbe potitus, ad Persas transtulit. *Gell. ibid.*

4. *Constantini Magni* opus fuisse putatur Bibliotheca Constantinopoli ædificata, ab alijs verò libris aucta, ita vt numerum centum viginti mil lium librorum expleret, quæ tempore Basilisci Imp. diro incendio conflagrauit. *Zon. lib. 3. Ann.* Vel hic Constantinus, cùm superiores Imperatores plurimos libros exussissent, Bibliothecã hanc Constantinopoli instaurauit, quam quoque diligenter postea Valens Imp. curauit, teste Baron. Tom. 9. Anno Christi 726. eaque in tantum sensim excreuit numerum, vt tricena & tria millia librorum contineret. Vide eundem Baron. Anno Christi 330. *Constantiniana Bibliotheca.*

5. *Eumenes* Attali filius maximis impensis supra ducenta millia librorum conquiri & describi iussit. *Alex. ab Alex. lib 2 c.2.* Amplissima hæc bibliotheca dicta fuit Pergamena, quia in ea supra ducẽta millia librorum in hœdinis pellibus scripta seruabantur.

6. *Theodosius Iunior* (ait Socr. *lib.7.c. 22.*) libros tum qui sacra eloquia complectebantur, tum qui ab eorundem interpretibus cõscripti erant, multo diligentius, quàm Ptolemæus Philadelphus olim in vnum colligendos curauit.

7. *Franciscus* I. non tam Gallorum, quàm omnium litteratorum Rex & vindex, apud S. Victorem, neque non in arce Fontanablio, conquisitis ex media Græcia atque Arabia infinitis propemodum libris, locupletissimas instruxit Bibliothecas.

8. *Matthias Coruinus* Hungariæ Rex Budæ Bibliothecam longè instructissimam instituit.

9. Lo-

9. Locupletissima est Bibliotheca, quam Pa
Reges Vilnæ, quæ Metropolis est Lithuaniæ,
struxerunt. 10. Illustrissima est, quam pari
Austriaci Reges Viennæ. &, 11. quam Fau
Principes animo regio Augustæ Vindelicor
12. Multi etiam alij non alia de caussa in am
simo dignitatis & laudis gradu collocati
atque æternum inuenerunt nomen, nisi quo
brorum magnum collegerunt numerum, &
bliothecas librorum omnium generum refe
simas, tanquam castella quædam, & armam
tariâ sapientiæ constituerunt, atq; reliquer
Cur enim superioribus temporibus *Cosmus*
dices Florentinus adeò fuit laudatus, vt e
celeberrimum nomen doctissimorum viro
scriptis habuerit, quàm quòd litteras amau
teratorum hominum studiosissimus fuit, &
dique congestis libris, copiosissimas Biblio
cas refer sit? *Francis. Piccol. in Ethica, grad.*
16. *&* 52. Valde autem insignes Bibliothec
credibili librorum numero instructæ, & exc
torum auctorum reconditis voluminibus re
tæ memorantur, Vaticana Romæ, Marciana
netijs, Regia Parisijs, & Florentina: sunt &
vt Fuldensis, Erfordiensis, Viennensis, & Ba
ca Monachij. De his, & multis alijs consule
paratum sacrum P. Ant. Possevini.

13. *Cicero* modò librorum copiam habere
sit, Crassum diuitijs superare, atque omn
vicos & prata se contemnere testatur ad
cum scribens, *lib. 1. epist. 4. & epist. 9.* ait: B
thecam tuam caue cuiquam despondeas, quæ
acrem amatorem inueneris. Nam ego omnes
vindemiolas eo reseruo, vt illud subsidium sene
ti

ti parem. Vide Orat. Ant. Maioragij de Biblioth. publica Mediolani instituenda, & omni genere librorum instruenda.

14. *Cato Minor* tanta doctrinæ cupiditate flagrauit, vt ne in Curia quidem, dum Senatus cogeretur, temperaret sibi, quo minus Græcos libros lectitaret. *Val. Max. lib. 8. c. 7.*

15. *Alphonsus Rex* quater decies sacra Biblia cum Commentarijs perlegit.

SIGNVM XXV.

BLASPHEMIS DIGNAS pœnas irrogare.

Blasphemos punire.

QVia blasphemiæ peccatum expressè contra diuini Numinis reuerẽtiã militat, ideoq; inuisibili sæpe manu Dei vindicatur. 1. Rex AEgyptius *Pharao* cũ Deũ vilipenderet, & contemptim de eo loqueretur, maximis calamitatib⁹ affectus est, & tandẽ cum exercitu suo funditus deletus. 2. *Sennacherib* Rex Assyriorum potentissimo exercitu Iudææ inuadens, Ezechię Regi per suos duces renuntiari iussit, frustra ab ipso spẽ in ope diuina reponi: aliarum gentium Deos non potuisse suos cultores aduersus Regis Assyriorum potentiam tueri, quare nec Deum Israël posse. Ob quam blasphemiã Deus exercitũ Regis vna nocte penè totum ad internecionẽ deleuit, cęsis opera vnius Angeli armatorũ centũ octoginta quinq; millibus. Ipse Rex post tantã cladẽ in suã ciuitatẽ Niniuẽ reuersus, dũ studet placare idola, quæ illũ iuuare nõ potuerãt, à proprijs filijs interficitur. 3. *Nabucho-*

Exod. 5. *Quis est Dominus, &c. nescio Dominum,* 4. *Reg.* 19. 2. *Par.* 32. *Tob.* 1.

Vide locum de pœnis, & Theatrũ Historicũ.

Dan 3. *buchodonosor* Rex Chaldęorum, cùm ira incen-
tres pueros, qui ſtatuam ab ipſo erectam ado-
re recuſabant, in ardentem fornacem immi-
ret, ſimili modo Deum blaſphemauit, ſuam
tentiam illius potentiæ præferens: *Quis, inq*
eſt Deus, qui vos eripiat de manu mea? Agn
tamen paulo poſt, & confeſſus eſt diuinam
tentiam, viſo ſtupendo illo miraculo, quo il
medijs ignibus illæſi mãſêre. Verùm cùm po
rediret ad ingeniũ, & rurſum ſuperbè ſe effe
ſuã potentiã & gloriã, tanquã nulli ſubiect
obnoxiã iactando, ſubitò à Deo punitus e
iuſmodi voce cælitus ad eum ruente: *Tibi d*

Dan. 4. *Nabuchodonosor Rex, Regnũ tuum tranſibit a*
ab hominibus eijcient te, & cũ beſtijs & fer
habitatio tua: fœnum quaſi bos comedes, & ſe
tempora mutabuntur ſuper te, donec ſcias qu
minetur Excelſus in regno hominum, & cui
voluerit det illud. Hac voce completa è ve
ille mente captus eſt, & in furorem verſus
ab humano contubernio expulſus, inter fe
ſyluis commorari cœpit, & ferarum mor
ſeptennium vixit: quo exacto, mens illi reſti
& ipſe potentiam diuinam præclarè confi
eſt. Hoc illi obuenturum Deus mirabili vi
ſomnis ante annum præmonſtrârat, Daniel
ſum interpretante.

De Agrippa ex cap. 12. Act. vide locum de Adulat.

4. *Syri* prælio ab Iſraelitis in locis mon
ſuperati, cladem ſuam dijs montium refere
acceptam, quos aiebant Iſraelitis fauere: it
vallibus cum illis pugnãdum, in quas Deo
nihil iuris competeret, ibique ſe fore vict
Quam ob cauſſam Deus per Prophetam m
cutus eſt ad Regem Iſrael: *Quia dixerunt*

3. Reg. 20.

Deus montium est Dominus, & non est Deus vallium, dabo omnem multitudinem hanc grandem in manu tua, & scietis quia sum ego Dominus. Itaq; directis vtrimque aciebus, Israelitæ, etsi exiguo numero, *percusserunt de Syris centum millia peditum vna die.* Remanserant in loco vicino viginti septem millia, qui omnes cùm in ciuitatem confugerent, muri ruina oppressi perierunt.

5. Ductor exercitus Demetrij Regis *Nicanor*, cùm Iudæos Sabbato pararet inuadere, monitus, vt in honorem Dei omnia conspicientis, sacro die abstineret, arroganter respondit: (2. Machab. 15.) *Esne potens aliquis in cælo, qui imperauit agi diem Sabbatorum?* Cui cùm diceretur: *Est Dominus viuus ipse in cælo, potens, qui iussit agi diem septimam.* Subiecit: *Et ego potens sum super terram, qui impero sumi arma, & negotia Regis impleri.* Quam ob caussam commisso prælio, etsi maximũ & omni genere armorum instructissimum haberet exercitum, à paucis cæsus est, triginta millibus armatorum amissis, eiusque lingua blasphema excisa, & auibus particulatim obiecta, & manus, quam contra Templum extenderat, è regione Templi suspensa.

6. *Leuit.* 24. iussit Dominus filium mulieris Israelitidis, qui in iurgio blasphemauerat, lapidibus obrui, ibidemque lex ista sancitur, & bis repetitur: *Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi; siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit. Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur.* Repetitio illa momentum rei, & firmam legislatoris voluntatem insinuat.

7. Cùm Achior potentiam Dei cæli commen- *Iudith 6.*

daret, diceretq; Iudæos ea tutos fore, si Deū
Ibid.16. colerent, indignatus *Holofernes* respondit: Q
niā, prophetasti, quòd gēs Israël defendatur à
suo, ostendā tibi quòd nō est Deus, nisi Nabuch
nosor, cùm omnes quasi vnum hominē percusser
&c. quę blasphemia illi carè stetit. Nā & ipse
nu fœminę abscisso capite ibidē perijt, & exe
tus in fugā act⁹, magnā partē à Iudæis cōcisu
2. Mach. 9. 8. *Antiochus* ob superbiam & blasphemiam
uisibili & insanabili plaga à Deo percussu
Nam repente dirus viscerum dolor illum i
sit: mox curru excussus, grauiter ad terram a
gitur: insuper fęda phthiriasi corpus compu
cens, & intolerabilem fœtorem exhalās, vi
à vermibus absumptum est.

In Theatro Vindictæ Diuinæ pluribus ost
exemplis blasphemos non rarò etiam in hac
diuinitus puniri. In Renouato Mundo (que
bellū scripsi Germanicè) *cap.* 8. docui ex Re
bus Imperij quomodo Imp. Maximilianus, a
Principes & Imperatores iusserint hoc cri
puniri, Anno 1495. 1500. 1530. 1548. 1577.

Et cur Magistratus blasphemias permitt
fieri impunè, & nō potius seuerissimas in ea
tueret pœnas, cùm ipse Deus grauissima mo
pœna tam sæpè in eā animaduertat? Cur non
cap. 34. seruaret illud S. Iobi: *Ne desinas ab homine ini*
tatis, qui addidit super peccata sua blasphemi
hoc est, ne omittas eū punire. Optimè in qui
dā tabernis vinarijs (quas boni & honesti ca
nes gubernāt) in more est, vt si quis vel minim
blasphemiā aut iuramentum protulerit, quo
Dei vel Sanctorū iniuriā aliquatenus vergat,
cò certā pecuniæ mulctā in cistula, pro elee

fynis pauperibus erogandis, deponat, ni velit à Magiſtratu grauiorem pœnam exſpectare.

Philippus Valeſius decreuit blaſphemum primò catamidiari triũ horarũ ſpatio, data omnibus licentia in oculos eius quaslibet ſordes inijciendi. Si relaberetur findi iubebat labium ſuperius; ſi tertiò, inferius.

Philippus Rex & Imp. huius nominis 2. decernebat blaſphemum mergi in fluuium, aut paludem (etiamſi miles eſſet) citra tamen mortem. *Vincent. in Spec. lib.* 30. *c.* 2.

Lud. XI. Rex Franciæ iuſsit fronti blaſphemi notam infamiæ inuri.

S. Ludouicus eorum linguas cauterio inurebat. Petrus Primandaias ait, *in Acad. Gal.* ipſum eorũ frõtem cauterio inuſſiſſe, & morte affeciſſe, ſi ſapere nollent; nonnullis conquerentibus reſpondit, ſe paratum eſſe id in ſe pati, ſi vel hoc modo poſſet regno omnes blaſphemias proſcribere.

Paſquilli in Reges, nobiles, &c. vindicantur; quanto æquius blaſphemiæ in Deum?

SIGNVM XXVI.

CALVMNIAS, CONVITIA, ET MALEDICENTIAM ALIORVM PATIENTER FERRE.

Calumnias patienter ferre.

1. AGeſilaus quoties audiebat aliquos ab alijs laudari aut vituperari, exiſtimabat non minus eſſe diſcendos eorum mores, qui loquebãtur; quàm eorum, de quibus loquebantur. Senſit auidè obtrectantes alienæ laudi, magis prodere morbum ſuum, quàm detegere mores alienos; & qui ob res parum honeſtas laudant quempiã, aut ob laudabiles vituperât, indicare ſtultitiam ſuã, peruerſumque iudicium. *Plut.*

Vide de Clementia.

2. *Philippum Maced.* conuicijs afficiebat q dam effreni lingua præditus, cumque amici h tarentur, vt conuiciatorem reprimeret, ac p sequeretur: *Absit*, inquit ille, *ne plura* (inter p res oberrans) *in nos iaciat maledicta.* Anton 2. Melis. ser. 69. Clementiæ erat, quòd ignor magnanimitatis, quòd contempsit; prudent quòd non expulit. *Plut.* Idem dicebat, se iniu uiciatoribus gratiam habere, quòd ab ijs me redderetur: *Ego enim*, inquit, *studens menda los conuincere, si quid improbè fecerim, muto c lium, & pœnitentia factum emendo.* Idem m dictis & probris à Nicandro lacessitus plurim cœpit illum donis afficere & cohonestare, q bus acceptis cœpit Nicander eum, quem co cijs onerârat, laudare. Ad amicos igitur con sus Philippus ait: *Videtisne ergo nostrum* (in m fitum) *esse, & bene & malè audire, & à mal centia morbo sanari?* Plut.

Ex inimicis vtilitas.

3. *Antigonus*, cùm milites in illum probra in rent, ac ignorarent eum tam prope adesse, p diens ait: *Flebitis, nisi longius amoti maledi mihi, vel de me malè loquamini.* Quid hac fac clementius, aut hac clementia facetius? Simu bat se non indignari, quòd malè de ipso loq rentur; sed quòd tam vicini, vt exaudiri po ab eo, cui maledicebant. *Plut.* Sen. 3. *de Ira*, a ad fores maledicentium pulsantem dixisse: I *gius discedite, ne audiat Rex.*

Cùm in paruo quodam castello Græci obsi rentur, & fiducia loci, cõtemnentes hostem, m ta in deformitatem Antigoni iocarentur, & n staturam humilem, nunc collisum nasum de derent: *Gaudeo*, inquit, *& aliquid boni spero, q*

in castris meis Silenum habeo, quasi dicat, sensuros eos esse suo tempore virum, quem tunc immeritò deridebant. (Vide prouerb. Silenus Alcibiadis.) cùm hos dicaces fame domuisset, captis sic vsus est, vt eos, qui militiæ vtiles erant, in cohortes describeret, cæteros præconi subijceret. Id quoque se negauit facturum fuisse, nisi expediret his dominum habere, qui tam malam haberent linguam. *Seneca 3. de Ira cap.* 22.

4. Milites aliquot Tarentini inter cœnandum multa liberius dixerant in *Pyrrhum* Regem. Res ad eum delata est, acciti sunt iuuenes, ac periclitabantur omnes, cùm factum nec negari posset, nec defendi. Tum vnus illorum, *imò*, inquit, *Rex, & ista diximus, & longè acerbiora dicturi fuerāmus, nisi nos lagena defecisset*: (vel, si plus vini appositum fuisset:) linguæ petulantiam in temulētiam reijciens. Itaque mox ira Principis in risum versa, dimissi sunt. *Plut.* Idem à quibusdam rogatus, vt maledicum quendam ex Ambracia pelleret, respondit: *Potius apud paucos illic maneat, quàm apud multos de nobis malè loquatur.* Idem.

5. *Alexāder Macedo*, cùm accepisset, esse quendam, qui conuicijs ipsum impeteret: *Regium est*, inquit, *cùm facias bene, audire malè.* Plut. Idem & alijs adscribitur.

6. Legimus *Hieronem* Syracusanorum Regem adeò patienti animo contumelias tulisse, vt eos noluerit admonitos, qui etiam præsenti & audienti ei multa conuitia, & inter cætera graueolētiam obiecerant: de quo vitio oris cùm vxorem suam incusaret, quòd se non admonuisset, tum illa, putare se omnes viros ita olere respondit. *Plut.*

NB. Lenitatem Tyranni.

7. *Pisistratus* Athenienſium Tyrannus, à Tri-
po amico inter cœnam ſine fine conuitio lace-
tus, ita & animum, & vocem ab ira cohibuit,
putares ſatellitem à tyranno malè audire. Ab-
tem quoque, veritus ne propter metum ma-
us ſe conuiuio ſubtraheret, inuitatione fam-
ri cœpit retinere. Traſippus concitatæ tem-
tiæ impetu euectus, os eius ſputo reſperſit,
tamen in vindictam ſui accendere potuit.
verò etiam filios ſuos violatæ patris mai-
ſubuenire cupiétes retraxit. Rectè: Seneca
fur. *Ars prima regni eſt, poſſe te inuidiam*
lumnias) &c. *pati.*

Vide de Patientia.

8. *Ptolemæus* 2. AEgypti Rex imperitum
maticum irridens, rogabat quis fuiſſet pater
lem? atq; ille: *Dicam*, inquit, *ſi tu prius dixer*
fuerit Lagi pater. Hoc dicto tetigit Regis ig
litatē, cunctiq; indignè ferebant, velut intol
bile conuitiū. Hic Ptolemæus illis patientia
moderatior, qui intelligeret ſe occaſionē de
cōuicio, inquit: *Si Regiū nō eſt ferre, cū dictu*
tāgitur, nec illud Regiū eſt, dictis quēquā attinge

9. Cùm *Octauius* Imp. interrogaretur, cur b
de omnibus merendo, multorum toleraret
nias: *Ego*, inquit, *amici, qui Vrbē ab hoſtibus lib*
ui, etiam maleuolorum linguas liberaui; (vt q
quid liberet loquerentur.) *Non enim æquum*
vt ſaxis de libertate gloriantibus, vinctas co
ctaſq; ſeſe eſſe linguæ conquerantur. Quibus p
fectò verbis animi generoſitatem ac prudent
optimus Imp. ſatis declarauit, quòd maleuo
obtrectationes flocci faceret, vt reuera nihil
ciendæ ſunt viro virtute præſtanti, cùm reg
ſit generalis: *Vitia ſemper patronos parere, &*

tutes semper æmulos nutrire: & Plato, *lib. de Leg.* dicat: *Malos semper dupliciter malos esse, quòd armagerant tum ad tuenda propria, tum ad lædenda bona aliena.* & Val. lib. 4. c. 7. *Nulla tam modesta est felicitas, quæ malignantes dentes possit vitare.*

10. Rectè *Liuia Augusti* dicit apud Dionem, *lib.* 55. Debere quidem Principem ea, quæ in Remp. peccantur, exsequi, at priuatim in se admissa tolerare.

11. *Pericles* iubebat cum lychno deduci eum, à quo per totum diem in foro conuicijs prosciissus fuerat: & Aristoteles audiens quendam de se absente malè loqui, respondit: τὸν ἀπόντα καὶ μαςιγώτω, absentem etiam castiget.

12. *Traianus*, si quando opprobrijs lacesseretur, nunquam ab ira vincebatur. Nimirũ sciebat prudentiss. Imp. satius multo esse, iniuriã pati, quàm mox ad vindictã procedere: imò expedire interdum Principi, esse qui illi obloquantur, vt potius virus indignationis loquendo euomant, quàm facto. Nam alterutrum eueniat necesse est, vt perditorum hominum praui humores exhalent. Rectè Dionys. Halic. lib. 9. Res gestas taxare, cuiuis facilimum; at res egregias gerere, perdifficile, pauciſque datum est.

13. *Tiberius Cæsar*, in Senatu dictis quorundam parum honestis aspersus, admonitus, vt maledicos puniret, respondit: *Non tantum habemus otij, vt implicare nos pluribus negotijs debeamus. Si hanc fenestram aperueritis, nihil aliud agi sinetis.* Cùm iocis, conuicijs, famosis carminibus ac rumoribus frequenter

Tiberius Cæsar aduersus conuitia firmus, & patiens.

impeteretur, amicis ad vltionem hortantib
respondit: In ciuitate libera linguam mente
liberam esse debere: adeò patienter conui
concoxit. *Suet.c.28. Tac.*

14. *Domitianus Imp.* etsi homines mordaces
que maleuolos haberet odio, semper tamen
cebat, eos esse peiores, qui maledicis aures p
berent, neque reprehenderent, quàm ipsos
ledicos. *Suet.*

15. *Titus Imp.* dicebat: *Nemo me sine iniuria*
sequi contumelia potest, propterea quòd nihil
quod reprehendi mereatur; ea verò, quæ fal
me dicuntur, prorsus negligo. Conscientia
magis curanda, quàm virus linguarum, & ac
contumeliarum.

16. *Sigismundus* Imp. varijs maledictis à G
manica multitudine agitatus, & ab aulici
vindictam exstimulatus, nihilo commotior
vobis, inquit, *graue videtur, istos malè loqui,*
nos malè agamus? indicans, in nostra manu
esse quàm bene vel malè audiamus. *AEneas S*
de reb. gestis Alph.

17. Cùm *Alphonsus Aragoniæ Rex* inaudisset,
nonnullis clam lacerari, Regum esse, dixit,
modò benefacere, sed etiam mala patienter
dire. Magnifica certè respōsio: is enim, ait Am
1. *de Off.cap.6.* qui citò iniuria mouetur, faci
dignum videri contumelia, dum vult ea ind
nus probari.

18. *Fridericus III. Imp.* cùm accepisset, mul
quidem esse, qui malè de ipso loquerentur: *Qu*
vos nescitis, ait, *Principum actiones tanquam*
pum venenatis linguarum telis esse propositas?
quidem, qui omnibus satisfacere non possumus,

— H

—— Hic murus aheneus esto,
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

19. Simili animi magnitudine Franciscus I. Frãciæ Rex, cùm ob graue tributum subditis impositum, multorum voculis palàm proscindi se audiisset, quibusdam ad læsæ Maiestatis crimẽ hoc pertinere, & acerrimè vindicandum dicentibus: *Sinite illos*, inquit, subridens, *pro argẽto suo quod volunt loqui.*

Duo hic obseruanda sunt Magistratui: alterũ, vt factis contrarijs eleuet probra grandiora, quibus occultè laceratur: alterum, vt si calumniæ præsentes & apertæ sint, verbis refellantur.

Adhæc *sapiens*, inquit Seneca, epist. *14. nunquã potentium iras prouocabit, imò declinabit, non aliter, atque in nauigando procellam.* Vnde Phocion Athenienſis, cùm audiret Demosthenem Alexãdrum Regẽ grauiter maledictis lacessere, inquit: *Noli demens sæuum leonem stimulare, & iuuenẽ, quem gloria & imperandi libido incendit, in patriam prouocare, ne incendium maximum tua temeritate nobis conflet.* Hoc incendium sibi à Friderico Barbarossa Imp. Mediolanenses accersierunt, eò quòd ira perciti, & Maiestatis Imperialis contemptione Dominam Imperatricem, asinæ impositam, & caudam aduersa facie loco habenæ tenentem per vrbem maximo cum spectatorum risu & conuicijs circunduxissent. Qua contumelia sic excanduit Imperator, vt vrbem splendidam & spectabilem ambusserit, soloque adæquârit, ciuibus primùm ad internecionem vsque deletis. Certè in Regem malè concepta & cogitata non sunt toleranda, nedum ergo maledicta. Rex sacra persona est totius ciuitatis, cuius

dextra vitam & necem tenet, ergo malè de
loquendi licentia prohibetur. Loquatur igitur
gricola, sed non vltra rastrũ; loquatur miles,
non vltra hastã; loquatur ciuis, sed non vltra
2. Reg. 16. tẽ. Pessime Semei, cur nomen Dauidis male
v. 5. discindis lingua? nonne meministi Regem il
constitutum esse? quidquid ergo in Dauide
queris, aduersus, diuinam prouidẽtiam loqu
nam Deus est qui Reges fecit, & per quem Re
4. Reg. 2. dominantur. Pueri, qui maledixerunt Prop
v. 24. à sęuissimis vrsis occisi sunt, quomodo ergo
inultã ferret contumeliã illatam Magistratu
pœna irrogatur ei, qui ciuem aut socium in
afficit; quantũ supplicium debetur illi, qui
tate loquendi Regẽ suum vulnerat? Romani,
cedones, Lacedæmonij, aliæq; nationes olim
vitiũ linguæ inter scelera læsæ Maiestatis
merârũt, nec minore seueritate, quàm cæte
ipsum puniuerunt. Adhæc Patri nõ licet ma
cere, ergo nec Magistratui. Murmurârunt
filij Israël in Moysen ducem, & Aaronem
dotem suum, sed Principes eiusdem seditio
complices, viui ad inferos descẽderunt. Nam

SIGNVM XXVII.

Castum esse. *CASTITATEM ET CONTINE*
tiam amare, eamq; extra connubium,
& in eo pro parte seruare.

1. *Cyrus* abstinebat à conspectu Panthee
tæ, & ad eum adducendæ; & Araspo
ti, mulierem esse insigni forma, dignam Reg
culis: *Ideo*, inquit, *magis est illa abstinendum.*
nim si nunc, tuo obtemperans cõsilio, illã

cùm vacat, fortassis illa mihi persuasura est, vt ad ipsam frequenter eam, etiam cùm non vacabit, eiq; assideã, neglectis serijs negotijs. Scitè retorsit argumentũ, regiæ functionis memor. Noluit vel oculis castitatẽ matronæ & suam violare. Bona oratio & ratio: mulier enim auocat à melioribus curis. *Vide de Temper. & de Libidine.*

2. *Antiochus tertius* cùm Dianæ sacerdotem vidisset supra modum eleganti & decora forma, continuò soluit Epheso, veritus ne amor aspectu paulatim auctior audaciorq; fieret, seu ne vis amoris aliquid ipsum facere cõpelleret, quod fas non esset. Seu, Epheso discessit, ne amore captus, cum formosissima virgine peccare cogeretur. Prudenter prælio abstinendum cum eo hoste duxit, qui sola fuga vincitur. Et tu, Luthere, virginẽ Deo dicatam constuprare non vereris? *Plut.*

3. *Alexander Magnus* Darij victor, inuitatus vt Darij filias inuiseret, (prædicabantur enim puellæ admirabili esse forma,) noluit ire, dicens, sibi non esse committendum, vt cùm viros vicisset, à mulieribus vinceretur: adeò metuebat sibi ab illarũ insigni forma, & oculis suis parũ credebat. *Vide signum 3.*

Apud familiares dicere solebat: *Dolores oculorũ sunt Persicæ puellæ, præterea eas vt statuas.* Darij vxorem, exsuperanti forma fœminam, nec oculis attingere vnquam voluit, quod ipse de se ad Parmenionẽ sic scripsit: *Ego non solùm non vidisse inuenitur Darij vxorem, aut videre cogitasse; sed nec verba facientes de eius forma audire sustinuisse.* Ad Hephæstionem dicebat: *An non iniquissimum esset, vt qui in aliorum incontinentiam animaduertere velimus, ipsi incontinentiæ seruire ab aliis deprehendamur?* Max. ser. 3. *Gell. lib. 6. cap. 8.*

4. Cùm

4. Cùm *Bias* Prienenſium Philoſophus, Pr
ceps, & Dux victoriam retuliſſet de Mantin
& peracto prælio, multę ad ipſum adductæ ſ
virgines captiuæ, quas (pro more) venderet, p
tiumque ad vſum ſuum conuerteret, contine
ſuæ memor, non modò illas neque violauit, n
vendidit; ſed libertate etiam veſtimentiſque
nauit, omneſq; immunes iniuriæ in patriam
gulas ſuam remiſit.

5. De caſtitate *Valentiniani Iunioris* Imp. vi
gnum 8. & Triumphum Virt.

6. *Zenobia* Palmyreorum Regina, ſi ſe gr
dam factam ſentiret, vſque ad partum aſpe
batur quod coniugibus mariti debent: ita
dulcem venerem, ſed dulces natos duntaxat
rebat, memorabili exemplo caſtitatis, etia
libera nec turpi voluptate. Ducta hæc eſt in
umpho ab Aureliano, & ampliſſimas eius la
perſequitur Vopiſcus.

7. *S. Elzearius Comes*, qui apud Carolum
cilię & Hieroſolymę Regem gratioſiſſimus
plurimos annos cum nobiliſſima coniuge
phina vitam exegit virtutibus & miraculis
ram, cum vtriuſque perpetua continentia,
Sur. Tom. 5. Magnæ autem eſt continentiæ ho
contingere, quod prohibitum non eſt, ait S. A
broſius.

8. *Eduardus Rex Angliæ* cum ſua coniuge,
ſperis dubijſque ſocia ad extremam ſenect
in virginitate vixit. *Sur. Tom.* 1.

9. *Henricus* I. Imp. cum Cunegunda vxore
ctiſſima & Imperium & virginitatem ad fi
vitæ ſeruauit. *Crantz. lib.* 3. *Sax. c.* 32.

10. *Emericus*, filius S. Stephani Regis Hun

riæ, adoleſcentulus amore integritatis captus, hanc ſibi in perpetuum deſpondit, deinde cùm defectura eſſet illuſtriſſima familia, niſi per ipſum propagaretur, coactus vxorem ducere, poſt illud matrimonium ita caſtè cum ſua conſorte virgine vitam egit, vt vterque cœli, non terræ incolæ viderentur: ideoque effecit Deus, vt per vniuerſum Orbem & ſanctitatis fama, & multorum magnorumque miraculorum gloria floreret. *Sur. Tom. 5.*

31. *Godefridus*, olim Hieroſolymę & Syriæ Rex, tantam ſua fortitudine fecit admirationem Turcis, vt eorum Imperator, miſſis legatis cum muneribus, rogaret, vnde illi tantum robur manuũ, vt nullus ipſi in congreſſu par eſſet? Cui Godefridus: *Quia*, inquit, *hæ manus impudicam fœminam non tangunt, nec vnquam incontinentiæ ſordibus aſperguntur.* Contra Samſon in ſinu Dalilæ & capillos, & robur amiſit.

32. *Balduinus* ex Flandriæ Comite Byzãtij Imp. annos 32. natus, in illo ipſo ætatis æſtu, quamdiu à coniuge aberat, ne libidinoſa quidem aſpectu (impudicis oculis) mulierem intuebatur. Vacabat diuinis laudibus, neceſſitatibus afflictos ſubleuabat, ſuæ ſententiæ aduerſantes æquo animo audiebat, & bis, qualibet ſeptimana, ſub veſperã proclamari iubebat, ne quis in ſuo Palatio dormiret, qui alienam mulierem attigiſſet. *Gregoras Nicetas hoſtis eius.* *Vide ſign. 3.*

33. *Primi Gallorum Reges*, quò Regiam ſuam ab omni impuritate integram ſeruarent, Præfectum quendam Palatij conſtituerunt, cui id muneris erat, ſub veſperam, face accenſa, perſcrutari omnes aulæ angulos, & ocyus exigere, ſi quos quaſ-

ue me-

ue meretricium vel lenocinium facientes de
hendisset.

14. Imp. Basilius scribit ad filium: *Nisi ipse pu
citiam seruaueris, qua fronte eos, qui tua dom
tioni subiecti sunt, ad eam seruandam cohorta
ris? Nam quæ facientem te viderint, eadem qu
permitti sibi facere, interpretabuntur. Solent e
ad exemplum Principis mutari subiecti.*

15. Ammianus *lib.* 30. ait de *Valentiniano*. O
*pudicitiæ cultu domi castus & foris, nullo cen
conscientiæ violatus obscœnæ, hancq; ob causs
quam retinaculus frenârat petulantiã aulaq
quod custodire facile potuit.* Rectè: nã Magistr
est, alta & seria cogitare: at libido in sordidi
gitationibus & cœno suo hæret, nec animi so
sed & corporis robur minuit. Proinde iure I
cles, cùm, Athenienſibus Prætor, collegâ So
clem Poetam haberet, atq; is in communi e
fortè districtus, prætereuntem egregium p
intentius intuitus esset, impensiusque lauc
grauissima ista voce corripuit: *Oportet, ô So
cles, Prætorem non solùm manus à lucro, sed &
los à libidine habere puros.*

Lipſ. in Exemp. Polit. 16. *Consaluum Magnum* traditur nullam m
narum, aut virginũ temerasse, imò & oblata
offerẽtes se comiter reiecisse: atq; adeò cùm
ter quidã, vir nobilis, sed pauper duas filias s
& lepidas ipse ad eũ perduxisset, ratus hac
ad opes posse venire, admisit quidem, sed c
facti cognita, vt suas filias, dote data, nobi
viris elocauit, à se tam integras, quàm à pare

17. *Maximilianum I. Austriũ* nemo vir an
mina nudũ vidit, aut retectũ. Subducebat se
tim cùm naturæ purgationes vocarent; ad
iturus, nec cubicularium quidem ad exuend

deponẽdum, collocandumq; se admittebat, adeò vt nulla virgo magis teneri pudoris fuisse videatur. Quid, quòd testamento cauit, caligas ac fœminalia mortuo sibi induci, vt & tunc cura pudoris esset, cùm iam non esset.

18. Cùm Carthago noua *à Scipione Romano* capta esset, præter aliam affluentiam rerum, pueri virgines q; nobiles ibi sunt reperti, & inter eos vna, quæ ad Scipionem deducta, oculos, quaqua ibat, omniũ in se splendore formæ vertebat. Donum dabatur immeni Imperatori, vt putabãt, gratissimum; sed ille, oculis libatã modò, abnuit, &: *acciperem*, inquit, *fruererq;, si priuatus, & non cũ imperio essem. Nunc Resp. occupatũ hunc animum tenet, accipio tamen quasi depositũ, reddendum cui ratio & humanitas suadebunt.* Simulq; virginem percontari de patria, parentibus, & sorte cœpit, agnouitq; principe loco natã, & principi itẽ suæ gẽtis adolescẽti (cui Luceio nomen) desponsam esse. Igitur parentes & hũc aduocat, cumq; venissent, statuta apud se virgine, sponsũ ex ijs priorẽ alloquitur: *Ego vt hac virgo ad me deducta à militibus nostris, ac donũ data est, & formã eius libens vidi, & dotes animi corporisq; laudaui. Nec enim cæcos aut ignaros taliũ natura genuit: hac quoque pectora amor tangere potest, sed nõ nisi honestus, & quẽ tẽpora resq; meæ permittũt. Hæc igitur, etsi iurebelli mea erat, tamẽ nõ lubet inter arma hos ludos ludere, nec deceat fortasse præripere viro forti iã desponsã. Hoc enim ab ea didici, & ideo te euocaui, vt coram viderẽ, coram tibi hanc traderẽ (numina testor) castus castam. Sic pudicè cauteq; mea cura habita est, ac si apud soceros tuos parentesq; suos fuisset. Non esset me teq; dignum donum, si aliquid ex ea vis aut occulta fraus libãsset;*

inta-

intactam, inuiolatam accipe, & fruere, nec al
mercedem, quàm te volumus, id est, animum t
Scipioni & Romanis addictum. Attonito iuue
& præ gaudio vix mentis aut linguæ compo
parentes interuenerunt, gratias agentes hab
teſque, & ad pedes Scipionis ſatis grande
pondus depoſuerunt, quod pro redimenda a
lerant, rogâruntque, quoniam gratis redde
ipſe hoc munus ab ſeſe haberet. At ille benef
tiam alia cumulans, ſponſam tollere hoc aur
totum iuſſit, & ſuper dotem, quam parente
turi eſſent, hanc quoque à ſe habere. Vno hoc
cto magnam Hiſpaniæ partem ad Romanor
ad ſe traxit, certatim cupientes tali virtuti
eſſe.

Magiſtratus eſt, non propriam ſolùm tuen
ſtitatem, ſed & ſubditorum. Vnde expedit
re, ne balnea, ad ſalutem corporum conceſſa
caſionem dent impudicitiæ, & hos verſus ſæ
alijs frequenter inculcare:

Vt, cùm de ſtatua facies formoſa remota eſt
Non decus in reliquo corpore truncus h
Sic reliqui mores ſpreti ſine honore iacebun
Ni ſint ornati laude pudicitiæ.

Et illud Bacchylidis Poetæ: Vt egregius p
vultum ſpecioſum effingit: ſic pudicitia c
conſurgentem vitam exornat.

SIGNVM XXVIII.

GRAVES ET AVSTEROS CATONES, seu Censores, moribus ciuium præficere, ne in victu & vestitu modum excedant, neue cupiditatibus atque prauis artibus indulgeant.

Censores morum constituere.

ARistot. 5. Pol. c. 8. vult vt grauis censor & vigilans inspector morum in ciuitate qualibet habeatur, qui obseruet Lynceis oculis potissimum eos, qui Reip. ἀσυμφόρ.ς, inutiliter, & parum accommodatè viuunt. Nemo enim in ciuitate inutile pondus esse debet, nemo insigniter flagitiosus: cogendi igitur sunt mali ad censurã, & ad rationem vitæ. Boues sine stimulo, segnes sine flagello, mali ciues sine Censoris virgula rarissimè suum munus & officium præstant.

Moribus ciuitatem condire.

Apud Romanos eiusmodi fuerunt Censores, apud Athenienses ζητηταί, inquisitores vitæ ac morum, νομοφύλακες, legum custodes, &c. Vt enim illa medicina magis probanda est, quæ valetudinem integram conseruat, quàm quę affectam & vitiatam restituit: ita leges illæ longè præstantiores sunt, quæ mores cõtinent, quàm quæ corruptos ad sanitatem publica animaduersione conantur reuocare.

Quoniam autem boni mores plerumque corrumpuntur, luxu nimium inualescente, vel dominante, prouidi Magistratus est, in tempore prouidere, ne subditi temperantiæ metas excedant, sua profundendo. Nam sicut in corporibus ægris nihil quod nocituru est medici relin-

quunt; sic Magistratus quidquid obstat Reip. scindat necessum est. *Curt. lib. 6.*

Cura conuiuiorum.

Reuiuiscat igitur antiqua morum censura, Magistratus per Censores, reductis, aut constitutis legibus sumptuarijs, tum priu rum mensis, tum popinis atque comessation modum præscribat, ne luxus mensæ prof sumptibus exerceatur. Arceat etiam à vest superfluitatem & impensam grauē. Rectè e ait Arist. 5. Polit. *Fiunt in Rep. mutationes, cu mines sua consumunt prodigè viuentes.* Pr beat, & è Rep. tollat libidinem, & otium, m rum omnium segetem: prouideat, vt, abruptis luptatibus, plebs negotia sua habeat, quib malo publico detineatur. (*Sallust. Orat. 1. ad C* Rectè enim Romanus Scipio censebat, non cem esse Remp. *stantibus mœnibus, ruentibus ribus.* Augustin. 1. de Ciu. cap. 33. Sigillatim tem & paulatim hæc emendare potest. Neq nim quisquam nostrum subitò fingi, neque cu quam repente vita mutari, aut natura conue potest. (*Cic. pro Sulla.*) Conquerimur enim ritò in hac vltima mundi fœce cum Seneca Benef. *Nunc conuiuiorum viget furor, & fœ mum patrimoniorum exitium culina. Nunc h tur ebrietati honor, & plurimum meri cepisse tus est: nunc cultus corporis nimius, & forma præ se ferens animi deformitatem, &c.* Quo nostra ætas (vt loquar cum Philone Iudæo, *lib plant. Noë*) fert coquos, cupediarios & vngu tarios magna curiositate, nouum semper quem saporem, formam, aut odorem comm centes, in gratiam sensuum, vt Imperatorem oppugnent, intellectum.

Po

Postquam ciues grauiores fecerunt impensas, emendis bombycinis, holosericis, Phrygianis, aliisque pretiosis vestibus, immobilia vendere, & versurā facere coguntur, damno interim ad Rēp. redeunte. Expedit enim Reip. locupletes habere subditos, neue quis re sua malè vtatur. Hinc inualescēte Romæ conuiuiorū & vestimētorū luxu, Tiberius Cæsar legē tulit, ne vasa auro solida ministrādis cibis fierēt, ne vestis serica viros fœdaret. Romę etiā Cēsoria nota Equites spoliabātur equis, Senatores è Senatu eijciebātur, alij Tribu mouebātur, in cæritum tabulas referebantur. Spartæ erant Ephori inspectores vitæ ac morum; apud Carthaginenses Præfecti & Magistri vitæ.

Vtinam omnes Magistratus Galbæ Cæsaris ad suū successorē sibi dictā putarent sententiā: *Cogita quid aut nolueris sub alio Principe, aut volueris*, q. d. Si iā mutuas ciuiū cædes detestaris, si litium subnascentiū fibras exhorrescis, si populi luxum reprehēdis, magis hæc displiceāt tibi, vbi rerum summā adeptus eris. *Tacit. 1. hist.* Frustra laborant Verbi Dei Prēcones, nisi Magistrat° cēsura & seueritas accedat. *Audiuit*, ait Syr. c. 21. v. 16. *luxuriosus verbū sapiēs, & displicebit illi*, &c. & verè scripsit Sallust. in Catil. *Verba virtutē nō addere*, ideo *nefas esse est*, ait Greg. de Cura Past. p. 2. c. 6. *vt Reges à subditis timeantur, vt humana saltem formidine peccare metuant, qui diuina iudicia non reformidant.*

Pœnis vitia auerruncanda.

Est autem hæc morū emendatio sensim & gradatim suscipienda, nec de repente, & velut facto agmine in adulta vitia irruēdū est. *Nā cōstituit bonos mores ciuitati Princeps, & vitia eius cōpescit, si natiēs eorum est.* (Senec. 1. de Clem. c. 32.) Et: *Haud facile,*

Vide de Disciplina.

facile, neque ſine magno motu mutari poteſt, q
longo tempore radices egit. (Ariſt. 5. Pol.)

Hinc Plato 2. *de leg.* ſuadebat vitia politia
inueterata ad tempus tolerare, ſicut errata p
tum ſenio aut morbo delirantium. Et Pane
cus ſcriptor (Paratus) ad Theodoſium: *Vit*
corrigendis curam adieciſti, idq; moderatè, v
dere potius honeſta, quàm cogere videreru. C
vt ſemel commotum mare diu eſt, antequa
quieſcat, ita vitia temporum iniurijs tole
ferre aliquatenus neceſſe eſt.

Tiberius Cæſar, apud Tacitum 3. *Annal.* dic
quod vitijs adultis & inueteratis remediu
portunum adferat.

Cùm quandoque ob iniuriam temporum
directò (vel recta via) tolli nequeant, tenta
erit num queant ex obliquo abrogari, vt fi
gal ſuper ijs rebus imponat Princeps, quæ
bidinem & luxum prouocant. Cuiuſmodi
aurea & argentea ſupellex, odores, pigmen
numerabilia byſſinum genera, gemmæ, &
lia ſuperflua ſexcenta.

Facile etiam tollet vitia proprio exempl
quondam *imp Theodoſius* fecit, de quo Paca
Paneg. ait: *Tuæ epulæ menſis communibus p*
Vide ſig- *res locorum ac temporum fructibus inſtru*
num 62. *Hinc certatim in omnes luxuriæ pudor, par*
cultus inoleuit, & quieſcentibus legum minis
quandoque priuati ſui pœnitentia. Sic en
ſic eſt., exaſperat homines imperata con
blandiſsimè iubetur exemplo.

Cicero 8. ad Att. epiſt. 1. ait: *Vt gubernato*
Jus ſecundus, medico ſalus, imperatori victo

Reip. moderatori beata ciuium vita proposita est, vt opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. Zeno dicebat, decorandas esse vrbes, non tam pretiosis ornamentis, quàm inhabitantium virtutibus. *Stob. ser. 41.*

Xenophon, inquit, *in memor. Socr. lib. 3.* Hoc fine eligitur Princeps, non vt se molliter curet, sed vt per ipsum ij, qui elegerunt bene beateq; agãt. *Cyrus* Rex Pers. boni pastoris & boni Principis officia similia esse dicebat. Vt enim boni pastoris est, bene pascere; sic ad bonum Principẽ spectat, vt diligẽter gubernet ciues sibi à Deo commissos, omniaq; legibus prohibeat, quæ in Reip. pernitiem vergere videntur.

SIGNVM XXIX.

CENSVRAS ECCLESIASTICAS admodum reuereri, & ob separationem à diuinis officijs vehementer contristari.

Censuras Eccles. reuereri.

1. CVM *Philippus Imp.* ingredi vellet Ecclesiã, summus Pontifex Fabianus coram omnibus ipsi præcepit, ne Ecclesiam ingrederetur, quousque perfecisset publicam pœnitentiam pro quibusdam grauibus suis peccatis. Cui præcepto statim Imp. maxima cum humilitate morem gerens, tamdiu abstinuit ab Ecclesiæ ingressu, donec inter eos, qui peccatorum vinculis adhuc tenebantur astricti, locumq́ue pœnitentiam agentiũ agentibus præstitutum occupabant, se sua sponte collocauisset, & publicam pœnitentiam sibi in-

Euseb. lib. 6. cap 27. Niceph. lib. 5. 25.

Imp. alacri animo & lubenti Episcopo morem gerit.

iunctã expleuiſſet, indutus ſacco, & capite aſp
ſo cinere, &c. Vide *Thema Orat. de* Pœnit.

2. Quàm ſeueram *Theodoſius Imp.* metuens c
ſuram Eccleſiæ, egerit pœnitentiam, prolix
incipit referre Theodoret. *lib.* 5. *cap.* 17. C
Theſſalonicæ ſeditio concitata eſſet, Magiſtr
aliquot obruti lapidibus fuêre, & grauibus c
tumelijs vexati. Quibus rebus nuntiatis, Imp
tor bile accenſus, flammam neutiquam repr
iracundiæ, neq; freno rationis eius impetũ c
buit &c. Lector pulcherrimã & prolixã hiſt
petat ex Theodoreto, vel ex Tõ. 4. Baronij, A
Chriſti 390. & mirabitur pœnitentiã Theod
& eiuſdem dolorem ob Excommunicatione

Vide Paulinum in vita S. Ambroſ.

Vide Baron. Tom. 5. Ann. Chriſti 425.

3. Vir quidam, ait idem Theodoretus, *lib.* 5. c
vitam excolens Monaſticam, animo paulo a
ciore præditus, ad Imp. (*Theodoſium Iuniorem*
cuiuſdam petendæ gratia accedit. Quod cùm
pius feciſſet, Imperatori Eccleſiaſtica interd
cõmunione, vinculoq; Eccleſiæ ei iniecto, d
dit. Imperator autẽ fide cum primis excellet
Palatiũ veniens, cùm tempus inſtaret conui
omnes cõuiuæ adeſſent, dixit ſe nõ prius ca
rum cibũ, quàm Eccleſiæ vinculo ſolueretur. I
inde vnũ ex familiariſſimis ad Epiſcopũ mi
vt poteſtatem faciat ei, qui ipſum ligauerat, v
culo ſoluendi. Cùm autẽ Epiſcopus reſpondi
nõ debere cuiuſquã vinculum admittere, ſig
caſſetq; eũ ſolutum eſſe: nõ tamen ſolutione
cõtentus fuit, donec ille, qui eũ ligauerat, ma
cũ labore cõquiſitus, cõmunioni illũ reſtitui

Nota magnam animi demiſſionẽ cum religione coniunctam.

Vide de humilitate.

Huiuſmodi erat Imperatoris erga leges diui
fides. Hæc Theod. & Niceph. *lib.* 14. *c.* 4. & alij
Iud fortaſſe ex inſtitutione S. Soteris Theodo
mu

mente versans de seruis Dei dictum: *Qui benedixerit tibi, & ipse benedictus erit: & qui maledixerit, erit maledictus.* Num. 24. v. 9. Hanc ob caussam absque armis immanissimos fortissimosq; barbaros debellauit, & (sicut Debora cecinit Iud. 5.) *de cælo dimicatum est contra eos.* Contra sępe cõtigit videre Christianos Principes parui facientes censuras Ecclesiæ, & Ecclesiastica iura calcãtes, robustissimos licet pararint exercitus, atque classibus mare replerint, aduersante illis Deo, omnium iacturam fecisse, non hostibus solùm pugnantibus, sed ipsis etiã elemẽtis in vltionẽ violatæ religionis exurgentibus & sacrarũ legũ cõtẽptũ, ac Dei ministrorũ oppressionẽ vlciscẽtib⁹.

4. Cùm *Henricus II. Rex Angliæ* iussisset occidi D. Thomam Archiep. Cantuariensem, vt satisfaceret Deo & hominibus, nudis pedibus incedebat ab Ecclesia S. Dustani vsq; ad Ecclesiã maiorem, in qua sepultum erat corpus S. Thomæ. At perueniens ad ianuas Ecclesiæ prostrauit se, & orauit, & ingrediendo Ecclesiam quamplurimas effudit lacrymas, & confitendo peccata sua coram Archiepiscopo, maximo cũ tremore & reuerentia adhæsit eiusdem sancti sepulchro, innumeras effundens lacrymas, & cùm scapulas nudãsset, fuit cæsus non solùm à quinque Episcopis circumstantibus, verùm etiam ab octuaginta monachis, &c.

5. Cùm *Arcadius Imp.* cum Eudoxia vxore ab Innocentio I. excommunicatus esset, confugit ad saluberrima pœnitentiæ arma, & vsque adeò demisse ad Pontificem scripsit, vt meruerit absolutionem. *Vide Signum 35. & in Theatro historico pœnas contemnentium excommunicationem.* *Vide de pœnit.*

SIGNVM XXX.

Choreas detestari.

CHOREAS, ET SALTATIONES execrari.

1. ÆNeas Syluius author est, *Fridericum Rom.* Imp. dicere solitum: Malle se fe teneri, quàm saltationi operam dare. *lib. 1. Alph.*

2. *Albertus* Imp. Ladislai pater, dicere soleb eodem ÆNea Syluio (*lib. 4. Comm. in res ge Alphonsi*) referente: Venationem esse exercit onem virilem, saltationem autem muliebrem

3. *Alphonsus Aragonum & Siciliæ Rex*, Ga potissimum leues esse dicebat, qui quò magi tate prouecti essent, eò magis saltatione & m nia sese oblectarent. Idem fortè mulierem i pudentius saltitantem conspicatus: *Exspecta* inquit, *mox Sibylla edet oraculum*, sentiens sal tionem insaniæ genus esse. Sibylla enim va non edebat oraculum, nisi furore correpta. *norm. lib. 1, & 2. de Alphons.*

4. *Domitianus* Imp. Cælium Ruffinum Sena mouit, quòd saltasse diceretur. *Xiphil.*

5. Gabinio viro Consulari *Cicero* saltandi dium vt probrum obiectauit.

6. *Tiberius* Imp. Roma saltatores expulit, tuitque ne eam artem vspiam exercerent. *son. lib. 3. Dion. Nicæus in Tib.*

7. *Moyses* Exod. 34. aspiciens canentes & sal tes Iudæos, Tabulas digito Dei exaratas confr git. Rectè: nam S. Chrysost. ait: *Vbi est salta*

ibi est diabolus: & alius ex SS. Patribus: Tripudiũ, seu chorea, est circulus, cuius centrum est diabolus, qui in medio chorizantium est, ignem concupiscentiæ inflammans. Et S. Augustinus: Omnis motus & saltus petulantiæ, est saltus in profundum cloacæ. Philosophus quidam, apud Laërt. videns quendam lasciua saltatione gestientem: *Quanto melius*, inquit, *feceris, hoc deterius facies.* Vt & Mimus Publicus dicebat; *aleator quanto in arte est melior, tanto est nequior.* Cæl. Rhod. lib. 9. c. 56. Vide Theatrum hist.

SIGNVM XXXI.

IN CIVIVM ALBVM SEV NVMERUM non quosuis conferre aut recipere, sed eos dunt axat, qui Reip & ornamento & emolumento esse possunt.

Iure ciuitatis nõ quosuis donare.

SVnt in Rep. necessarij 1. *Theologi*, sacrorum, pieratis, & religionis interpretes ac antistites: Quia religionis præcipua cura in Rep. est suscipienda: (*Plato 2. de Rep.*) finis enim vitæ nostræ Primarius, & meta, ad quam collimandum, Dei cultus & honos est. (*Idem 4. de Leg.*) Reip. fundamentum ac propugnaculum Religio est. (*Idem 4. de Rep.*) Vera sapientia ac virtus est Dei cognitio; contra insciti a ac improbitas summa, Dei ignoratio. (*Idem in Theæteto.*) Fundamentum Legum & virtutum omnium Dei metus & cognitio est, (*Cic. 2. de leg. & in Orat. pro Plancio*) & fons publicæ felicitatis. Vnde illud Sybaritis Oraculum redditum:

Vide M. Iun. 44. Pol.

1. *Theologi.*

Semper eris felix, venerans gens Numina Di
Donec plus superis fueris venerata virum qu
Intima seditio tunc & tibi prælia surgent.
(Athen. lib. 12. cap. 6.)

Religio. Vide signũ 47. par. 2.

Romani non numero Hispanos, non robo Gallos, non calliditate Pœnos, non artibus Gr cos, nõ deniq; hoc ipso huius gentis ac terræ d mestico natiuoque sensu Italos ipsos ac Latin sed pietate & religione atque hac vna sapien quòd Deorum immortalium numine omnia gubernariq; perspexerunt, omnes gentes ac tiones superârũt. (*Cic. de Aruspicũ responsis.*) hæc minus illis insidiæ struuntur, qui ob pie & religionis studium Deum defensorem ha (*Arist. 2. Rhet. de Consid.*) Legimus translat & mutata, & vastata regna & imperia propt nicũ cõtemptum religionis. (*Deut. 28.*) Et hi contemptus contemptũ Magistratus parit. (*4. de Rep.*) Ingentis pœnæ loco Propheta mi tur fore, vt multi in Israël dies absq; Deo v absq; sacerdote, absq; doctore, absq; lege a (*2. Par. 15.*) Galli cõmendantur à Cæsare, quòd uentutẽ prius de his docerẽt, quæ ad religion facerent, deinde quæ prodessent ad Rẽp. capes dã. (*li. 6. Com. de Bello Gall 10.*) Laudãtur Roma qui singulis annis aliquot Principũ filios Her cis tradiderũt in disciplinã, vt sacra discerẽt a omnia, negotiorũ in Vrbe post directores fier & primas semper in deliberationibus religio tribuerunt. (*Val. lib. 1.*)

2. Iureconsulti.

2. Antistites legum, seu *Iureconsulti*. Plato qu ait, 3. *de Rep.* indiciũ esse malè constitutæ Rep multi Iureconsulti in ea inueniãtur, & Cusp Fridericũ III. Iurecõsultos mediocriter dilen refert, quòd diceret, iuris æquitatẽ ab illis inu

ri, fœdari iustitiã. Hoc tamẽ non de Iurecõsultis veris, sed fori tintinnabulis & rabulis intelligẽdũ, qui aliquot iuris formulis memoriæ mandatis, dominari in foro conãtur, cliẽtulos suos ęruscãt, & exhauriunt, dũ lites serunt & alũt, nõ tollũt. Iurecõsulti veri Iuris sacerdotes meritò appellãtur: æquũ enim ab iniquo separant, licitũ ab illicito discernũt. (1. *Dig. t.* 1.) Vnde horũ domus Cicero ciuitatis oracula vocat. Ad Iureconsultos enim olim sic veteres adibãt, vt nõ solùm de omni iure ciuili, verùm etiam de omni officio & negotio referretur. (3. *de Orat.*) Aristoteles affirmat, sine Iureconsultis ciuitatẽ rectè feliciterq; habitari nõ posse, propterea quod de cõmodis & iustis iudiciũ reddendũ sit ipsis. (3. *Pol. c.* 8.) Et certè sicut morbi corporũ medicorũ inuẽtis curantur; ita immanitas animorũ, Legũ latorum exterminatur prudẽtia. (*Demosth. Orat.* 2. *cõtra Aristogit.*) Leges sunt Rerump. vincula, (*Plato* 1. *de leg.*) fundaméta libertatis, (*Cic. pro Cluentio.*) Vitę humanę solatia, (*Cassiod. lib.* 3. *Var.*) veluti muri Magistratuum contra vulgi importunitatem. (*Leo Imp. in Proœmio Const. nouell.*) Ergo legum interpretes in Rep. sunt necessarij. Hãc ob caussã Plato, agẽs annũ 86. iuris ciuilis peritiã sibi acquisiuit. (*Val. lib.* 8. *c.* 7.) Alexãder Seuerꝰ Imp. sine Iurecõs. magnũ aliquid nõ decreuit. (*Põtã. de magnã.*)

Vide signum 98.

3. Etsi Aesculapij templũ Romæ extra Vrbẽ fuit exstructum, vt inde colligeretur, necessitate, nõ voluntate aliquid Medicinæ Romanos tribuere: * & Adrianus Imp. moriturus dixit: *Multorũ Medicorũ turba me perdidit*: * & Plato sẽtit, profligatæ & turpis educationis, prostitutæ disciplinæ in Rep. argumentũ esse, si cuiuslibet ordinis homines Medicorũ opera indigeant, nec nõ absurdum

3. *Medici.*

* *Plin. lib.* 29. *cap.* 1.

* *Dion*

esse

esse cõtendit, homines Medicorum auxilio op
habere, non vulnerum sanandorum, aut popu
rium tantùm morborum caussa, qui aëris inte
perie pro anni constitutione nascuntur; sed ill
rum morborum gratia, qui propter desidiam
dissolutum victum oriuntur. (3. *de Rep.*) Tam
scriptura (*Syr.*38.) Medicum honorare iubet p
pter necessitatem. AEgrotare enim incipim
mox vbi nascimur: (*Augustin. super Psalm.*3.) I
tota hominis vita nihil nisi morbus perpet
est. (*Serm.*74.) Et hi morbi non curantur per
nec valetudo sustentatur solùm (*Cic. de Off.*
corporis notitia, & obseruatione eorum, q
aut prodesse, aut obesse solent, & continenta
victu atque cultu corporis, & prætermitten
voluptatibus; verùm etiam arte eorum, quor
ad scientiam hęc pertinent. Hanc ob caussiam,
rem familiarem administrant, & præsunt R
Magistratus, curare suorum valetudinem iube
tur: (*Arist.*1. *Pol.c.*10.) sed ita, vt non quosuis,
dicos in vrbe admittant, sed solùm ante explor
tos, & probatos. (*Plato*3. *de Rep.*) Laudatur Iul
Cæsar, quòd eos, qui veram Romæ medicin
profitebantur, ciuitate donauit. (*Suet.*) Comm
dantur & Græci, quòd Hippocrati eosdem, q
Herculi honores decreuerunt, quòd pestem v
nientem prædixisset, & discipulos ad auxili
dum circa vrbes misisset (*Plin. lib.*7. *cap.*37.) S
crates discipulos suos monuit, vt valetudini, a
te omnia curam haberent, ac partim à peri
quæ possent discerent, partim per omnem vit
ipsi obseruarent, quinam cibus, qui potus, qui
bor ipsis conduceret, & quo pacto his vsi, qua
optima valetudine vterẽtur. (*Xenop. memor.l.*

Vide signũ 26. par. 2.

Vide de liberalitate & de doctorum honore.

4. Qua

4. Quamuis Socrates eos, qui in Philosophiæ studijs longo sunt tempore versati, affirmat ridiculos esse, vbi ad forum venerint: (*Plato in Theæteto*) & Plato (*6. de Rep.*) dicat, re ipsa deprehēdi eos, qui ad Philosophiam animum appulerunt, & diutius in hoc studio versati sunt, moribus peregrinis & importunis præditos esse, aut reddi inutiles ad Remp. capessendam: tamen & ipse Plato affirmat, nō prius finem futurum malorum in Rebusp. quàm Philosophi (veri) in illis summam rerum obtineant: (*Ibid.*) vel qui Reges sunt & optimates germana quadam ratione philosophentur. (*5. de Rep.*) Adhæc, qui verè philosophantur, sua sponte agunt, quæ cæteri legum metu faciunt: (*Plut. de amore virt.*) neque quicquam Philosophia est aliud, quàm vitæ lex, (*Senec. epist. 95.*) & gubernaculum per ancipitia fluctuantium dirigens cursum, mouens, vt casum quisque aduersum commodè ferat, (*epist. 16.*) & extrahens vitia radicitus (*Cic. 2. Tusc.*) Digni ergo Politia & vrbe sunt verè Philosophi. *4. Philosophi.* *Vide signum 52.*

5. Etsi Oratores iniqui iudicia corrumpere videntur, & plus his nocent, quàm qui largitionibus vtuntur, quòd pecunia corrumpere prudentem nemo potest, dicendo potest, (*Ammianus Marcell. lib. 30.*) & oratio, quò magis ad splendorem & ornatum accedit, eò à veritate recedit longius: (*Plato in Axiocho.*) tamen Oratoribus in Rep. locus concedendus est. Nam omnium rerum, & quidem præstantissimarum, ea est conditio, vt ijs perperam homines vtantur. (*Arist. 1. Rhet. c. 1. Quintil. de 2. c. 17. Cic. 1. de Inuent.*) Nec sunt Oratores habendi, quorum Orationes verborum solum splendorem habent, & ornatum, *5. Oratores.*

senten-

sententijs prudentibus carent. Amandi & cole
di sunt Oratores: quia nullæ Principum opes
legiones plus valent, quàm admirabilis dice
vis & facultas eius, qui populorũ animos lang
entes erigere, & ab bellũ inflammare, & ad v
armatos exarmare, ad virtutẽ cohortari, & à
tijs acriter reuocare, ad mores hominũ oratio
accommodare, à beneuolentia ad odium, ab
dio ad beneuolẽtiã deducere potest. Est ea sce
ratis exitio, innocentibus præsidio, improbis
rori, probis ornamento. Et est necessarius
Oratorum in veritate ac iustitia defendenda,
in ferendo auxilio supplicibus, in excitandis
flictis: *b* neque alia ratione regi multitudo
test, nisi orationis præsidium adhibeatur. (Pl
præceptis Reip. gerendæ.) Quemadmodum e
serpentes verborũ quibusdã illecebris capiũ
ita hominũ ferocissimorũ barbaries atq; fer
eloquentiæ dulcedine ac suauitate mitescit.
seditiones tũ in castris, tũ in ciuitatibus sint
bræ & sũmè perniciosæ, cõpesci nulla alia ra
ne istæ possũt, quàm si Oratores adsint, qui sa
ter dicendo, eas compescunt & sedant. Idẽ fa
quod Medici, qui morbos ac vulnera periculo
putredine conseruant. (*Arist. 5. Pol. c. 5.*) Præte
est legatorũ nomẽ apud omnes nationes sanc
(*Cæsar 3. de Bell. Gall. Tuc. lib. 3.*) sunt legati oc
ac aures regnorũ. At hi suã authoritatẽ nõ tu
tur, nisi eloquẽtes & Oratores boni extiterint
portet enim tales lingua esse instructos ab o
parte, vt quouis disputationũ genere possint p
mã obtinere, nec aliena lingua vti cogãtur. * R
fert *in Pyrrho* Plutarch⁹, quòd Pyrrhus ipse fa
fuerit, plures à Cynea Oratore ac legato suo
ratione vrbes, quàm à se armis expugnatas es

a *Arist. 1. Rhet. c. 1.*
b *Cic. 1. de Orat.*
Vide locum 61. de eloq.

* *Gregoras 6. Hist. Vide signum 19.*

6. Si Historia est thesaurus ad omnẽ posteritatem, non ludicrũ quiddã, quo, ad præsens tantùm tempus, aures demulceãtur, (*Thucyd. lib.* 1.) testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis, (*Cic.* 2. *de Orat.*) vtilissima certè est. Si Historici mores, actiones, vitamq; nostrã totã rectè conformant & instituũt, ficq; plurimũ futuro Politico prosunt, in honore habẽdi sunt. Ostẽdunt Historici legẽtibus, præteritorum exẽplis, quid expetendũ, aut fugiendũ nobis sit: doctrina autẽ hæc ex aliorũ tum secundis tũ aduersis rebus percepta, doctrinã habet extra periculũ constitutã, (διδασκαλίαν, ἄπειρον.) *Diod. Sic. lib.* 1. Adhæc exẽpla cùm proponuntur ad æmulationẽ, ingenia verè liberalia excitantur. Sic Achillis exemplũ curréti calcar Alexãdro addidit, Cæsarẽ ad virtutẽ militarẽ impulit Alexander, Carolũ V. ad gloriã tantã impulit æmulatio Ludouici XI. Galliarũ Regis, cuius historia, à Comineo descripta, ipsi charissima fuit. Quin & Historici non tantùm res præclarè gestas ab oblitione vindicant, verùm etiã conseruant laudẽ & gloriã clarorũ virorũ, imò integrarũ nationum: Omnes enim omniũ virtutes tantæ sunt, quantas videri eas voluerunt, qui aliorũ facta descripsérũt. (*Vopisc. in Præmio.*) Præterea ex Historia accuratè scripta hæc duo eueniũt, vt viri fortes, qui fatũ suũ impleuerint, gloriam immortalẽ consequantur, & à posteris laudentur: deinde, vt horũ progenies non otio se turpi dedat, sed labores honestos suscipiat. (*Diõ. Halic. li.* 19.) Deniq; quomodo de Dei tũ essentia, tũ voluntate certi essemus, eiusdẽ exequeremur mandata, nisi historiæ & litteræ sacræ essẽt? vbi esset cognitio eorũ, quæ Ecclesia post sub viris sãctis gesta sũt, nisi essẽt

6. *Historici. Vide signum* 76.

Epi-

Epiphanius, Orig. Euseb. Paulus Diac. Nice
Euagr. Scholasticus, Socrat. Sozom. Theod
Cassiodorus? Quàm turpi oblivione sepultæ
iacerent res Germanorum, nisi essent Cora
citus, Alb. Crantzius, B. Rhenanus &c. Et G
lorum, nisi &c.

7. Poëta. 7. Etsi Plato Poëtas sua è Rep. exterminat maximè hoc nomine, quòd moribus noceant frena ad omnis generis vitia laxent, venen melle conditum pueris instillent, in homin animos admodum molliter influant, fabulis namentis, pigmentis verborum & figuris: (10. *& 10. de Rep.*) & Philippus Imp. statuit, ne munitate Poëtæ donarentur, vt alij: (10. Cod. *de Prof.*) veri tamen Poëtis locus in bene stituta Rep. relinquendus est. Sunt enim I longè antiquiores Historicis & Oratoribus *neca de vitre tranq. lib. 1.*) & Rep. digni quia res gestas clarorum & illustrium viro celebrant, (*Plato 2. de Rep.*) vt rectè à Poëta cretio sit dictum:

Carmine fit viuax virtus, expersq; sepul

Et à Lucano:

O sacer, & magnus Vatum labor, omnia f
Eripis, & donas populis mortalibus æuum.

Achilles felix ab Alexandro Magno iudi fuit, quòd Homerum virtutum suarum pr nem nactus esset. (*Plut. in Alexand.*) Adhæ liores reddunt homines, (*Aristoph. in ranis.*) niuersæ vitæ conformandæ rationem mo (*Senec. lib. 1. epist. 5.*) Excitant præterea, & mant homines ad res præclaras capessend Spartanos legimus in fugam iam conuerlos, stitutos fuisse carminibus Histræi. (*Paus*

Messenicis.) Huc accedit, quòd artes plurimæ à Poëtis sunt traditæ: Physica, à Lucretio; Mathematica, ab Arato; Ethica, à Pythagora, Theognide, Hesiodo, Phocylide; Historia, ab Homero, Virgilio, Lucano, & alijs. Postremò, mira voluptate afficiunt & oblectant. Qua de caussa custodibus Rerump. ipsorum lectio etiam à Platone permissa est, vt reficiant ac recreent animos defatigatos, ac paratiores reddant ad Reip. munera obeunda. (*de Rep.*) Itaque mirum non est Regibus ac Principibus charos semper Poëtas extitisse. *Crasus Lydorum Rex Pindarum* tanto est amore prosecutus, vt eum auferre iuberet auri quantũ posset aut vellet: * huius familiæ Alexãder pepercit Thebis iam occupatis. (*AEliã. li.*13.) *Virgilius* adeò acceptus *Augusto* fuit, vt eius diem natalem singulis annis celebraret. (*Plin. lib.*7. *ca.* 30.) *Vespasianus* primus ex fisco salaria Poëtis cõstituit. (*Suet.*) *Martialis* iocos vnicè *AElius Verus Imp.* amauit. (*Crinitus de Poëtis.*) *Carolus Magnus* versus res gestas Rom. continentes magni fecit, decantari etiam iussit. (*AElian. lib.*4.)

Vide de liberal.

* *Zos. de varia hist.*

8. Etsi Milites mali ciuitatum mala exoptant, & bellum multorum sit homicidium ac latrociniũ: tamen Reip. necessarij sunt Milites. Romæ nulli ciuium licuit vllum Magistratum Vrbanum gerere, qui decem annos non militâsset. (*Liu. lib.*10. *dec.*4.) Quò fuerint loco numeroque habiti, qui Martia iura tractant, & castra sequuntur, eorum tituli satis testantur. *Duces* enim à ducendo nomen habent, quòd illorum sit ducere exercitum: *Comites*, qui Reges & Principes comitantur: *Marchiones*, qui ad Marcham custodiendam sunt constituti, id est, tractus limitaneos: *Baro-*

8. Milites.

nes, ἀπὸ τοῦ βαρείν, quòd veteres bene
rios dignitate antecellere debent: (*Cæl. Rhod.*
8. *cap.* 30. *Crantz. lib.* 3. *hist.*) habent nomen
biles, quòd illorum maximè in bello esse
virtus debeat; & apud Germanos ab Aqui
cuntur: Aquilæ verò Insignia sunt Roman
perij: *Milites* nuncupari videntur à mollit
ἀντίφρασιν, quòd minimè sint molles
duram vitam agant: vel à malo, quòd suo pe
lo mala & incommoda auertant. Vnde Phil
Comicus, non homines esse milites, sed qu
ctimas singulis penè momentis duci velut
crificium, affirmat. Sunt præterea militibus
stituta insignia præmia, laudationes, & gra
actiones pro concione factæ. (*Tac.* 2. *Annal.*
etiam Orationes habitæ in celebrationem
qui in bello occubuerant, maximè Atheni
quotannis in festis Februarij. & publico f
fuerunt laudibus celebrati, qui in bello pro
cecidissent, vt inde quisq; disceret patriam
re, & commoda publica priuatæ saluti ante
re. (*Plato in Menex.*)

Vide locum de præmijs, & signũ 19.

Alexander Seuerus magis se milites se
velle dixit, quàm seipsum, eò quòd salus
publica posita esset. (*Lamprid.*)

Romulus voluit vt altera pars populi co
altera armis Remp. defenderet: (*Macrob. lib.*
12.) & naturæ lege sapientia & potentia ex
in idem tendunt, semperque ista duo con
in Rep. requiruntur. (*Plato epist.* 6.) Et tam
taris res legibus in tuto est collocata, quàm
leges armorum seruatæ præsidio sunt. (*Pla*
7.) Milites tam sunt necessarij, quàm denarij
lib. 53.) Romani quoque nulla re alia Orbem

rarum subegisse videntur, nisi exercitio armorum & disciplina castrorum (*Veg. lib. 1. cap. 1.*)

9. Syr. *c. 26. v. 28.* dicit: *Difficile exuitur negotians à negligentia*, seu deceptione: *& non iustificabitur caupo à peccatis labiorum.* Et commendatur ciuitas stadijs 80. à mari remota: minus probatur situs maritimus, eò quòd faciat, vt commerciorum copia ac licentia bonis moribus noceat, ciues diffluant delicijs, quæ importantur. (*Plato 4. de leg.*) Et Phœnices arguuntur à Cicerone, qui primi mercatores Græciam impleuerunt auaritia & inexplebili cupiditate. (*Nonnius ex 3. Cic. de Rep.*) Et Germani olim sunt laudati, quòd vinum ad se importari non paterentur, eò quòd arbitrarentur ea re ad labores perferēdos emolescere homines, & effœminari. (*Auentinus lib. 1. Annal. Boiorum.*) Adhæc mercatores vituperantur, quòd in protrudendis mercibus admodum mentiantur; quòd merces inuehant damnosas, quæ faciunt ad luxum, ad pompam, ad fucum, ad mollitiem, ad voluptatem; quòd immensa pecunia quotannis prouincias & regna spoliant, & quòd bonos mores vitijs peregrinis introductis corrumpant. Ob hos tamen abusus mercatores è Rep. non sunt exturbandi, sed abusus ipsi abrogandi. *Deus* ipse stateram iustam, æqua pondera, modium iustum, sextarium æquum (quæ negotiationibus inseruiunt) requirit. (Deut. 25. v. 13. Leu. 19. v. 35.) Prohibet idem, ne circumueniamus fratrem in negotio. (1. Thes. 4. v. 6.) *Cicero* 1. de Off. commendat mercaturam magnam & copiosam, multa vndique apportantem. *Alex. Seuerus* negotiatoribus immunitates maximas concessit. (*Lampr.*) Quia non omni in terra (terrarum pla-

Mercatores sunt defectuum in ciuitate medici.

Væ iis, qui Plutum, diuitiarum Deum, adorant, & venerantur.

Vide 1. Cor. 6. v. 9. Amos 8. v. 6. Isaiæ 1. v. 12.

ga)omnia abundant,ideoque Reip. multa de
vtilia & necessaria, mercatores necessari
vt quæ præsto non sunt, ex ijs nationibus
tur,in quibus abundant, (copiosius fluunt,
per mare, per terram, per ignem ad Inde
lant,naues onerant, per Syrtes redeunt, n
vitæ ac fortunarum discrimen fugiunt,mo
rum deficientium fœcunditate & copia s
uitates beent. (*Arist.6.Pol.c.4.*) Sunt merc
quasi pedes in corpore humano, qui reliq
cessaria transferunt. (*Greg.Tolos.4.de Rep.*
Poterat Deus vnicuique regioni omnes
dare,verùm si vna alterius fructu non indi
communionem cum altera non haberet. I
munionem verò hanc coniunguntur re
quæ aliâs longè diuisæ sunt. (*Gregor. Hom.*
Ezech.)

Adhęc multæ vrbes emporijs atque mer
nijs celebres factæ sunt. Corinthus, &c. la
tur in sacris literis Tyrus & Sidon propter
catores suos.

10. *Opifices.* 10. Romæ Numæ instituto non licebat ci
opificia tractare, seruis illa committeban
quid moliri in Rem p. possent. (*Plut.*) Syra
tamè rectè ait c.38.v.34.*Omnes hi,* (faber, fa
Exod.25. de Beselaêle. &c.) *in manibus suis sperauerunt, & vnusq*
in arte sua sapiens est, sine his omnibus non
catur ciuitas. Et multum ad commendatio
Opificum facit, quòd non pauci Reges &
Vide de Præmijs. cipes sunt inuenti,qui vel exercitij caussa,v
letudinis ergò, vel etiam propter vtilita
necessitatem opificia tractârunt. *Demetri*
Asiæ in machinis bellicis conficiendis fuit c
lens. (Plut.) *Nero* in pingendo satis felix.

Albertus IV. Dux Austriæ in dolando, tornando, & architectura se exercuit. (Cuspin.) *Gambrinus* Tuiſconum Rex primus decoquere cereuiſiam docuit. (*Gaſſur. in Epit. Chronici.*) Lex fuit inſignis apud Athenienſes, vt iuuenes, poſtquam ad pubertatem veniſſent, artibus adhiberentur, proponerentur publicè variarum artium inſtrumenta, vt adducti adoleſcentes in ea arte inſtituerentur, cuius inſtrumentis maximè delectarentur. (*Greg. Naz. epiſt. ad Eudoxum* 160.) Sine Opificibus onera & commoda publica promoueri non poſſunt. (Ariſt. 1. Pol. cap. 5.) Vt Solon in Athenienſi Rep. ciues ſuos ab otio ad artificia traduceret, legem tulit, ne filius patrem alere cogeretur, qui artem aliquam eum non docuiſſet.

II. De Agricolis conſule locum de agricultura.

SIGNVM XXXII.

CLEMENTIA OMNIBVS SVBditis antecellere.

Clemẽtiam diuinam imitari.

ETSI *Nero* ſæuiſſimæ eſſet naturæ, eam tamen ſub initia Imperij, vſus Seneca præceptore, probè diſſimulauit, & clementiæ famam maximè tum affectauit. Siquidem cùm in principio ſui Imperij ei allata eſſet obſignanda (vt ex more ſubſcriberet) capitalis ſententia in ſontes duos latrones) à Senatu lata, bis terue recuſaſſe dicitur, tandem victum, vt miſericordiam ſimularet, & Principis clementis famam ſibi ædifica-

ret, gemebundum optasse se nunquam scribe
didicisse, (vt subscribendæ sententiæ onere l
raretur:)adeò cuiusuis nocentissimi homini
gibus condemnati, supplicium exhorrebe
Seneca 2. *de Clem.* ait, ipsum exclamasse: Q
vellem nescire litteras. Baron. Anno Christi 5
ignorabat clementiam primam esse(vt ait Vo
cus)Imperatorum dotem,seu,vt Seneca loqu
1. *de Clem.* Clementiam non tantùm honestio
sed & tutiores præstare, ornamentumque I
rio: um esse, simul & certissimam salutem.

2. *Sabacus*, AEthiopum & AEgyptiorum
adeò sanguinis animaduersionem exhorru
capitis reos damnatosque vinctos cathenis
ras ciuitatibus præstare iuberet, ne scilicet
rimerentur. *Herod. lib.3 & Diod. Sic.*

3. Apud *Persas* ob vnum solum delictum
cius aliquem punire non conceditur, sed l
expendunt prius,an plura, & maiora sint fa
quàm benefacta. *Herod. lib.1.*

4. *Athenienses* sontes,si culpam ingenuè
nam,quam merebantur,confessi fuissent, i
nitate donabant. *Alex. lib.3.c.5.*

5. *Hannibalis* ducis Carthag. primum stu
in eo fuit,vt famam clementiæ in principio
colligeret. (*Liu. lib. 2.*) Maximè enim initio
perij, si vnquam aliàs, fabricanda est clem
ara. Nouum imperium inchoantibus, ait Ta
Hist. vtilis est clementiæ fama.

6. *Liuia* Augusti coniunx, *apud Dionem* li
ait:Ego ita iudico,plus clementiam, quàm
tiam proficere. Nam misericordes non ip
quibus delicti gratia facta est, charos haben
gratiam referre studeant; sed reliqui etiam

aes reuerentur ac colunt; ita vt nemo eos deinde lædere ausit. At qui ira inexorabili vtuntur, non modò eos odio habent ij, qui metuunt sibi; sed cæteri quoque infensi, insidijs structis, suam perniciem euitare statuunt. Videtisne vt medici rarissimè sectiones & ignes adhibeant, ne ipsa videlicet vitia corporis magis exasperent? Pleraque etiam lenibus corporis exercitijs & mitibus medicamentis molliunt ac sanant. Sermo lenis ad aliquem habitus omnem fremitum laxat: contra asper remissum etiam ad iram concitat, venia data ferocem etiam quemque placat. Supplicium vel mitissimos animos exasperat: violentæ enim actiones, vt sint omnino iustissimæ, irritant; mansuetæ placant: ideoque facilius persuadendo quispiam, quàm cogendo, eò adducitur, vt vel grauissima subeat. Quod adeò est natura comparatum, vt brutorum quoque animantium multa, robustissima alioquin & ferissima (ferociss.) blandiendo cicurentur, inescandoque perdomentur; alia timidissima atque imbecillissima malè habita ac territa, ad iram concitentur. Neque ego omnibus ex æquo noxijs parcendum esse dico, sed audaces, inquietos, malitiosos, ac sinistri consilij homines, immedicabilique & continuæ malitiæ assuetos exscindere te iubeo, exempio earum corporis partium, quæ medicinam non patiuntur. Aliquos, qui propter ætatem, imperitiam, imprudentiam, aut alio casu quodam vel volentes, vel inuiti peccant, verbis castigare, minis corrigere, aliaue tolerabili ratione tractare: atq; vt in alijs rebus, modò grauiores, *Lenitatis modus.*

modò mediocres pœnæ irrogantur; sic in
quoque re, citra periculum, exilijs alios, alios
nominia, vel pecunia multare, aut in diuersa
ca vrbesq; relegare licet, &c. Hac oratione l
ita commotus fuit Imp. vt reos omnes in
rum, verbis castigatos, indemnes dimiserit, C
nelio etiam Consulatu donato, eoque fac
sibi omnium animos deuinxit, vt non mod
sidiæ contra ipsum nullæ exinde compon
tur; sed opinio quoque omnis earum inter
ret.

7. *Pisistratus* Athen. Tyrannus, cùm adole
quidam amore filiæ eius virginis accens
publico obuiam sibi factam osculatus esset,
tante vxore, vt ab eo capitale supplicium
ret, respondit: *Si eos, qui nos amant, interfi
quid his faciemus, quibus odio sumus?* Val. li
cap. 1.

8. *Agesilaus* Rex Lacedæmonum, cùm feli
pugnasset apud Corinthum, licet accepisset
tanorum admodum paucos desideratos, è Co
thijs verò, Athenienſibus, & alijs socijs ing
numerum interijsse; tamen adeò non gauisu
nec elatus ex victoria, vt grauiter ingemis
deploraret Græciæ vicem: *Heu*, inquit, *Gra
quæ tot viros intestino bello perdidit, quot vniu
barbaris debellandis satis esse poterant.* Quo
mo tulisset, si plurimorum ciuium interitu
set empta victoria, quam paucorum etiam
stium sanguine partam fuisse optabat? *Plut*

Cùm Corinthios intra mœnia compulis
multis hortantibus, vt vrbem oppugnaret, ne
uit id suæ virtuti conuenire, qui peccante
officium cogeret, non autem Græciæ nobil

mas vrbes euerteret; addens: *Si eos exſtinguere voluerimus, qui nobiſcum aduerſus barbaros ſtetерunt, ipſi nos expugnabimus, vel quieſcentibus hoſtibus, qui ſubuerſis ſocijs, nullo negotio, quando volent, nos oppriment.* Idem.

Solebat admonere milites ſuos, ne captiuos hoſtes vt facinoroſos cruciarent, ſed vt homines ſeruarent: infantibus etiam in bello captis prouidit, vt in vnum locum comportarẽtur, ne mutatis caſtris relicti perirent. Eandem curam impendit ſenibus captiuis, ne, quoniam ſequi non poſſent, à canibus lupiſue diſcerperentur. *Idem.* Certè Principem decet mitis ſeueritas, non diſſoluta clementia. *Plin.*

9. *Xerxes* Rex Perſarum, cùm Græcorum exploratores in ſuo exercitu deprehendiſſet, eos circumduxit, vt omnem viderent exercitum, & illæſos dimiſit. *Plutarch.*

10. *Philippus* Rex Macedonum, cùm ſubactis Græcis quidam auctores eſſent, vt ciuitates præſidijs contineret, ne deficerent: *Malo*, inquit, *diu bonus ac commodus, quàm breui tempore dominus appellari*: ſentiens, Regnum, quod beneficijs ac beneuolentia teneretur, eſſe perpetuum: quod vi metuque, non eſſe diuturnum. *Idem.*

Vide ſignum 26.

Quidam petulantioris linguæ maledicta in eũ conijcere ſolebat: amicis hortantibus, ejiceret eum in exilium, negauit ſe hoc facturum: *ne obuerſans inter plures, latius ſuam ſpargeret virulentiam.* Quòd maledicum non egit in crucem, clementiæ erat: quòd ignouit, magnanimitatis: quòd contempſit, & noluit expellere, prudentiæ: plus enim nocuiſſet. *Idem in Apopht. Regum & impp.*

Indignantibus eius amicis, quòd Peloponeſij

in Olympiacis, (seu ludis Olympicis,) fu
ipsum deriderent, & exsibilarent, præsertim
neficijs tot à Rege affecti, eumq; ad vindict
stimulantibus: *Quid igitur*, inquit, *futurũ est*,
cient,) *si quid illis faciamus mali?* (lęsi à nobis
rint?) *si tam prauo ingenio sunt, vt eos irrid*
qui de ipsis bene meriti sunt? grauius noceb
quus illos malefactis prouocet. Senſit maledic
esse vltione prouocandos, vt magis maledic

Magnanimus ingratorum sibi bes negligit.

Ibid. Idem, suadentibus, vt seuerius paulo
Athenienſibus ageret, palàm ingratis: *Nihil*
tis, inquit, *an ego, qui ad gloriam omnia re*
Theatrum gloriæ meæ euertam? Sciebat
Athenienſes ingenio & ſtilo valere. Cùm
dem Athenienſes Legatos ſuper aliqua
eum miſiſſent, atque ipſe benignè audiſſe
que indulſiſſet, dimittens pro cumulo ad
Ecqua alia in re gratificari ijs posset. Hic
mochares è Legatis: *Ita verò*, inquit, *ſi*
ſuſpenderis. Itaque amici & adſtantes e
rant, ſed compeſcuit ſe & illos Philippus,
Legatos alios dixit: *Nuntiate Athenienſibus*
potentiores esse, qui ista dicunt, quàm qui
comiter audiunt.

11. Cùm *Alexander Macedo* Poro Inde
Regi victo & capto obtuliſſet, ſe illi dat
quidquid peteret: vel, cùm ab eo quæreret,
nam ratione cuperet tractari, & Porus reſp
diſſet, regaliter, ſeu regiè, ſubridens Ale
der: *Faciam hoc*, ait, *non tua, ſed mea cauſ*
non regnum modò illi reſtituit, belli iure
dicatum; verùm imperio eius latiores
fines adiecit. Non ignorabat Rex bell

simus, nil adeò decere atque ornare Principem, quàm si clementia vtatur erga eos etiam, quos nouit hostes fuisse atrocissimos. *Pont. lib. 1. cap. vlt. & Brusson. ex* Plut. Q. Curtius aliquanto secus narrat. Interrogatus Porus, quid victorem statuere debere censeret? respondit: *quod hic dies tibi suadet, quo expertus es, quàm sit caduca felicitas*: atque ita submonuit Regem, vt modestè sua vteretur fortuna, essetque memor, & ipsi posse accidere, quod acciderat Poro. Idem Alexander tantæ erat clementiæ, vt Darius Rex Persarum à Dijs precaretur, vt aut superare posset clementia Alexandrum, aut si regno spoliaretur, solus Alexander in eo imperaret. *Plutarchus, Q. Curt.*

12. *Antigonus* Rex Macedonum, amicis suadentibus, vt si Athenas caperet, validis illam præsidijs communiret, (ne fortassis aliquando deficerent,) summaque cura vt totius Græciæ basin custodiret, respondit: *Se semper fuisse in ea sententia, vt crederet, nullum esse regni præsidium firmius, quàm ciuium beneuolentiam: (nihil lenitate esse validius ad subditos in officio continendos:) & clementiam plus posse, quàm violentiam.* Plutarch. Idem conspiciens filium suum eos, in quos habebat imperium, ferocius tractantem atque insolentius: *An ignoras*, inquit, *fili, regnum nostrum esse splendidam seruitutem?* quia Princeps non minus cogitur inseruire populo, quàm populus Principi. *Plut. & Aelian. lib. 2. de var. hist.*

13. *Iulius Cæsar* detectas contra se coniuratio-

nes,

nes, conuentuſque nocturnos, non vltra argu
quàm vt edicto oſtenderet, eſſe ſibi notas, &
cerbè loquentibus ſatis habuit pro concione
nuntiare, ne perſeuerarent, Aulię; Cæcinnæ
minoſiſſimo libro, & Pitholai carminibus ma
dicentiſſimis laceratam exiſtimationem ſu
ciuili animo tulit. *Sueton. cap. 75.* Poſt Pharſal
victoriam pleriſque clariſſimis viris, qui Po
peium ſecuti erant, in quibus Brutus ille, à
poſtea occiſus eſt, clementer ignouit: imò
in ſcrinijs Pompei ſecretæ litteræ repertæ
ex quibus quo plerique animo & erga Pompe
& contrà ſe fuiſſent, deprehendere potuiſſet,
que legit eas, neque deſcripſit, ſed extemplò
mauit, ne quid acerbius in quenquam ſtatuere
litteris cogeretur. *Dio lib. 41.* Idem tanta clem
tia erga hoſtes & rebelles vſus eſt, vt Mariu
ſemel dixerit: *Cæſar, qui apud te audem dic
magnitudinem tuam ignorant: qui non audent,
manitatem & clementiam.* Bruſon. lib. 3. cap.
Huius clementia laudatur à Cicerone pro Mar
cello, Ligario, & apud Dionem in Orat. Anto
lib. 44.

14. *Auguſtus Cæſar*, Iulij Cæſaris nepos, cùm
uenes nobiles ac dignitate claros inter ſe tum
tuantes vellet compeſcere, nec auſcultarent i
ſed tumultuari pergerent: *Audite*, inquit, *iuue
ſenem, quem iuuenem ſenes audiuerunt*: (adol
cens enim ad Remp. admotus eſt, & ſummâ fi
authoritate:) hac ſola voce illos coërcuit, n
aliud ſupplicium ob concitatum tumultum e
git. *Plut.* Idem legem tulit, Ne Princeps ſente
tiam damnatoriam ſua ſubſcriberet manu, ne
ſupplicio quenquam affici ſuis ſpectaret ocul

Del

Delatum est ad eundem, L. Cinnam adolescentem nobilem insidias illi struere, dictum est, vbi, quando, & quomodo aggredi vellet. Protinus iussit accersiri solum ad colloquium. Venienti alteram cathedram poni iussit, & commemoratis plurimis in eum beneficijs, *quare ergo*, addidit, *paraſti me occidendum?* perturbato Cinna, sic finijt orationem: *Vitam tibi, Cinna, iterum do, prius hosti, nunc insidiatori ac parricidæ: ex hodierno die inter nos incipiat amicitia, contendamus vtrum ego meliori fide vitam tibi dederim, an tu mihi debeas.* Obtulit & Consulatum. Vis exitum? Cinnam habuit perpetuò amiciſſimum, solus ille fuit hæres, nullis amplius insidijs ab illo petitus est. Tiberio priuigno suo frequenter per litteras iracundè querenti de his, qui de Augusto malè loquerentur, rescripsit Augustus: *Noli indignari quenquam esse, qui malè de me loquatur: satis est, si hoc habemus, ne quis nobis malefacere possit.* Sueton. *cap.* 51. Cùm de eo sparsi essent famosi libelli in Curia, tantum abfuit vt punitum iret authores libellorum, quin potius in eos inquirere noluit, sed tantùm censuit, cognoscendum posthac de ijs, qui libellos aut carmina ad infamiam cuiuspiam suo alienoue nomine ederent. *Sueton. cap.* 55.

Cœnabat apud Atedium Pollionem, ibi fregerat quidam è seruulis vas crystallinum, qui illicò iussus est ab Atedio muræenis obijci. Puer ad Cæsaris pedes confugit, nihil aliud petiturus, quàm vt aliter periret. Cæsar puerum dimitti, & omnia vasa crystallina ante se frangi iussit, & his pro puero compleri piscinam: amicum autem grauiter increpauit: *E conuiuio*, inquiens, *rapi homines*

mines imperas. & noui generis pœna lacerari
lux tuus fractus est, viscera hominis distrahen
Tantumne tibi placebis, vt ibi aliquem duci nol
vbi Cæsar est? ibid. & Fulg. lib. 5. cap. 1. ex Sue
& Dione. Vide Locum de Pœnis.

15. *Herodes Agrippa*, Rex Iudæorum, mir
mo erat ingenio. Accidit aliquando, vt qui
Hierosolymita Legis peritus, nomine Sim
aduocata concione per Regis absentiam, q
tis rum Cæsareæ, criminaretur illum, vt
purum, & arcendum Templi aditu, quod
nisi dignis pateat: Id vbi Præfectus vrbis I
gnificauit per litteras, confestim acce
hominem, à quo repertus in Theatro, a
re eum sibi iussit, moxque sedata voce ac
cidè: *Dic mihi*, inquit, *quid tibi non probet*
his quæ facimus? qui cùm nihil haberet q
diceret, precatus est veniam. Tunc Re
tius, quàm quisquam opinaretur, recon
tus est: clementiam magis, quàm iram de
Reges existimans; & lenitatem magis, q
celsitudinem: itaque dimisit eum non sine
nere. *Ioseph. Antiq. Iud. lib. 19. cap. 7. Baron.*
Christi 46.

16. *Titus Vespasiani* Imp. filius, amor &
ciæ generis humani, (qui dicebat: Non
tet quenquam à Principis sermone tristem
dere, (Sueton. Xiphiloi) cùm Iudæi in
dione Hierosolymitana muro septi, &
fame vexati sunt, vt innumera hominum
titudo morte consumeretur, quorum co
ra ab illis proijciebantur extra mœnia,
cuiens ista mœnia, vbi plena cadaueribus

nia vidit, altamque saniem tabefactis corporibus defluentem, ingemuit, & extentis manibus Deum testabatur, factum istud suum non esse. *Ioseph. de Bello Iud. lib. 6 cap. 14. & 15.* qui addit, *lib. 7. cap. 7.* Puto, si Romani contra noxios venire tardâssent, aut hiatu terræ deuorandam fuisse ciuitatem, aut diluuio perituram, aut fulminum ac Sodomæ incendia passuram. *Baron. Anno Christi 72.* Hic Titus Domitiani fratris sui dolo & veneno creditur obijsse, cùm eum nec multis officijs posset demereri. *Baron. Anno Christi 83.* Idem Titus fratrem Domitianum insidias molientem non est vltus, sed his verbis admonuit: *Quid optu te parricidio petere, quod me volente obuenturum est; imò quod iam habes, imperij particeps?* Idem duos Patritij generis conuictos de affectatione Imperij pertulit, nihilque amplius, quàm vt desisterent, monuit, hoc tantum dicens: *Principatum fato dari: à se, si quid aliud vellent, peterent, impetrarentq;.* Sueton. cap. 9. Pontificatum Maximum ideo se capere professus est, vt in summo Sacerdotio puras à sanguine manus seruaret, *periturum se potius, quàm perditurum,* &c. *Sueton.*

17. *Traianus Imp.* amicis culpatibus, quòd nimis esset clemens erga suos, & (parum memor Imperatoriæ Maiestatis) nimium esset omnibus expositus, respondit: *Talem præstabo Imperatorem priuatis, qualem optarem ipse priuatus.* Idem vbi primùm Imperium assumpsit, inter alia hoc Edictum Romam ad Senatum misit: *Nunquam*

sue

suo iussu bonum virum occisum iri, aut ignom
notandum. Id quod non solum in præsensi
mento confirmauit, sed per totum Imperij
pus inuiolatum seruauit. Hæc Dio. Vtinam
tem, sicut lex æquissima visa est, ita pariter
boni & optimi viri essent, maiori delectu
to, prudentius exquisisset, non eò erroris
prolapsus esset, vt Christianos vita innocen
mos, ac moribus æquè sanctissimos, quòd
non colerent, vt impios atq; sacrilegos con
nasset. *Baron. Anno Christi* 100. *Tom.* 2. *Annal.*

18. *Hadrianus Imp.* adeò contempsit inim
vt vni, quem in priuata vita habuerat capit
Imperator factus fortè obuio dixerit: *Fu*
Principibus in priuatis offensis erit satis p
se vlcisci. *Dio, Spart.*

Baron. Anno Christi 140.

19. *Antoninus Pius Imp.* ipso Imperij initio
est ab omnibus nominatus, quòd multis tum
factis, postulatisq; nonnullis ad supplicium
minem puniuit: *non oportere*, inquiens, *ab*
bus (pœnis, aut supplicijs) *Principatus exor*
ducere: ideo animi tranquillitate Numæ Po
lio (Regi Rom.) comparatus est. Secutus
Scipionem, malle se affirmabat, vnum c
seruare, quàm mille hostes occidere. *Iul*
pitol.

20. *M. Aurelius Antoninus Imp.* non solùm
sij (qui fuerat perduellis Imperij, & tyranni
arripuerat) nuntiatam necem luxit, sed &
cranit Senatum Romanum, ne de his, qui
sequuti essent, pœnas sumeret: vetuitque, ne
Senatorum puniretur, nec vllius nobilis
sanguis funderetur. Erat etiam ei mos iste,
mania crimina minore supplicio, quàm le

F

plecti solent, puniret, teste *Vulcatio*, & *Iulio Capitol. Vide Baronium Anno Christi* 164. & *Anno Christi* 177. De clementia eius, qua non solùm pepercit affinibus & cognatis Cassij, & ijs, qui cum Cassio conspirauerant; sed & ipsi Cassio, nisi occisus fuisset, indulsisset. Exstat apud Volcat. Gallicanum eiusdem Imp. epistola ad coniugem Faustinam, vindictam litteris exposcentem aduersus Romani Imperij perduelles, in qua inter cætera ait: *Ego & eius* (Cassij) *liberis parcam, & genero, & vxori, & ad Senatum scribam, ne aut proscriptio grauior sit, aut pœna crudelior: non enim quidquam est, quod Imp. Romanum melius commendet Gentibus, quàm clementia: hæc Cæsarem Deum fecit, hæc Augustum consecrauit, hæc patrem tuum in primis Pij nomine ornauit*, &c.

21. *Alexander Seuerus Imp.* Ouinium Camillũ Senatorem, rebellionem molientem, & tyrannidem affectantem, ad se vocari iussit, eiq; gratias egit, quòd Reip. curam, quæ bonis viris recusantibus imponi solet, sponte susciperet: mox tanti sceleris conscientia trepidum, consortem Imperij appellauit, in Palatium recepit, ornamentis Imperialibus, & melioribus, quàm vtebatur ipse, decorauit, profectionisq; comitem adhibuit. Cumque Imperator ipse pedibus iter faceret, inuitauit & Ouinium delicijs assuetum ad laborẽ: post quinque millia passuum, ipsum cunctantem equo insidere iussit: cumque post duas mansiones equo etiam fatigatus esset, carpento imposuit. Hoc quoque respuentem, ac Imperium tædio laborum recusantem, denique & mori paratum dimisit, ac militibus, à quibus Cæsar præcipuè diligebatur, commendatum, ad villas suas tutò

abire iussit, vbi ipsum dicto modo docuisset, q
sit cum imperio esse. *Lamprid.* Baronius A
Christi 225. asserit ex Lampridio, eum húc Se
torem iussisse occidi. Herodianus ait, Alex
Imperium suisse ἀναίματον, incruentum
ne sanguine. Lampridius verò asserit, eum Se
appellatum esse à militibus, propter auster
Cùm Alexandro eidem mater Mammæa, & n
Memmia humanitatem eius & clementiã em
brarent, dicentes: *Molliorem tibi potestatem*
contemptibiliorem imperij feciſti, respondit:
securiorem & diuturniorem.

22. *Themistius* gentilis Philosophus, vbi pr
cione damnauit Alexãdri Magni trucem a
ad *Theodosium Seniorem* cõuersus: *Tu*, inquit
probis largiris veniã, atq; id, vt probis grati
eos dimittis incolumes & indemnatos, qui
ac vana locuti sunt, tanquam eos, quibus
somnia obtigerunt: atq; ita ad præclarã virt
omnium, clementiã, quàm facilimè impelleris
Dei quàm similimus, & diuinæ cuiusdã natur
ticeps esse videris. (Etiam Maiestatis reos, &
uictos damnatosq; ab ipsa Legum acerbitate
mit, & ex Acherontis faucibus ereptos, ad Se
lucemq; reuocauit.) Idẽ Themistius, quanta
Theodosij clementiã fuerint consecuta, ac
tus, hæc ait: *Quibus munitus præsidijs, ô Rex, no*
gittarijs, non armatis militibus, non Armeni
Hispanis, non equorũ armatorũ agmine ad ex
guendã Scytharũ flammã eguisti: sed tuo vsu
silio & prudentia, flamma illa per se exstinc
Idẽ Theodosius Gothorum Regem cum bar
comitibus amanter excepit, cumque consed
ex

extinctus fuisset, regia sepultura mortuum terra mandauit. *Zosim. lib. 4.* Orosius ait, *lib. 7. ca. 34.* Vniuersæ Gothorum gentes, Rege (Athanarico) defuncto (Constantinopoli, quò à suis expulsus, fugerat) aspicientes virtutem benignitatemque Theodosij, Romano sese Imperio dediderunt. In ijsdem diebus Persæ, qui Iuliano interfecto, alijsque Imperatoribus sæpe victis, nunc etiã Valente in fugam acto, recentissimæ victoriæ satietatem cruda insultatione ructabant, vltro Constantinopolim ad Theodosium misêre Legatos, pacemque supplices popoſcerunt. *Baron. Tom. 4. Anno Christi 381.* Anno Christi 388. magna eluxit *Theodosij* clementia ac benignitas erga hostes seu deuictum exercitum Maximi Tyranni: Nam, vt ait Pacatus in Panegyr. Theodosij: *Nullius bona publicata, nullius mulctata libertas, nullius præterita dignitas imminuta*, &c. Ambrosius epist. 29. ad ipsum scribit: *Inimici tui* (Maximi) *filias reuocasti, nutriendas apud affinem dedisti, matri hostis tui misisti de ærario tuo sumptus.* Idem Ambros. orat. in funer. Theod. *Beneficium*, ait, *se putabat accepisse augustæ memoriæ Theodosius, cũ rogaretur ignoscere, & tũc propior erat veniæ, cùm fuisset commotio maior iracundiæ. Prærogatiua ignoscendi erat, indignatũ fuisse; & optabatur in eo, quod in alijs timebatur, vt iraſceretur. Hoc erat remedium reorum, quoniam cùm haberet super omnes potestatẽ, quasi parens expostulare malebat, quàm quasi Iudex punire. Sæpe trementes vidimus, quos obiurgabat, & conuictos sceleris, cùm desperassent, solutos crimine. Vincere enim volebat, non plectere; æquitatis iudex, non pœnæ arbiter; qui nũ-*

Quàm facilis fuerit Theodosius ad ignoscendum.

quam veniam confitenti negaret.

Idem Anno Christi 393. ad Ruffinum Prætum Prætor. in hæc verba rescripsit: (l. 1. ſ. maled. Imp. C. Theod.) *Si quis modestiæ & pudoris ignarus, improbo petulantiq; maledicta nomina nostra crediderit lacessenda, ac temeritia turbulentus obtrectator temporum nostrorum fuerit, eum pœnæ nolumus subiugari, neque de aliquid, nec asperum sustinere. Quoniam si leuitate processerit, contemnendum est: si ex nia, miseratione dignissimum: si ab iniuria, tendum. Vnde integris omnibus, ad nostram tiam referatur, vt ex personis hominum dict semus, & vtrum prætermitti, an exquiri de censeamus.* Admirare, ait Baron. Imperatoris pietate prudentiam, dum, cùm videtur seue tis soluere disciplinam, tunc magis eam fibu ditæ legis astringit. Etenim quem putas iſta cipientem voce præconis, vel in albo Prætu aut in foro legentem, non continuò summa ga suum Principem charitate propensiorem ditum? vel si aliàs prauo in eum esset comm animo, nonne qualibet grauiori pœna gra supplicium illud fuisset sibi existimandum, quidquid in Principem obloquutus ipse fuisset eius peruenturum aures certò sciret? Sic ea edita sanctione, ita sibi conciliauit anim minum, vt tamen eorum, qui odium inbibis arctiori freno audaciam coërcuerit, cùm si quòd si in maledicta prorūperēt, fore ea Prin manifesta, in hūc modū optimè cōsulēs & C stianæ mansuetudini, & Imperatoriæ Maiest

Theodosius in sago militari summè philosophatur.

Prudentia iuncta clementiæ.

Clem. erga hostes.

De eiusdem incomparabili clementia po

toriam de Eugenio Tyranno Anno Christi 394. reportatam ait Aug. 5. de Ciu. Dei. cap. 26. *Inimicorum suorum filios, quos non ipsius iussus, sed belli abstulerat impetus, etiam nondum Christianos ad Ecclesiam confugientes, Christianos hac occasione fieri voluit, & Christiana charitate dilexit, nec priuauit rebus, sed auxit honoribus; in neminem post victoriã priuatas inimicitias valere permisit. Bella ciuilia, non sicut Cinna, & Marius, & Sylla, & alij tales, qui nec finita finire voluerunt, sed magis doluit exorta, quàm iniquum nocens voluit terminata.* Synesius oratione, qua agit cum Arcadio de seruanda clementia erga supplices, ingerit paternum exemplũ, illudq; magnificè de Theodosio prędicat, quòd victor hostiũ ipse à misericordia vinceretur, generositatemque naturæ ad indulgentiam flecteret. De eodem Claudianus:

Hanc indulgentiam procuratam esse per intercessionẽ S. Ambrosij testatur Paulinus.

Noninsultare iacenti
Mallebat, mitis precibus, pietatis abundans,
Pœnaparcus erat, paci non intulit iram,
Post acies odijs idem qui terminus armis, &c.

Cùm eiusdem Præfectum populus Antiochenus leui de caussa peremisset, eamque ob rem alij in vincula coniecti, alij fuga elapsi essent, ac insuper tota ciuitas consternata in luctu iaceret, Flauianus verò Episcopus ad Imp. profectus, noxam deprecaturus, fuisset, clementer ignouit pius Theodosius, monuitque Episcopũ vt celeriter ad suos, ne diutius in luctu & mœrore hærerent, reuerteretur, qua benenolentia nõ Antiochenorum modò, sed omnium Imperio subiectorũ animos sibi mirificè conciliauit. *Chrysost. Hom. 20. ad pop.*

23. *Vespasianus* Imp. maledicta in se vibrata æ- *Vide Calli.*

quo animo pertulit, & Demetrium Cynicum itinere obuium, ac neque assurgere, neque sa tare dignantẽ, oblatrantemq; etiam nescio q satis habuit canem appellare. *Suet. cap.* 13.

24. Cùm diuinus ille dux *Moses* populũ e gypto cælesti voce & monito, claris mira adstipulantibus, eduxisset, isti tamen identid grati, refractarij, rebelles erant. Nunc car nunc panem, aut aquam petebant, & ita pen vt voces proteruas & penè lapides ac man illum mitterent, sed tamen illa cõtempsit, & niam etiam dedit. Nec vulgum modò proca buit, etiã proceres, etiã proximos: & ecce A frater, & soror Maria, in mitissimum virũ rexêre: ex leuicula caussa, quòd AEthiopissa animo eius collibita esset, vxorẽ duxisset. *soli*, inquiebant, *Dominus locutus est? nonne cælestem vocem auribus his accepimus?* Et iã si non opponebant solùm, sed æquabãt; cùm pro *viro mitissimo super omnes homines*, (ita ptura appellat) iratus est, & Mariam vitiligi lepra subitò percussit. Quæ sic cũ fratre ad tatem mentis reuersa, ad Mosen respexerunt, ad Deũ, & post 7. dies precib⁹ eius sincera pa à morbo apparuit. Semper etiã tẽpore sedit in mansuetudine fuit constans, vsq; eò amat ignoscẽs suorũ, vt Dei irã vel hac voce fecit *Dele me*, inquit, *de libro vitæ pot⁹, quã vt hostis*

25. *Dauid* Deo quoq; & cælo plenus, cùm Salomus filius fratrẽ Ammonẽ proteruè in ci uio interfeciset, & triennio apud auũ mat in Syria exsulasset, fractus & misertus reuoc Ille à scelere ad scelus maius quasi gradu properat, & regno patrẽ pellit, vita quoq;, s

tuisset. Dauid arma necessaria capit, Ioabum præfectum militiæ cum dilectis viris in illũ mittit, sed cum mandato, *Seruate mihi puerum Absalomũ.* Adeò nec in iram, nec in vindictam exarserat, vt tum quoq; cùm ambiguo euentu arma caperet, solicitus de venia magis, quàm de victoria esset. At Deus pro illo exarsit, & vindicauit; & filius, non filius, interfectus est. Iste nec insidiatoré sceptri & vitæ vita vult exutum, & exutum veris lacrymis luget, dicẽs: *Fili mi Absalome, Absalome fili mi, quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te? Absalome fili mi, fili mi Absalome?*

26. *Pericles* morti iam vicinus, & spiritu ac vita abeunte, cùm amicos assidentes queri & lamentari audiret, atque alium prudentiam, eloquentiam, victorias; alium alia laudare, ille modicè erecto capite: *Et quid hoc est?* inquit, *aut parua, aut fortuita laudatis: at illud maximum omittitis, quòd nemo mea opera pullam vestem sumpserit.* In summis hoc suis laudibus ponebat, quòd comis in omnes & humanus, nunquam acerbitatem aut vindictam exercuisset.

27. *Cazimirus* erat Dux Sendomirienſium, potens Princeps, idemque postea Rex Polonorum: visum illi aliquando fuit tempus ludo fallere, & domesticum quendam suum, Ioannem Conarium Equitem, ad aleam vocat: ille paret, ludunt, alternat fortuna, & tandem cùm multa nox esset, atque incaluissent, placuit vno iactu de tota summa decidere. Is felix Casimiro fuit, & pecuniam totam ad se attraxit: indignatus Ioannes, & sorti suæ iratus, per calorem Principem inuadit, & fortiter os eius depalmat. Clamor & ira omnium, famulus dominum, Eques

hunc Principem? capitale erat; sed beneficio
ctis elabitur, & manè tamen captus, reducitur
Cazimiro sistitur puniendus. Ille re bene co
derata, in prudentē hunc sermonē erupit: An
iste minus quā ego peccauit; imò quicquid pecc
est, est meum. Calor & subita ira (cui nec sapien
semper pares sunt) transuersum eum egit, & m
tem ac manum mouit: ego caussam cur prabu
oblitus conditionis & dignitatis meæ, quasi cum
ri lusi: Imò tu Ioannes non veniam à me solum,
gratiam accipe: vtili castigatione me docui
quid in posterum indignum Principe commit
& intra decori ac grauitatis metas me sistam.
28. Presserat Ludouicum XII. Galliæ Regē
rolus VIII. Rex, vt hæredē proximū, & qui
ret prolē sibi non esse, ita presserat, vt in cus
etiā daret, & vitæ suæ parum securus videre
plerisque Procerū, & vulgi pro præsenti for
stantibus, & aduersantibus, certè auersan
infelicem. Interea Deus in occulto alia desti
Carolum subitò tollit, hunc ad regnū euehit
tonitis multis, & vultum sermonemq; mut
bus, & ad gratiam noui Regis se acclinantib
rant enim, qui superbiebant, constantes ante
eius cultu aùt obsequio: è quibus vnus magn
ducia ad eum accedit, & bona petit ciuis cui
dam Aurelianensis, qui tristi illo tempore in
acerrimos Ludouici hostes fuerat. Hic Rex a
mo planè regio effatur: *Tu verò aliud à me pe*
& meritis tuis gratia erit; de isto omitte: nam
Galliæ non exsequitur iniurias Ducis Aurelian
Dux enim antea cum hoc titulo fuerat, & sign
cabat argutè, dignitatem se atque etiam affect
cum ea mutasse. Ille verò eadem magnitudine

pimiedixit publicè: *Habiturum se eosdem Consiliarios cum defuncto Rege, ministros, stipatores, eodemq; honore & salario.*

29. *Gedeon* à suis post victoriam calumnias passus, mollibus verbis placat, quos obiurgare potuisset. Iud. 8.

30. *Iustinianus Imp.* rectè ait, *l. vlt. C. de donat. inter vir. & vx.* Nihil est tam peculiare Imperialis Maiestatis, quàm clementia & humanitas, per quam solam Dei seruatur imitatio. Vt & Cicero pro Ligario inquit: Homines nulla vi propius accedunt ad Deos, quàm salutem hominibus dando.

31. Anno Christi 385. *Valentinianus Imp.* de reiaxandis vinctis Paschali tempore Edictum proposuit. Idipsum, vt Paschali tempore vincti relaxarentur, præstare quoque solebant Christiani Imperatores, qui in Oriente regnabant, quod & à Theodosio factum est. Nam S. Chrysost. meminit eiusmodi religiosæ consuetudinis, cùm agit de oratione Flauiani Episcopi Antiocheni, quam Constantinopoli coram dicto Theodosio habuit; inter cætera enim ait; *Solemnitate hac* (Paschali) *superueniente per totum Orbem terrarum epistolam misisti, iubentem carcere detentos dimitti, & illis ignosci crimina; per litteras dicebas: Vtinã mihi liceret & defunctos reuocare, & resuscitare, ac ad priorem vitam reducere*: optabat, vt etiam hostibus suis mortuis vitam restituere posset. *l. 8. de indulg. crim. C. Theod.*

32. Fertur *Constantinus Imp.* effigie sua quandoque lapidata, (cùm furiosi quidam statuam eius turpiter deformâssent) multis ipsum instigãtibus ad supplicium de auctoribus contumeliæ

ſumendum, & dicentibus, quòd omnem ip
faciem ſaxis conuulnerâſſent,(iniuriam ha
ueriore exemplo vindicandam ſuggerebât,
nu faciem palpans, & leniter ridens,dixiſſe
verò nuſquam vulnus in fronte factum video,
tio,) *ſed ſanum quidem caput,ſana verò &*
tota. Illi verò reueriti & cõfuſi,ab hoc iniq
ſtitêre conſilio. Et hoc verbũ hactenus can
mnes,&c. *Flauianus in Orat. ad Theodoſ.* Im
Antiochenis. Vide Baron. Tõ. 4. Anno Chri
33. *Gratianus Imp.* mulierem quandam ſal
irriſit, quæ maritum variè & aſperè crimi
tur,ac dixit: *Quid hoc ad me mulier?* & cũ
ſubijceret: *Etiã in te malè animatus eſt, &*
tur, reſpondit: *Quid hoc ad te mulier?* atque
culari reſponſione miſſam fecit. *Ammian.*
34. *Carolus Magnus* in ſuis Capitularib
Cõſtitutiones Regias vocabant) *li.2.c.39.*
vt omnes domini temporales clementer
ſubditos, ſiue in exigendis operibus, ſiue
debitis: *ſcientes*, inquit, *fratres ſuos eſſe, &*
ſecum patrem habere, Dominum, ad quem cl
omnes: Pater noſter, qui es in cælis. Eginhartus
dam, vir non mediocriter eruditus, erat
Carolo à ſecretis, (ab epiſtolis,) is perdite
pit amare domini filiam, & hæc illum vic
redamare. Ad vltimam amoris, ſed furti
neam ventum eſt, atque hactenus amatum
niuali quadam nocte, cùm in gynæceo ſolus
ſola fuiſſet, & ſub diluculum prodire am
vellet, videt omnia niue albicantia: *heu me*
ſerum! inquit. ſuccurrit amica,& callidum
filium premit: tollit,& ſuccollat amores,
ſtigia deprehendantur, (fert in humeros

dulce onus.) Videt fortè Carolus, dissimulat tamen, quoadusque in proximum diem conuentum panegyricũ indicat. Ibi narrat flagitiũ, quæritq;, qua pœna admonẽdus esset (nomina tamen supprimit) famulus, qui sic dominum ludificatus esset: qua item filia, quæ adeò grauiter patrem offendisset? Responsum, vltimo supplicio dignos. Tum Carolus produci in medium corporum ludibria iubet. *En*, inquit, *isti sunt qui scelus admiserunt: & tu Eginharte quid ais? quid tu filia? qui hoc ausi estis Iam hæc corona morte vos puniẽdos iudicat exequar ne sententiam, dubium. Hic graue facinus vrget, illic misericordia me inclamat. Audite rei mitẽ & dominum, & patrem agnoscite, ignoscimus. Sed hac lege, vt tu Eginharte gerulam hanc tuam vxorem ducas, concordes estote, & porrò mutuum inter vos quoq; ferte.* (Ex AEginharto & Theuellio.) Rectè, nam, vt Rex Salomon Prou. 20. v. 28. ait: *Clementia roborat thronum Regis*: & Seneca 1. de Clem. *In apibus Rex est sine aculeo.*

35. *Carolus IV. Rom.* Imp. hominem, qui sibi necem pararat, ad se accersiri iussit, eique, post varias sui in illum affectus significationes, mille aureos dono dedit, quibus nubilem filiam nuptui collocaret, illius se miserereri dicens, cuius filia natu grandior domi clausa esset. Imperatori insidiator, vel potius latro ille, gratias egit, & ad conspiratores regressus: *Nesciebam*, inquit, *qualis Carolus esset, nunc liberalem & clementem Principem ferire nullo modo possum.* AEne. Syl. 3. de reb. Alph.

Mollit inimicum. Vide signum 10.

36. *Otto*

36. *Otto Magnus*, Amor mundi appellatus ob humanitatem ac popularitatem. Ouid. 2. Ponto:

Conueniens hominum est hominem seruare voluptas,
Et melius nulla quæritur arte fauor.

Certè magnos animos & fortunam decet nitas. Barbari aut viles homines, vbi licentia est, plerunque sæui sunt.

37. Cùm *Alphonsus* Arragoniæ Rex argueret quòd nimis mitis ac lenis esset erga suos, v nonnunquam etiam ijs, qui vel grauiter in deliquissent, ignosceret: *Malo*, inquit, *multa clementia & mansuetudine seruare, quàm mea seueritate perdere.* Panor. 2. de gestis Eidem cùm quidam diceret: *Caue ne tua mentia in perniciem cadat*, respondit: *multa mihi perferenda sunt, ne in inuidiam dam.* Quod illustri hoc admirandoq; facto probauit: Cùm in obsidione Caietæ susceptis puberibus, senibus, omniq; sexu bellis quos Caietani ob annonæ penuriam ciuitate pulerant, quidam ei dixisset: Si tu hos non misisses, Caietani paucis post diebus se dedi sent, respondit optimus Rex: Pluris se faceret rum vitas, quàm centum Caietas: ideoque vrbem quadraginta fermè millium conatu re nequiuisset, postea, soluta ac diu desita dione, sine vi, sine armis, in ditionem redeg Idem.

Effectus clementiæ.

38. *Renatus Lotharingiæ Dux*, Principatu propemodum pulsus, à Carolo Audace Burgu diæ Duce, postea Heluetiorum confœderat rum ope adiutus, eum ipsum, à quo tam multa

lerat, prælio vicit, & interemit. Caroli corpus haud paruo labore in conferta lęsorum multitudine inuętum, non laniauit, nec ludibrio habuit; sed ad Nanceam vrbem in D. Georgij fanum detulit, cum omni aula sua, eum honoris gratia aratis vestibus prosecutus, tanto sacerdotum facumque numero adhibito, quantus tunc inueniri potuit: breuiter, omnia doloris signa edidit, dum hostem grauissimum efferret, non aliter atque si verum suum parentem extulisset. *Fulg. lib. 5. cap. 1.*

39. Quas victorias *Theodosius Iunior* de Persis, Saracenis, & alijs barbaris gentibus incruentas retulit, eas Theodoretus lib. 5. c. 36. alijque scriptores eius clementiæ & pietati attribuerunt. Recte ergo ait Seneca 1. *de clem. c. 19.* Excogitare nemo quicquam poterit, quod magis decorum regenti sit, quàm clementia. Et: Non opus est construere in altum editas arces, nec in ascęsum arduos colles emunire, nec latera mõtium abscindere, multiplicibus se muris turribusque sepire, saluum Regem in aperto clementia præstabit. Vnum est inexpugnabile munimentum amor ciuium. Quid pulchrius quàm viuere optantibus cunctis & vota sub custode nuncupantibus? Si paulum valetudo titubauit, non spem hominum excitari, sed metum? nihil esse cuique tam pretiosum, quod non pro salute Præsidis sui commutatum velit? Idem 2. de clem. c. 3. *Nihil pulchrius in fastigio collocatis, quàm multarum rerum veniam dare, nullius petere.*

40. Cùm *Sigismundus* I. Polonorum Rex ob clementiam aliquando à quodam viro senatorio reprehenderetur, vrbaniori responso repressisse illam

illam eius acerbitatem fertur? *Quî scis*, inquien
quonam serenitatem istam exordirer? innuen
que illum culpæ exortem esse, & ad multa
nunquam conniuendum esse Remp. admini
ti. Priuatas iniurias, obtrectationes, conuici
maledicta insolentiorum hominum ita con
psit, vt nunquam vindicaret, nec esset ob id de
ceps ad beneficentiam in huiusmodi hom
restrictior. *Cromerus in 1. Epitaphio.* Cùm ei
Laurentius Palatinus Hungariæ diceret, im
denter agere, qui victis hostibus, non solùm
tam & opes relinqueret, sed etiam eos in
micos reciperet, extolleretq́;, Præclarè re
dit: *Tibi videtur vtile inimicum occidere,*
mortuus bellum non excitet. at ego inimicum
do, dum parco; & amicum facio, dum extollo.
Syl. 3. de gestis Alph.

41. *Rudolphus Imp.* nonnullis quærentibus,
moribus mutatis, subditis clemétior esset,
sub initium Imperij, respondit: *Seuerum &*
mitem fuisse me aliquando pœnituit, lenem &
cabilem nunquam. (Syl. 2. de eius gestis.) Sc
prudentiis. Imp. lenitatem nunquam suos
perrarò in exitium trahere cultores, vti se
facit nimia seueritas. Non enim ij solùm o
duntur, ad quos seueritas ista pertingit, ve
& alij iniquè eam ferunt, imò vt arbores q
recisæ pullulant, (ait Seneca,) ita Regia cru
tas auget inimicorum numerum tollendo. E
Qui vult regnare, languida regnet manu, vt ai
neca, cuius duos libellos de Clementia dili
ter euolue.

42. Apud vetustissimos Gothos apis Regem
nificabat, quòd moderatorem populorum op

reat cum iustitiæ aculeo clementiæ mel habere commistum, iuxta illud Ouidij:

Sit piger ad pœnam Princeps, ad præmia velox,
Et doleat quoties cogitur esse ferox. Olaus Mag. de gent. Sept. lib.1.c.vlt.

SIGNVM XXXIII.

COGNOSCERE SEIPSVM.

Cognitio sui.

1. PLin. in Panegyrico vult, vt Magistratus non minus se hominẽ esse, quàm hominibus præesse cogitet. Sic *Saladinus* Christianorum olim terror, qui Syriam, AEgyptum, & Africæ bonam partem subegit, morti iam vicinus in cogitationẽ hanc (se hominem esse) seriò descendit, & solam interiorem tunicam hastæ prælongæ impositam pro omni pompa funebri per castra sublimem ferri iussit, cum hac acclamatione: *Hoc vnum lineum ex totius Orientis opibus restare Saladino.* Fulg. lib.7.cap.2.

2. Nihil æquè supercilium cogit nos altum spirantes ponere, quàm humanæ miseriæ cognitio & consideratio, quòd (vt ait Plin. in Procem. Nat. hist.) *Homo natus iacet manibus pedibusq; deuinctus, flens animal cæteris imperaturum, & à supplicijs vitam auspicatur.* Hinc *Salomon*, Regũ quot sunt, quot erunt opulentiss. iuxta ac sapiẽtissimus, *Sap.7.v.3.* ait: *Et ego natus accepi communem aërem, & in similiter factam decidi terrã, & primam vocem similem omnibus emisi plorans: in inuolumentis nutritus sum, & curis magnis. Nemo enim ex Regibus aliud habuit natiuitatis initium: vnus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus.*

3. Plin.

3. Plin. 7. *Nat. hist. cap. 7.* ait: *Miseret at*
pudet quàm sit friuola animalium superbissi
rigo, cùm plerumq; abortus caussa sit odor à lu
narum exstinctu, &c. Et: *Is demum profecti*
tam æqua lance pensitabit, qui semper fragilit
humanæ memor fuerit. Idcirco *Romanis* fol
ne fuit, vt triumphanti in sublimi curru a
ret quispiam, qui identidem illud à tergo su
reret: *Respice post te, hominem memento te.*
tull. Apol.

4. Consulenti Cræso Lydorum Regi pote
simo *Delphicum Oraculum*, quanam semita
set ad felicitatem peruenire, responsum fu
teipsum cognôris.

σαυτόν γινώσκων εὐδαίμων κροῖσε περ

Cognoscens teipsum, fueris sic Crase bea
Plut. in Solone. Herod. lib. 1.

5. *Philippus* Rex Mac. cùm in Charonea fu
Athenienses, metuens ne rebus præclarè
sui oblitus supra humana extolleretur, p
hoc muneris delegauit, vt singulis diebus, p
quam foras prodiret, vel sui copiam alicui
ret, humanitatis memoriam renouaret, te
ei proclamans: *O Philippe, homo es.* AElian.
8. cap. 15.

6. Philippi huius vxor *Olympias*, cùm Ale
dri filij corpus multis diebus insepultum ia
se inaudisset, à graui & amaro gemitu in hęc
ba prorupit: *O fili, tu cùm in numerum Deo*
referri volueris, & id perficere summo studio co
tus sis, nunc carere debes, quæ sunt mortalium
nium communia, terra & sepultura. (AElian.
var. cap. 30.) Alexander viuus diuinos ambi

honores, defuncto nec vltimus obtigit honos, quem quiuis homo persoluit homini, quamlibet humili. Narrant enim historici Alexandri corpus multis diebus insepultum aruisse, ob graues Procerum consultationes de successione Principatus. *Q. Curt. & Plut.*

7. *Augustus Cæsar* iamiam animam emissurus, amicos percunctatus est, *an non mimum vitæ in hac fabula commodè egisset?* atque moriens subiecit: *Date plausum, & omnes vos cum gaudio plaudite.* Suet. cap. 99. Rectè ergo dixit Seneca epist. 91. *AEquat omnes cinis, impares nascimur, pares morimur.*

8. *Gelimer* VVandalorum Rex in Africa, cùm per Belisarium Iustiniani Præfectum victus esset, & cum vxore familiaque ad Imp. Constantinopolim duceretur, pleno ore semper risit Quærenti cur doloribus circumseptus risum ederet, respondit, se ridere fortunæ humanæ vicissitudinem, [illegible] identidem vsurpans: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Pom. Læt. *Vide signum 11. & 79.*

9. Val. *lib. 7. c. 2.* refert [illegible]gem quendam traditum diadema, priusquam capiti imponeret, retetam diu considerasse, ac dixisse: *O nouum magis, quam felicem pannum, quem si quis perfunctoriè noscat, quam multis solicitudinibus, & periculis, & miseriis sit refertus, ne humi quidem iacentem tollere vellet:* vt & Antigonus Rex regnum nobilem seruitutem esse dicebat. *AEl. lib. 9.*

10. *Tiberius*, priuignus Augusti, Imperium offerentibus, ægrè admodum, & quasi coactus recepit, querens miseram & onerosam sibi iniungi seruitutem: verùm accepit tandem, sed hactenus, vt quandoq; (in senectute) deponeret. *Suet. c. 24.*

11. *Diocletianus*, secum sæpe contemplans fortunæ mobilitatem, decreuit se Imperio abdicare & in priuatam secedere vitam. *Pomp. Lat. de rebus gest.*

12. *Carolus V.* memor huiusce fragilitatis, ante mortem administratione Reip. se submouit, & cùm in filium iam validum animi curas contulisset, secessit in Hispaniam in Diui Iusti Monasterio, septem à Placentia liaribus, se abdidit, cum 12. duntaxat famulis, Deo & quieti vacaturus: interdixit sibi se aliter quàm Carolum appellari, Cæsaris Augusti nomina cum rebus animo exuens, tum hoc honorari contemnens. Addunt diu ante Imperium à se abdicatum, sarcophagum sibi construi iussisse, cum funebri sup-

Vide signa 19. par. 2.

lectile, deportandum, clanculum tamen, cunque iret, quem apparatum habuit apud quinque annis vbicunque locorum esset, sa- tissimè etiam dum Mediolanum [illegible] gentissimè sup- proficisceretur, illudóne [illegible] lis noctibus conservari atque reponi iussit. bitrabantur quidam, qui circa ipsum erant, [illegible] saur[illegible] aliquem ibi detineri, & conseruari nonnihil librorum, in quibus historiæ teres continerentur, alij aliud quippiam gni. Cæsar verò sibi conscius in quem vi secum deferret, subridendo, in rei cuiusdam bi omnium charissimę vsum id secum defer- cebat. Sic assiduè mortem ante oculos sibi posuit, & sibi semper capulum funebrem ad se voluit, vt perpetua mortis cogitatio exi- ret è corde vanum huius mundi fastum, [illegible] stas autem actiones agendas esse dum vi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

admoneret. *D. Ioan. Chokier in Thesauro Aphor. Pol. lib.6.c.5.*

13. Auus eius *Maximilianus I.* testamento cauit, vt exanimum corpus suum rudi linteo involutum, sine vlla exenteratione, sarcophago (quod triennio ante mortem parari curauerat) imponeretur, naribus, ore, auribusque viua calce oppletis. (Ea aromata, quibus condiebatur.) Voluit monumentum illud assiduè in oculis habere, quod diceret: *Cogita mori. Quid te dilatas, & extendis? quid multa possides, plura appetis? quem tot prouinciæ & regna non capiunt, loculus iste capiet.* Calcem cauis illis partium immisit, vt corpus putredini natum, ea consumente & exedente materie, citius consumeretur, & iret in suam terram. *Idem.*

14. Anastasius II. Imp. Theodosius III. Isacius Comneus, Manuel Comneus, Lotharius Ludouici F. Bambus Hispaniæ Princeps, Ethelredus Mer[illegible] in Anglia Rex, Rachisius Longobardorum, Inates Bri[illegible]ie insulæ, & alij Scotiæ, Armeniæ, Galliæ, Bohemiæ [illegible], & multi potentissimi Orbis Christiani Monarch[illegible] humanas res earumque fastigium despicatui habentes, & vltro deponentes, priuati conditionem acceperu[illegible] & quod reliquum vitæ erat, in Monasterijs, sibi & Deo victuri, traduxerunt, assidua mortalitatis & frugalitatis humanæ æternæq; vitæ memoria, non solùm intra orbitam modestiæ atque humanitatis sese continuerunt; verùm etiam, postposito omni splendore, in solitudinem sub exitu vitæ secessêre, relicta etiam, imò pessundata, vt meliùs sibi Deoq; viuerent, Imperij dignitate. Huc pertinet illud ex Iuuenali expressum:

Credite, de cælo descendit, nosce teipsum:
Hinc bene qui sese nouerit, ille sapit.

15. Nobilis quidam Florentinus mille flor[illegible] collegerat, vt Europæ partem aliquam lust[illegible] Hoc suum consilium cognato suo, viro pru[illegible] ac docto communicanti, sic ille respondit: [illegible] *ne, mi cognate, bis mille florenos in tui p[illegible] quàm Orbis terræ cognitionem: salutem enim [illegible] iorem tibi adferet domi noscere vitia, eadem [illegible] rigere, quàm extra patriam, maximo vitæ [illegible] mine, atque incredibili sumptu Italiam, Ga[illegible] Germaniam, ac deniq; Belgium Orbis ocellum [illegible] agrare.* Hæc Pogius Flor. Multò certè p[illegible] seipsum diligenter excutere, atque ad vn[illegible] explorare, & nosse, quàm terras perlustra[illegible]

SIGNVM XXVIII.

Concordiæ studere, & discordias tollere.

CONCORDI[illegible] (*SINE QVA VEL[illegible] fund[illegible]nta ciuitatis veluti periculoso fu[illegible] mine discinduntur*) *summopere studere & discordias sopire.*

Nihil melius est ciuitati, quàm vnio; nihil [illegible] niciosius, quàm diuisio; neque vllæ [illegible] res, quæ concordem ac bene moratam ciuit[illegible] diruere possunt. (*Plato 5. Pol. Arist. 5. Pol.* [illegible]

1. Ostendit hoc *Agrippa*, Legatus ad pl[illegible] Rom. dissidentem à Patribus missus, fabu[illegible] membris corporis inter se & cum ventre [illegible] dentibus. (*Liu. lib. 2. Dionys. Hal. lib. 6.*)

2. Indicauit *Sertorius*, equis duobus in co[illegible]

nem adductis, quorum alter imbecillis iam & senex erat, alter magnus & validus. (*Plut.*)

3. Docuit *Scilurus*, 80. filiorum pater, qui iam vicinus morti, fasciculum ex iaculis porrigens vnicuique, confringere iussit: cùm autem defessi nihil effecissent, ipse sigillatim extrahens, iacula omnia facile fregit. Docens ipsos hoc argumento, quòd vniti & concordes, robusti permansuri essent; dissoluti autem, imbelles futuri: vel, admonuit eos his verbis: *Si concordes eritis, validi inuictiq; manebitis; contra, si dissidijs & seditione distrahemini, imbecilles eritis, & expugnatu faciles.* Plut. Stob. ser. 82.

4. Idem planum eodem modo conatus est facere *Changius Chan*, primus Tartarorum Rex, qui iam morti proximus 12. filios conuocauit, & 12. sagittas, vno fasce comprehensas, natu maximo frangendas dedit. Quod cùm ille nequiret, secundo, inde tertio, & sic cæteris. Verùm cùm nullus id posset, fascem soluit, & minimo natu imperauit, vt sagittas singulas cõfringeret. Quod cùm ille nullo negotio præstitisset, conuersus ad omnes: *Neque vos, filij charissimi, si concordes fueritis, à quoquam superari poteritis, discordes facile conficiemini.* Sabellicus lib. 6. Enneadis 9.

5. Idem probat *Cicero* de iniuriarum obliuione & ἀμνησία: (lib. 44. Dionis;) *Cyrus* ad filios: (Xen. 8. Pædiæ Cyri:) *Philippus Macedo* ad Perseũ & Demetrium filios: (Liu. lib 40.) *Micipsa* ad Iugurtham: (Sall. in bel. Iug.) *Hermocrates* ad ciuitates dissidentes: (Thucyd. lib. 4.) *Bredislaus* Boëmiæ Rex morti vicinus ad Proceres: (lib. 7. Dabruuij:) *Seuerus Imp.* non tam corporis morbo, quàm animi mœrore confectus, cùm finem

vitæ ſuæ inſtare animaduertit, ad ſe vocauit A
toninum & Getam filios, à quibus quid ve
percunctatus: *Facite*, inquit, *vt conuenat in*
vos. Dio & Xiph. Moriturus Antonino ma
filio orationem Salluſtij, qua Micipſa filio
concordiam hortatur, miſit. Vltima eius ve
fuêre: *Turbatam Remp. accepi, pacatam, et*
tannis domitis, relinquo ſenex & æger pedibus
mum Imperium filijs meis relinquo, ſi boni fue
imbecillum, ſi mali. Auentinus lib. 2. Ann. Bo
rum. Diem clauſit extremum Anno Chriſti
& Geta, iuſſu Antonini, in matris gremio occ
eſt Anno Chriſti 214.

6. *Ageſilaus* percontatus, quā ob cauſſam Sp
ta mœnibus non cingeretur? oſtēdit ciues ar
tos & vnanimes, *hi*, inquiens, *ſunt Sparta cin*
tis mœnia, ſignificans Reſp. nullo munimento
tiores eſſe, quàm virtute ciuium conſentient
Plut. Cùm alius idipſum quæſiuiſſet, reſpon
ciuitatem non ſaxis ligniſue, ſed, pro vallo
mœnibus, incolentium virtute muniri oport
quos ſi iungit concordia, nullus poteſt eſſe m
rus inexpugnabilior. *Idem*.

7. *Demetrius Rex* Macedonum, cùm aliquan
à venatione rediret, ad patrem Antigonum le
tionem iam audientem, ſuccinctis vt erat
acceſſit, eumque oſculatus conſedit, *hac*, inq
concordia, regni noſtri tutiſsimum erit præſidi
Diſcedentibus itaq; Legatis, *Renuntiate*, inq
Antigonus, *ô viri, talem amorem animiq; pie*
qualem vidiſtis. Idem.

8. *Micipſa Rex Numidarum*, iamiam mori
rus, filios ſuos paterno monet affectu, vt conc
des ſint, aureis ſemper litteris ſcribendā ſenten

tiam addens: *Concordia paruæ res crescunt, discordia autem maximæ dilabuntur.* Salluſt. de bello Iugurth.

Sunt qui existimant, vt piscatus optimè succedit turbata aqua, & apes feliciter proueniunt ad quarum aluearia murmur ingẽs est: ita sese aliorum discordia ac dissidijs emergere atque inclarescere posse. Et sunt in ea sapientes multi sententia, etiam ex inimicis vtilitatem capere cordati hominis esse. *M. Tun. in 44. Pol. Rationes prodissensionibus & inimicitijs.*

1. Quia inimicus, perpetuò vigilans, res nostras intentius obseruat, circumit vitam, vndiquaq; ansam nocendi captans, maximè peccatis inhæret, eaq; inuestigat: quemadmodum vultures ad odorem cadauerum putredine corruptorum feruntur, pura & sana non sentiunt. Itaque vtilis est inimicus ad hoc, vt cauti prouidiq; viuamus, neq; quicquam temerè aut incõsideratè vel dicamus, vel faciamus, neue gaudendi ac ridendi materiam inimicis præbeamus.

2. Vt histriones & cantores Scenicos videmus sæpe in Theatro remissè ac nulla cũ alacritate aut solertia agere: concertatione verò orta aduersus alios, non seipsos modò, sed & instrumenta sua maiore cũ diligentia ad certamẽ aptare, fides explorare, accuratius concentũ instruere, & tibijs canere: ita qui aduersariũ paratũ sibi esse nouit, attẽtius se reſq; suas circũspicere, & vitã constituere solet. Ac propterea Scipio Nasica, nonnullis affirmãtibus, rem Romanã in tuto tunc collocatã esse, deletis Carthaginensibus, in seruitutem redactis Achæis, periculosè nunc Romanorum res sese habere dixit, cùm non reliqui nunc sint, quos Romani vel metuant, vel reuereantur.

3. Optimus vlciſcendi inimicos modus, ſi q
probis honeſtuſque fiat, omnibus ſeſe exhi
ſpectandum iuſtum, prudentem, frugi, in du
do laudabilem, in agendo purum, in victus ra
ne mundum.

4. Inimicorum maledicta & conuitia plur
nobis commodant. Vnde Antiſthenes dicer
ſolitus, eum, qui ſaluus eſſe debeat, opus hab
vel probis amicis, vel vehementiſſimis inim
quòd illi peccantes admonendo, hi crimina
à vitijs auertant.

5. Inimicitiæ ad æmulationem & honeſtam
certationem inflammant. Quemadmodum ex
ſciti agricolæ roſas ac violas putât ſeſe melio
facere, ſi allium & cepas iuxta plantent, quib
ea excernitur quicquid alimento acerbum ac
aut fœtidum: ita inimicus, excipiens inuidia
malignitatis noſtræ ictus, beneuolentiores nos
micis reddit ac commodiores. (*Plut. de capie
ex inimicis & hoſtibus vtilitate.*)

Rationes pro amicitia & concordia Magiſtratuum.

Sed licet hæc ita ſeſe habeant, tamen Reip. t
ceſſarium eſt, vt inter Magiſtratus diſſidia, di
ſenſiones, ſimultates, inimicitiæ vitentur, pacis
concordiæ ſtudeatur. 1. quia Magiſtratus reſpo
eſt leuis ac vulgaris; ſed magna, excellens, ſacra
ſancta, ideoque eundem vnà qui gerit, religio
amandus & colendus, non irritandus eſt; nec ma
ior honos eſt, quo affici Magiſtratus poteſt, quàm
ſi pax, amicitia, & concordia cum collegis colu
tur, diſcordia argumẽtum certiſſimum contem
ptus eſt. 2. in multa mala & incommoda inci
dunt, qui concordiam cum collegis nõ alunt: nam
enim ſuperioribus inuident; aut cum paribus in
viuunt, vt turbas, tumultus, ſeditiones excitent;

que denique sese inferiores contemnunt: (*Plut. de ger. Rep.*) atque ita iucundum inimicis præbent spectaculum, & infirmi redduntur, quia inter se dissident. (*Arist. 5. Pol. c. 6.*) 3. ex infestis hostibus socij interdum fideles, interdum etiam cives fiunt: Albani, diruta Alba, Romam traducti sunt: Latini, Sabini in ciuitatem accepti. Vulgatum illud, quia verum erat, in prouerb. venit: *Amicitias immortales, inimicitias mortales esse debere.* (Liu. lib. 40.) 4. pacis & concordiæ studium plura ac maiora adfert commoda, quàm discordia & iniuriarum propulsatio. (*Dio lib. 44. in orat. Cic. de ἀμνηστία post Cæsaris necem habita.*) Probant hoc exempla. Discordia Pelopidæ & Epaminondæ Remp. Thebanam mirè exercuit. (*Plut.*) Aristides ob discordiam, quam habebat cum Themistocle, dicebat, Remp. Atheniensium nunquam incolumẽ futuram, nisi se & Themistocle in barathrum coniectis. (*Idem.*) Sub Antonio & Augusto, ob horum dissensionem, omnia in Vrbe Romana confusa conturbataque fuerunt. (*Dio lib. 46. Xiph.*)

Boni Magistratus, si quę sunt simultates, inimicitiæ, dissensiones ortæ priuatis ex caussis, eas, i. in collegio & officijs publicis propter Remp. deponunt, ne in tanta quasi contrariorum ventorum lucta nauis Reip. periclitetur, seu, ne in tanta animorum distractione nimium iactentur ciues, & ciuitas, veluti contrarijs motibus distracta, citissimè contabescat. Sic Aristides & Themistocles, cùm ad Salaminem pugnandum contra communes hostes Persas esset, dissensiones omnes & inimicitias patrię in finibus deposuerũt, & communicato consilio, rem bene feliciterque

Quomodo inter Magistrat. inimicitiæ tollantur, & concordia cõseruetur.

gesserunt.(*Plut.*)Et apud Rom. M. AEmyliu
pidus,& Fuluius Flaccus, licet inter sese gra
simè dissiderent, tamen vbi populus eos
Censores creauit, idque præconis renunti
voce fuit,ibidem statim in campo,nondù d
concione,vltrò vterque & pari voluntate c
cti,& se mutuo cõplexi sunt, exq; eo die &
sa Censura,& postea iugi concordia fidissim
micissimeque vixerunt.(*Gell.lib.12.c.8.*)Ide
uius Salinator fecit, cùm Neronem colleg
ctus in Consulatu fuit. (*Val. lib.4. c.2.*) Q.
Maximus Scipionem non amauit, eiusta
ctiones , quas vtiles esse patriæ arbitrat
defendere ac promouere minimè dubi
(*Plut.*) M. Crassus collegæ suo dexteram
porrexit, neque quicquam hîc sese humi
parum sese dignum committere ad popula
xit, cùm ille adhuc impuberem eum Ma
cognominârit.(*Idem.*)

2. Ad tempus cedunt, & locum dant ini
relinquunt potius patriam, & voluntariam
eunt exilium , quàm dent turbas , & Re
periculum conijciant. *Cicero* cùm videre
aut armis contra Clodianos pugnandum
aut Vrbe cedendum , communicato cum L
lo & alijs consilio, exilium ferre, quàm
ac seditionibus occasionem præbere m
(*Plut. in Cic.*) Etsi enim durum admodu
videatur, vxorem, liberos,patriam,opes,
cultates suas deserere, tamen comparatio
cta viri magni, erecti, ac liberalis inge
posse dicere: *Liberos meos amo, sed magn
&, odio hunc prosequor, opprimere cupio, A
ri patriam beneuolentia complector.*

3. Dissensiones in Reip administratione ortas priuatas ad res peruenire minimè patiuntur. Hoc Athenis Phocion, Romæ Cato obseruauit. 4. agunt placidè, & cogitant condonari aut remitti aliquid debere, cùm quod est commissum aberrore vel casu, non malitia proficiscitur, vel humanæ naturæ infirmitas (cuius proprium est errare ac labi) ,consideratur, vel voluntas & consilium agentis spectatur, vel ante acta vita perpenditur. Musicus concentus nunc intentione, nunc remissione fit concinnus. 5. Remouent vitia, quæ concordiam tollunt quatuor, detractionem, ἐπιχαιρεκακίαν; insultationem, & lætitiam, ortam ex alterius erratis; bene aut factorum aut dictorum extenuationem, ex intempestiua æmulatione ortam; & ambitionem, pessimum dæmonem, ac causſam in collegijs ac ciuilibus societatibus omnium malorum. (*Plut. de ger. Rep.*) Adhæc superiores colunt, pares & æquales honorãt, inferiores ornant, (ne dedecori sint Magistratui,) omnes amant. 6. Cauent aut cohibent iram. 7. præparant animum ad patientiam, seu ad aduersa tolerãda, vti Apostolus monet, vt inuicem onera nostra portemus, & sic Christi legem adimpleamus. *Liu. lib.* 25. affirmat, nihil aliud à cæde continuisse homines, nisi patientiam Magistratuum, quòd cesserint in præsentia furori atque audaciæ paucorum. Qui patiens est, non solum aduersarium vincit, sed & seipsum, seu animum suum tanquam hostem pessimum. Sanctus Gregorius ait *libro duodecimo in Iob capite decimo sexto*: Nunquam seruari concordia, nisi per solam patientiam valet.

Vide de Ira.

Cre-

Crebrò namque in humana actione nascitur
de mentes hominum vicissim à sua vnitate &
lectione separentur, & nisi ad aduersa toler
se animus præparet, procul dubio humerus
pori non inhæret.

Prudenter existimârunt illustrissimi Rom
rum, non oportere eos priuatis odijs dissi
qui publicè essent iuncti summa potestate. (
lib. 4. c. 2.) Etenim periniquum est, propter p
tas simultates Remp. in discrimen adducere
abutendum occasione, ad expellenda odia
potius Reip. sunt donandæ priuatæ iniuriæ.
pian. Alex., lib. 2.) 1. *Q. Fabius Maximus* Ce
& duobus Consulatibus simul gestis, exper
se esse dicebat, nihil concordi collegio ef
mius ad Remp. tuendam atque propaga
Quî enim fieri potest, vt Consiliarij bene d
blica re consultent, aut cõsulta ad exitum p
cant, vbi diuortia sunt animorum. *Liu. lib.*
2. Hinc ijdem Romani Concordiæ tem
nullam aliam ob caussam excitârũt, quàm v
minum dissidia, quibus interdum Resp. fluc
re solet, factis in eo sacrificijs deponeren
deoque Seuero Rom. Imp. iam morbo exti
cùm odium inter Getam & Antoninum fi
ob regni successionem esset ortum, Senat
creuit, vt pro concordia vtriusque, Dijs im
talibus sacrificaretur, ac præsertim ipsi Co
diæ: sciebãt enim domesticas & internas di
dias nonnunquam Remp. euertere, aut cer
tenuare. *Xiphil. in Antonino.*
3. Cùm Scipio Africanus Numantinos sæp
ctores tandem fregisset, obsessosq; expugn
Tyresium eorum Principem rogauit, q

ussa Numantia aut prius inuicta, aut post euer-
si fuisset? respondit Tyresius: *Concordia victoriã,*
discordia exitium præbuit. Plut. Apoph.

4. Froissardus *lib 4. hist. Gall.* ait: Tempore Caro-
li VI. Gallorum Regis Hungari & his adiuncti
Galli magnis viribus obsidebant Nicopolim, bo-
na spe concepta, breui se dominos vrbis fore. In-
terim Rex Basa, ex omni sua & vicinorum Prin-
cipum ditione coëgit circiter ducẽta millia ve-
litum, præmisitque octo ferè millia, reliquo ex-
ercitu in duas partes diuiso. Noctu, vt procur-
rentes illos viderunt, statim ad arma festinatio-
ne summa. Porrò qui explorãdi caussa missi fue-
rant, cùm dicerent, modicam esse hostilem tur-
bam, (nec enim præter velites quenquam vide-
bam,) Galli repente magnis animis ad pugnam
properare. Sic instructis, Hungariæ Rex denun-
tiauit, ne quid præcipitanter agerent, vereri se,
ne exploratores omnem exercitum probè con-
templati sint. Alios iam à se missos, locorum &
regionis maximè gnaros, qui intra pauciss imas
horas dubio procul certiora sint allaturi. Consi-
lium hoc multis visum vtile, & proinde omnino
sequendũ. Sed Connestablius Galliæ, quòd prior
ipse sententiam rogatus non esset, bene sapien-
terque à Rege Hungariæ dictum, interpretari su-
perbè & malignè: Hungarum in animo statutum
habere de Gallis in acie dispositis ipse victoriæ
laudem ferat. In hanc sententiam ineptè quidem
ille plurima, non quòd ita sentiret, aut Hungari
consilium reprehenderet; sed quòd inuideret
Principi à Concij, (nuper parua manu fusis hosti-
libus copijs,) auctiori facto. Se verò, quo non a-
lijs in Gallia post Regem amplior sit atque sub-

limior,

limior, vlli postpositum iri, nimirum id inique fimè ferre; & suam potius auctoritatem in re gerendis primam esse debere, & præ cæteris lere plurimum existimabat. Itaque reiecta, qu cæteri probabant, Hungari sententia, minimè ctandum ratus, non exspectato sociorum a lio, in hostem progressus est: quo facto, relo etiam, quantumuis inuitos, adegit, nisi dese res haberi vellēt, iungere copias. Sed qui fruc fuerunt inuidiæ, fastus, discordiæ? Hoc con factum est, vt Galli & Hungari, circumfusa v quaque hostium turba, ad internecionem vs delerentur. Adeò verum est, quod Aurelius V ctor ait: *Lactantis esse, & lautissimi ingeny, ar triumphandi, ob lauream, id est, folia infructuos discrimen, per incertos euentus certaminum, ... ritatem ciuium suorum præcipitare.*

5. *C. Cassius*, authoritatis seruādę caussa, nunq cuiquā contradicebat: Tac. 14. Ann. de eo sic scr bit: *Quicquid hoc authoritatis in nobis est, cre contradictionibus destruendū non existimabā, ...*

6. Cùm *Aristides* (vt supra attigi) Themist admodū esset aduersus, & tamē vnà in legati missi essent: *Visne ô Themistocles*, inquit, *vt montibus inimicitias paulisper deponamus, re turi eas, cùm redierimus.* Quo docuit vir prud tissimus patientia vincendas esse simultates, certè ad tempus deponendas ijs, qui vnà Re negotium promouent. *Plut. Herod. lib. 8.*

7. Cùm *Cretinas* cum *Hermia*, de honoris p rogatiua decertaret, & animaduerteret ea re uitatis salutem periclitari, Hermiæ cessit, & ... sit ciuitatem susciperet gubernandam: se eter aliò profecturum. Quòd si alteras susciperet p...

ces mallet, ciuitate ipse decederet, eiq; imperiũ & gubernacula Reip. relinqueret. Siquidem metuendum summopere, ne ob ambitionem, intestinæq; contentionis studia, ciuitas ipsa funditus interiret. Accepit conditiones Hermias, & optione proposita, Cretinã bellicosiorẽ professus, & magis idoneũ, cui salus Reip. cõmitteretur, ciuitate abijt. Quem Cretinas comiter & humaniter prosequutus, ijs opibus iuuit, atq; ornauit, quas solum vertentibus vsui futuras existimauit. Porrò ciuitatẽ extremis iã periculis proximã, præter spem omniũ, est fortissimè tutatus. *Plut. in Polit.*

1. *Plancus*, Ciceronis familiaris, inquit ad Cic. (lib. 10. epist. 11.) *Non me impedient priuatæ offensiones, quò minus pro Reip. salute etiam cum inimicissimo consentiam.* Vtinam Christiani hos Ethnicos imitarentur, & priuatis simultatibus non affligerent bonum publicum, re, consilio, vita ipsa iuuandum.

Non autem solùm Magistratus boni officium est concordiam cum collegis suis seruare, sed & omnes discordias, dum adhuc in herba sunt, tollere ac sopire.

1. *Leo Byzantius*, Philosophus & Orator, obesus alioquin & prominentem aqualiculum gestans, cùm ad Athenienses Legatus missus esset, seditionem popularem & turbas ciuiles eloquentia sua cohibiturus, mox, cùm legationis suæ capita enarraret, omnibus risum obenorme abdomen mouit; sed ipse, à ludicris illis seriorum occasionem captans, dicere cœpit: *Quanam vobis risus causſa, ô Athenienses? an quòd me pinguem & distento rideatis ventre? Sed audite, est mihi domi vxor,*

cum

cum qua quoad pinguedinem ipse non sum co-
rendus, vtpote qua me triplo sit pinguior, ambo-
men vnus facilimè lectus capit, cùm eadem
mus, & sentimus; sed dum alter ab altero disse-
ipsa hanc, & ego illam viam insisto, integram
capit domus. Quo dicto Athenienſibus peri-
vt pacem inirent, turbas ac ſeditiones co-
rent, populuſque cum Magiſtratu in gratia
diret.

2. Auctor eſt Plut. de ciuili Inſt. ad Traian.
micitias Pardali atque Tyrreni in cauſſa fu-
vt vrbs Sardes tantùm non euerteretur, eaſq
tas eſſe à paruis & ridiculis offenſionibus ſæ
Non enim ſemper incendia, inquit, de facu
bliciſue ædibus initiũ ſumunt; ſed ſæpe è de
cula, lucerna parumper neglecta, ingẽs ex
flamma, vel ignis ſenſim conceptus, deinde
& fomentis reſocillatus, mirum in mode
dere incipit, & primis quibuſque corrept
gius ſerpere, & maximam ſtragem dare
tiones in ciuitatibus non magnæ ſemper co
tiones, nec de publicis rebus diſſidia incen
concitareque ſolent; verùm plerumque pu
creatæ offenſionibus, in publicam peſtem cr
do progreſſæ ſunt, ſtudijs & contentionibu
tuis auctæ. Quare boni Magiſtratus eſt, cum
paruã futuræ cladis initia præuenire, curare
opprimere, vt aut nuſquam exiſtant; aut ha
terunt, præfocentur, ne paulatim aſſumpta
bus, luculenter ſuccreſcant, & tãdem ſuapte
gnitudine Remp. vexent & occupent. Sæp
venit, vt priuatis & paruis rebus initio
ctis, nulla cura, nullis medicamentis adhi
inde calamitates etiam publicæ exiſterent

Regnum in ſe diuiſum, propinquũ eſt ruinæ.

ero admodum æstuabat pacificandis Cæsare & Pompeio: Vtinam, inquit *lib. 9. epist. ad Attic. epist. 2.* in hac miseria Reip. πολιτικὸν opus efficere & nauare mihi liceat. Dissidentũ pacificationem πολιτικὸν opus appellat, & quidem significanter appellat; cùm in hoc Politici viri scopus maximè consistere debeat, vt concors sit ciuitas, cùm ciuitas quasi ciuium vnitas dicatur.

Sublatis causis discordiæ, sequuntur effectus speratæ cõcordiæ.

3. Cùm *Alexander Magnus* intellexisset Ephestionem & Craterum, sibi amicissimos ministros, æmulatione mutua dissidere, & ad sui tutelam fortissimos quosq; Duces pertrahere, vtrosque blandis sermonibus simul, deinde seorsim seductos acerrimè increpuit, iuratus se hostem ei futurum, qui primus alterum verbo violaret; qua obiurgatione ac metu iniecto vtrumque vtrique conciliauit. *Q. Curt.*

4. Cùm *Kanutus Daniæ Rex* animaduerteret, Haraltum Ericumq; fratres (inquit Krantz. *lib. 5. Daniæ*) grauiter inter se dissidere, excogitauit, quonam pacto, rebus inter eos compositis, ad concordiam & integritatem reduceret: facilem nactus est viam, vtrisque minitatus est, eum se viribus suis infestaturum, qui primus ad contentiones rediret.

5. D. *Ludouicus Galliæ Rex* simultates inter aulicos natas semper sustulit, adeò vt nulla vnquam inter Principes & primarios aulicos controuersia fuerit, quam ipse pro æquitate & prudentia non terminaret. Sciebat enim nihil esse potestati vel Reip. lethalius, quàm eiusmodi simultates & dissensiones fouere vel excitare. Testis sit Guelforum & Gibellinorum in Italia factio: Ve-

netorum & Prasinorum in vrbe Constantinop
qua 40. ferè hominum millia perierunt: denic
in Vrbe Vrsinorum & Columniorum. Ioann
Procopius.

SIGNVM XXXV.

CONSCIENTIAE PVRITATI semper studere.

Conscientiæ puritati studere. Fr. Patrit. 9. de Reg. not. 20.

I. CVM *Africano Maiori* ad populũ dies d
esset, (peculatus enim incessebatur, q
ex præda Antiochi ærarium defraudasse crim
retur,) *Hac die Quirites*, inquit, *Carthagini
Deo agendæ sunt gratiæ.* Et prosequente vnive
populo Capitolium conscendit, relicto inde
cum accusatore & præcone tantùm. Et quàm
culpam deprecari, & crimen facile amolir
tuisset, ac etiam Tribunitias iniurias propuli
voluntarium tamen exilium subire maluit, c
tentus sola innocentia & conscientiæ senten
absolutus. Adeò magna vis est conscientiæ, v
hil timeant aut reformident ij, qui nihil adm
runt, quin potius in solida trãquillitate, & in
cussa fiducia versentur semper. Hinc Diog
Philosophus interroganti quænam esset vera
licitas? Quę, inquit, *facit, vt mens & anima sin
petuo gaudio collocetur: hæc autem est ipsa
sientia.* Si enim actiones nostræ, quarum
individua est comes, testis, & pedissequa, ra
fuerint, hilaritatem & lætitiã nobis procrea
summã cum pari fiducia mentis tranquillitat
Hinc Seneca epist. 59. ait: *Sapiens nunquã sine g
dio est: gaudiũ hoc non nascitur, nisi ex virtute
sientia.* Et epist. 27. *Sola virtus præstat gaudiu
petuũ, securum, etiam si quid obstat, nubium m*

D. Ioan à Chokier Thes. Pol. lib. 3. c. 6.

interuenit, quæ infra ferũtur, nec vnquã diem vincũt. Et Plut. de cupid. diuit. *Honestas ac virtus propriũ iubar, magnamq; lucẽ habet in animo, & gaudiũ domesticũ parit, siue videat aliquis, siue lateat omnes & Deos & homines.* Cic. pro Cluent. *Si optimorum consiliorum atq; factorum testis in omni vita nobis conscientia fuerit, sine vllo metu summa cum honestate viuemus.*

Cic. 2. Tusc. conscientia virtutis satis amplum theatrũ est.

2. *Antoninus Imp.* tantæ tranquillitatis semper fuit, vt vultũ nunquã mœrore mutârit: idq; propter conscientiã benefactorum. *Capitol.* Rectè ait Plato: Quicunq; potest se sustentare memoria & recordatione honestorum consiliorũ & factorũ, huic sẽper adest bona spes ac fiducia, quæ est dulcis nutricula senectutis, vt Pindarus ait. E contrario, qui circumferunt contaminatam multis sceleribus conscientiam, subinde expauescunt, terrenturque, sicut pueri dormientes solẽt spectris & portentis somniorum excitari.

Conscientiæ aculeis diuexantur mali.

3. *Nero* post interfectã matrẽ & præceptorẽ suũ Senecã, sceleris sui conscientiã (quanquã & militũ, & Senatus, populiq; gratulationibus firmaretur) nec statim, nec vnquã ferre potuit, sæpe confessus, exagitari se materna specie, verberib⁹ furiarum, ac tædis ardentibus. Suet. *c.* 46. ait: Occisa matre vidit per quietẽ nauẽ sibi regenti, extortũ gubernaculũ, trahiq; se ab Octauia matre in arctissimas tenebras. Et modò pennatarũ formicarum multitudine oppleri, &c. Tandem dignũ flagitijs & sceleribus suis vitæ exitũ sibiipsi fecit.

4. C. *Caligula* nõ plus quàm trib⁹ nocturnis horis quiescebat, ac nẽ his quidẽ placida quiete, sed pauida miris rerũ imaginib⁹, &c. Nã qui Deos tãtopere cõtẽneret, ad minima tonitrua conniuere, caput obuoluere, ad maiora verò proripere se

Vide Theatrũ historicum.

è strato, sub lectumque condere solebat. Suet. 50. & 51. Rectè ergo Seneca epist. 97. *Multos tuta liberat pœna, metu neminem*, &c.

5. *Domitianus* pauidus semper & anxius, mis etiam suspicionibus præter modum com uebatur, & antequam interficeretur, Iunium sticum, quem innocentem occiderat, gladio venientem in somnis vidit. *Xiphil. Suet. c.*

Furiæ & scelerum faces.

6. Cùm *Alex. Magnus* Clitum amicum per mulentiam occidisset, tantos animi cruciatu stinuit, vt exclusis omnibus arbitris & ani iam sibi manus allaturus esset, nisi Anaxar Philosophus superueniens impediuisset, var alloquijs à præcipiti consilio reuocasset. *Iust. Plut.*

7. *Theodosius Imp.* varijs animi tempestat propter cædem in Thessalonica vrbe man suo patratam, maiorem in modum exagitabu & Ruffino familiari, qui illum alloquio sola tur, humi prostratus, lacrymasque fundens, t dem inquit: *O Ruffine, tu mea mala non senti lamentor & gemo calamitatem meam: quia je quidem & mendicantibus aperta sunt templa & proprium Dominum ingredientes licite ex mihi verò ingressus ad eum non est: insuper m cæli mihi sunt clausi*: (erat enim à D. Ambros piscopo anathemate percussus.) Hæc dicens, gultibus verba singula interrumpebat, neq; q uit, dum à D. Ambrosio nexu excommunica nis solueretur. Theod. hist. trip. 9. cap. 30. R ergo, inquit Ambr. epist. 18. lib. 5. *Nullus mai dolor, quam is, qui peccati mucrone vulnerat scienti animæq; vllum grauius est onus, quam pe torum sarcina & pondus flagitiorum.* Et Plut.

Tra

Tranquil. *Facinorum conscientia, sicut vlcus in carne, in animo pœnitentiam relinquit, assiduè lacinantem & pungentem: & alias quidem curas doloresq; aufert, ipsam pœnitentiam creat, morsicantem cum pudore & à seipsa punitam.*

8. Quo die *Theodoricus Veronensis Rex Gothorũ* Symmachum Consulem Romanum & eius generum Boetium iusserat interfici, propter futiles suspiciones affectati regni, eodem die ministri regij apposuerunt in cœna, inter alia fercula, caput cuiusdam magni piscis. Theodoricus verò specie huius piscis ita est perterrefactus, vt existimaret videre se caput interfecti Symmachi minitantis tristia & dira. Hoc igitur spectro prope exanimatus, mox secessit in vicinum conclaue, & intra triduum mœstitia extinctus est. *Procop. lib. 1. Crantz. lib. 3. Sueciæ c. 19.* *Conscientiæ laniatus.*

9. *Michaëlem Palæologum* Imp. Græc. afflicto animo & conscientia semper turbata fuisse scribunt ob innouatam à se Religionem, quam hoc consilio susceperat, vt Imperium ad suos liberos prorogaret, & tamen tam exiguam gratiã à filijs reportauit, vt honorem sepulturæ mortuo denegarent. *Gregoras lib. 5.*

10. *Bessus*, apud Plut. *de sera Num. vind.* cùm patrem suum necasset, diuque id scelus clam fuisset, postea temporis ad hospites quosdam cùm iuuisset cœnatum, nidum quendam hirundinum hasta incussa deiecit, pullosq; interfecit: cumque ij, qui aderant, quærerent, quanam re impulsus, rem tam insolentem egisset? *Nõ*, inquit, *auditis hirundines falsò de me vociferari & testari, me patris mei esse interfectorem?* Mirati qui intererant hũc sermonem ad Regem detulerunt, eoq; certis ar-

gumentis comprobato, pœnas luit, suo indic
accusatus. Nihil igitur verius illo Polybij: Nul
Fragm. *neq; testis tam formidabilis, neq; iudex tam gra*
quam conscientia, quæ mentibus cuiusq; insidet,
inhabitat. Vnde B. Iob c. 15. & 16. de scelerato
quit: *Vndiq; terrebunt eum formidines, & imm*
pedes eius, & sonitus terroris sēper in auribus e
Extremam certè improbitatis lineam attigit,
conscientiæ testimoniū parui pendit. Pudor
conscientia, ait Xenophon *lib. 5. Cyropæd.* pœn
sima sunt certissimaq; facinorosorū flagella.
in ipsa mēte humana, inquit Chrysost. *Conc.*
Lazaro, tribunal quoddā à natura constitutū
vbi vnusquisq; sui sceleris est index, testis, &
dex, vt cùm ipse propriæ culpę conscius, sep
capitis condemnet, pœnam sibi postea à ma
authore inflictam iustissimam esse agnoscat.

Tertull. ait de conscientia, quam hominis
mato quasi indelebilem characterem impo
Deus: *Potest obumbrari, quia non est Deus: est*
qui non potest, quia à Deo est. Nā nubes aliqua
aulæum potest obduci; sed prorsus nō tolli;
ipsa aulęum tollit. Hanc ergo habeat Magistra
consiliorum actionumque suarum ducem &
gistram. *Nihil,* ait S. Bern. ser. 85. in Cant. *Hab*
clarius, nihil hoc gloriosius testimonio, cùm ver
in mente fulget, & mens in veritate se videt.
vius Drusus cùm domum in Palatio ædificare
architectus offerret ita se structurum, vt ho
ab arbitris & omni despectu esset: *Quin tu po*
inquit, *si quid in te artis est, ita compone do*
meam, vt quidquid agam, ab omnibus inspici p
Multum, ait Lactant. lib. de Ira Dei, *refrenat*
omnes conscientia, si credamus nos in cōspectu
vi

viuere, si non tantùm quæ gerimus desuper videri, sed etiam quæ cogitamus aut loquimur audiri à Deo putemus.

Qui non est sibi malarum actionum conscius, is summum gaudium maximamq; animi trãquillitatem sentit. Hinc S. Paulus, 2. *ad Cor.* 1. ait: *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* Contra impij etiam in medijs delitijs angore cõscientiæ & maleficiorum pœna conficiuntur. Hinc Cic. pro Mil. *Magna vis est conscientiæ in vtramq; partem, vt neq; timeant, qui nihil commiserunt; & pœnam ante oculos semper versari putent, qui peccauerint.* Scelerati & Tyranni vbique horrore concutiuntur, & quotidie maleficiorum conscientia cruciantur. Etiã species horribiles ipsis in somnis obijciuntur, quę illos quasi furiæ scelerum vltrices, velut tædis ardentibus exagitant, & quocunque mentem cogitationesq; contulerint, infestantur illoq; & scelerum recordatione & iudiciorum diuinorum metu conficiunt.

SIGNVM XXXVI.

CONSILIIS, ET MONITIS Aliorum bonis libenter aurem præbere, malis verò non parere.

Consilijs bonis parêre, non malis.

1. CVM multi bello capti venderentur, *Philippus Macedo* in auctione sedens, parum decenter vel decorè vestitus erat. Quidã igitur eorum, qui vendebantur, exclamauit: *Parce mihi Philippe, nam à patre* (paternus) *tibi sum amicus.* Philippus interrogauit, vndenam hæc amicitia conflata esset. Tum ille: *Volo*, inquit, *propius*

pius accedens tibi hoc indicare. Qui cùm admiss
esset, quasi arcani quippiam dicturus: *Dem*
inquit, *chlamydem aliquantulum, nam ad ſta*
modum indecenter ſedes. Mox Philippus: *Hu*
inquit, *dimittite liberum, neſciebam illum ver*
mihi amicum eſſe. Sensit eos præcipuè amicos
se, qui rectè nos admonent, & probè nos in
tuunt. *Plut.*

2. *Tiberius Cæſar*, licet fuerit singulari prude
tia præditus, pauca tamen fecit ex seſe, vel ni
potius, sed de minimis quibusque rebus refe
bat ad Senatum, cumque eo communicabat o
nia. *Dion Nicæus in Tib.*

3. *M. Antoninus Pius Imp.* Philosophus cog
minatus, nihil vel in bellicis, vel in ciuilibus
gotijs agebat, de quo non prius conferret
grauibus viris, dicens: *Æquius eſt, vt ego tot*
liumq, amicorum conſilium ſequar, (fidorum c
siliariorum sententię subscribā,) *quàm vt tot*
leſq, amici meam vnius ſequantur voluntatem
go eos in meam pelliceam voluntatem) seu, c
silijs semper adhibuit peritissimos I.C. etsi qu
do solus in sententia aduersus eos esset, dicēb
expedire potius, vt iuxta plurium amicorū
tentiam faceret, quàm vt tot sapientes eius
lius opinionem sequerentur. *Capitol. & Sal*
lib. 4. Enne. 7.

4. *Alexander Seuerus Imp.* Vlpianum I.C. ta
topere veneratus est, vt sine illo maius aliq
vixdecreuerit, cœnis etiam ac conuiuijs suis
stem vbique adhibuerit. Idem maioribus tract
dis rebus, siue publicis, siue priuatis, doctos se
per viros adesse voluit, eos, qui aberant, per e
stolam consulebat. *Pontan. lib. 1. c. vlt.* Lamp
se

fert eum nihil rei maioris decernere solitũ fuisse, sine 12. aut, vt quibusdam placet, 20. I. C.

5. Bias, Prienensium Philosophus, Princeps, ac Dux, rogatus quid esset, de quo bonos iuxta ac malos maximè sollicitos esse mortales oportet? respondit: De quærendis consilijs & consultoribus: nam neque res secundas conseruari, neq; in aduersis resisti inimicis pluribus, nisi cum maturis & viris & consilijs posse. Tac. 13. *Ann.* ait: *Plura in summa fortuna auspicijs & consilijs, quàm telis & manibus geruntur*, Xenop. 8. Cyrop. *Multi debent esse Regis oculi, & multæ aures.* & Eurip. σοφὸν γὰρ ἓν βέλτιον τὰς πολλὰς χερὰς νικᾷ: *Mens vna sapiens plurium vincit manus.*

6. *Cicero* pro Cluentio ait: *Sapientissimum esse dicunt eum, cui quod opus sit ipsi veniat in mentem; proximè accedere illum, qui alterius bene inuentis obtemperet.*

7. Rex *Salomon* ait Prou. 12. v. 15. *Qui sapiens est, audit consilia.* & Ecclesiastici 32. c. *Sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis.*

8. *Rex* quidam Lacedæm. quærenti qua ratione quis fidele & perpetuum seruet regnum, respondit: Si amicis iustam admonendi libertatem concedat, ac subditos, quatenus efficere possit, non negligat lædi. Rectè ergo Sallust. *de Rep. ordin.* inquit: *Omnia regna, ciuitates, nationes vsq; eò prosperum imperium habuerunt, dum apud eos vera consilia valuerunt.*

9. Dion Cassius author est *Hadriano Imp.* pergratum fuisse, etiam ab infimæ sortis homine commonefieri.

10. Certè qui clauum imperij moderatur, cæteris quæ præest, is maximam curarum molem sustinet.

ſtinet. Salluſt. *in Fragm.* inquit: *Multa cum ſ*
mo imperio ineſt, multi ingentes labores. Ideo
mæ huic poteſtati alij in curarum partē a
gendi, ſunt: tum quia facilius munia Reip.
atis laboribus exſequetur: tum quia melio
ſtimabitur, quòd ſolus omnia non præſumi
ſolùm melior, ſed & prudentior: quia, vt a
nander, σοφοῖς ὑμιλῶν κάυτὸς ἐκβήσῃ σοφ
piens erit ſapientibus ſæpe aſſidens. In bon
ſiliarijs Rex in vtraq; fortuna firmiſſimum
ſidium & laboris ſui alleuamentum exper
Hinc *Otho Imp.* apud Tac. 1. hiſt. inquit: Æt
tas rerum & mea cum veſtra ſalus incolu
Senatus firmatur.

Tac. 1. Annal. Caſiod. 8, var. ep. 9.

11. *Moyſi* Duci populi Hebræorum, cōſiliji
uamenti cauſſa, Deus adiunxit 70. viros ſen
& prudentiores, quos duceret ad oſtiū Tab
culi fœderis, vt cū illo ſuſtinerent onus p
ne ipſe ſolus pondere negotiorum obruet
Vnus, quantumuis alacris, fortiſq; corpor
nimo, in tanta negotiorum, quotidie affluē
mole ac multitudine, nō ſufficit: proinde ſu
Magiſtratibus aſſumendi ſunt Optimates ſe
ſpectatæ prudentiæ, fortitudinis, iuſtitiæ, pie
incorruptæ, & ante omnia infenſi qui ſint
biæ. Hinc S. Chryſoſt. de laud. D. Pauli Hom.
Licet mirū in modū ſapiēs ſis, & perſpicax e
oportet: attamē homo es, & conſiliario tibi o
& nonnunquā euenit, vt ſapiens non videat q
portet, & minor & hebetior clarè & caute e
ſpiciat. Sapiēs ille Moyſes, qui tanta miracula
ratus eſt, non animaduertit rem, quam mort
plerique conſiderant: ſocer autem eius, homo
barus & obſcurus, ſtatim animaduertit. Itaq;
ſuas

bitarijs omnes opus habent, etiamsi Moysi conferri possint: multa enim sunt, quæ magni & admirabilis viri ignorant, quæ tamen parui & abiecti scire solent.

12. *Hieronem* Siciliæ Regē interfectum fuisse ferunt, propterea quòd rectè monentium consilia contēneret, Senatus authoritatē pessūdaret, leges quas vellet pro sua libidine violaret. *Liu. lib.* 3.

13. *Romulus* vrbis Romanæ conditor ac Rom. primus Rex ab ipsis Senatoribus fuit occisus, & *Tarquinius Superbus* eiectus, quòd vterque Senatum contempsisset, ac suo arbitratu omnia gereret. *Liu. lib.* 1. *Flor. l. c.* 1. & 7.

14. *Ludouicus XI. Galliæ Rex* nulla de re Senatū cōsulebat, quod quia sibi exitiosum esse experiebatur, pœnitentia ductus Carolū filium ita instituere volebat, vt litteras nescireț, modò tamen tria illa verba teneret: *Nescit regnare, qui nescit dissimulare*, vt alienis potius consilijs, quàm suis sapere ac res gerere cōsueſceret. Existimabat enim multo satius esse, filium plurium amicorū, quàm plures amicos, doctos, ac sapientes, singularē illius sententiam sequi. Nàm rectè ait Isocr. *de pace*: Qui sapientum consilijs obtemperant, rem præclarè gerunt. & Hom. Iliad.

Maior adest, & plena duobus
Pectoris atq; animi præstantia, copiaq; rerum
Vberior, vis consilij præsentior omnis,
Dum nunc hic, nunc ille aliquid, quod & vtile credat,
Inuenit, alter & alteri sæpe indiget vsu, &c.

16. *Assuerus* Rex Persarum postquam indignatus esset quòd Regina Vasthi ad solemne conuiuium venire recusasset, interrogauit sapientes,

tes, qui ex more regio semper ei aderant, & e
rum consilio cuncta faciebat, cui sententiæ
sthi subiaceret, quę Regis imperium facer
luisset. *Esth.*1.

16. *Octauianus Cæsar* 44. annis Remp. in
sima pace gubernauit, & præter alios inte
consiliorum administros, Mecœnate & Agr
fidissimis amicis vsus est, eosque beneficentia
muneribus amplissimis sui peramantes re
dit. Postquam verò hi vitâ cum morte com
tâssent, ipseq; filiam Iuliam stupris famosa
legâsset, eum solum in cubiculo stantem fe
ad memoriam illorum illacrymâsse, eosqu
mine vocâsse, sæpe illud exclamando: *Horum*
hi nihil accidissent, si aut Mecœnas, aut Agrip
xissent: sentiebat & ad secundas res, & ad a
sas nihil esse vtilius fidorum amicorum co
& alloquio. *Suet.c.66. Seneca 6. de Benef.c.*

17. *M. Cato* lib.1.de re rustica scribit, sua
fuisse adagium: *Romanus sedendo vincit*, pe
rea quòd Imperium Rom. consilijs clari
rum, Senatusque & Magistratuum prudentia
armis regeretur. Hinc ex tantilla origine ad
tam amplitudinem processit. Pœnas conte
tium bona consilia, vide in Theatro hist.

Consultationibus autè Principes interfi
si, & maturè deliberent, quam sententiam
multis sequantur. Ladislaum Hungariæ & Bo
miæ Regem adhuc puerum, cùm *Friderico*
Rom. Imp. educaret, sanguine sibi coniunct
non defuerunt ex consiliarijs, qui puerum
perdendum Cæsari suaderent, cuius mors o
maximas plurimaque regna allatura esset.
Imperator: *Quî fit*, inquit, *quòd me diutem*

eius, quàm pium erga meos esse cupitis? Ego diuitias non ita amo, vt impijs consilijs persuasus, propter eas indignum facinus perpetrare velim. AEn. Syl. 3. de gestis Alph. Docere voluit, consilium pessimum, cumque crudelitate coniunctum, à Principibus reijciendum esse, nihilque consiliariorum persuasione faciendum, quod Principis Maiestatem lædere, eiusque nomen bonamque famam obscurare apud subditos possit. Rectè enim ait Isocrates, Orat. de pace: *Non aliorum cõsilia duntaxat otiosè audienda sunt, sed ipsi quoq; diligentissimè de rebus cogitare debemus.* Et Seneca in Epist. *Sapientis est examinare consilia, & non citò facili credulitate ad falsa prolabi.*

SIGNVM XXXVII.

IN CONSILIIS LOQVENDI LIBERtatem, (liberas consultantium voces,) admittere, & liberè animi sui sententiam promere.

In consiliis libertatem loquendi admittere.

TYrannorum est hanc libertatem eripere, vti sequens docet AEsopi Apologus: Leo, qui repræsentat imaginem Tyranni, quondam ægrotabat iuxta congeriem cadauerum: habitabat enim in spelunca admodum fœtida, cuius fœtor omnium prætereuntium nares offendebat. Cùm igitur inter reliqua animalia primus ad inuisendum Leonem iuisset Vrsus, qui parum ad ciuilitatem assuefactus erat, interrogauit eum Leo, offenderetur ne fœtore speluncæ? respondit ille ingenuè & apertè suo more: *Profectò ego vix possum*

Herod. 3.

ſum tolerare hunc fœtorem, malim procul hinc
eſſe, quàm diutius hic ſubſiſtere, & cõmorari. H
propter nimiam παῤῥησίαν malè mult
ſed ita tamẽ, vt eius vitæ parceret. Secundũ h
venit Lupus, qui territus exemplo Vrſi, id q
ſentiret noluit dicere, ſed magis Tyranno a
tiri, & interrogatus à Leone quid naribus pe
peret? delectari ſe odore eius & domicilij re
dit, adeò vt non poſſet ei anteferre fragran
aromatũ. Hunc mox in fruſta cõcerpſit Leo,
pter imprudentiſſimã aſſentationẽ. Poſtea
& Vulpecula ſalutans Regem & dominũ, qu
terrogata ſuper eadem quæſtione, reſpond
non poſſe diſcernere bonũ odorẽ à fœtido,
eo die ambulâſſet in nebulis, & laboraret p
ta. Fabula eſt, ſed ſub cuius cortice latet doct
quæ docet quàm difficile ſit viuere moribu
rannorũ. Aperit quis mentẽ ſuam, & dicit li
offendit: aſſentitur Tyranno, etiam peccat, &
rumq; grauius: ſiquidẽ omne id, quod præte
ritatẽ, adulandi cauſſa fit, in ſuſpicionẽ
Dio lib. 58. Sic Iulio Cæſare dominationem
to, libertas ciuibus Romanis erepta fuit.
Cic. ad Sulp. ſcribit (li. 4. epiſt.) *Hoc ipſo me*
tua, quã noſtra cõditio, quòd tu quid doleas ſ
re audes: nos ne id quidẽ tutò poſſumus. Vide D
l. 42. At boni Magiſtratus hãc libertatẽ adm
1. *Auguſtus Cæſar* ſi quid publicè deliberan
proponeret, ſeriò omnes cohortabatur, vt
ſibi conſiliũ aperirent, annuens eis omnẽ lib
tẽ *Dio lib.* 53. Timor enim nũquam fidele co
daturus eſt. *Seneca li. 6 de Benef. c.* 17. Pauid
ſilia in incerto ſunt. *Tacit.* 3. *hiſt.* Hinc idẽ A
ſtus in cauſſis grauioribus, quod ſuaſum ei à

co

cœnate, sententias non palàm rogabat; sed (quò magis liberè dicerent) in tabellis eas scriptas ad se solum, ne cui alij innotescerent, perferri iubebat, sed & lectas statim deleri. *Dio lib.* 52. Idē olim factum in Areopago.

2. *Hadrianus Cæsar* non ægrè ferebat admoneri & corrigi vel ab humili persona. *Dio Cassi.* Rectè enim ait Seneca epist. 9. *Omnium honestarum rerum semina animi gerunt, quæ admonitione excitantur, non aliter, quàm scintilla, flatu leui adiuta, ignem suum explicat; erigitur virtus, quæ tacta est & impulsa.*

3. *Carolus V. Imp.* dicere solebat, primū prudentiæ gradum esse, firmū propositū non errandi, secundum auscultare cum patientia & bona mente veritatem, præsertim cùm ea resultat in bonum eius, cui instillatur. Bart. de Bartolini disc. 10. Sic dicebat Imp. Theodosius de Ambrosio: AEgrè tandem reperi veritatis magistrum.

4. *Diuus Ludouicus* Galliæ Rex filio inter cætera bene regnandi præcepta & hoc commendauit: *Ita te gerito, vt qui tibi sunt à confessionibus & consilijs, liberè te admoneant, doceantque quid in omnibus negotijs sequendum fugiendúmue sit.* Til. lib. 2. rerum Gall.

5. *Artabanus* ad Xerxem ait, apud Herod. li. 7. O Princeps, nisi diuersę inter se sententiæ dicantur, nō potest quis eligere meliorē; sed necesse habet ea, quæ dicta est, vti: at cùm plures dictæ sunt, licet tāquam aurū deligere: quod per se discerni cùm nequeat, cōparatū cū altero discerni potest.

Greg. Naz. in Carm. requirit in Consiliario os liberū, ingentem charitatē, & rerum vsum. Qui enim libertate in dicēda sentētia destitutꝰ est, similis est militi ab armis instructissimo, qui dum pugnandū est, ex vagina gladiū educere, hostēq; ferire non audet. Hinc Syracides c. 37. v. 9. monet Prin- *Vide Ysocr. de pace.*

Principem his verbis: *A consiliario seruu*
mam tuam, &c. *ne fortè mittat sudem in ten*
&c. hoc est, periculum rei faciat, & tenter
sit rei exitus futurus, sicuti sudibus & pali
acutis tentatur fundus terræ, qualis sit.
Ethnicos *Theopompus* rogatus, qua ratione
sartum tectum regnum seruare queat, re
dit: *Si iustam dicendi libertatem Princip*
cis permittat, & subditorum, quoad fier
vindicet iniurias. Plut. Huc & Solonis di
collimat: *Consulenda non quæ suauissima, s*
optima. Seneca autem 6. de Benef. cap. 3
Monstrabo tibi cuius rei inopia laborem
fastigia, quid omnia possidentibus desit, scia
le, qui verum dicat, &c. Subijcit exemplum
xis *cap.* 31. cui, cùm bellum Græciæ indi
alij è Consiliarijs alia per adulationem co
bant: vnus Demaratus Lacedæmonius non
tus est veritatem patefacere. Quamobrem
xes, post infelicem belli exitum, pl
quàm damno, inquit Seneca, miserior,
Demarato gratias egit, quòd so-
lus sibi verum dixisset, & per-
misit petere quod
vellet.

SIGNVM XXXVIII.

CONSILIARIIS (VT OCVLIS ET auribus) vti, ætate, virtute, integritate prudentia, industria, & rerum experientiâ insignibus.

Consiliarij vti optimis.

CONsilium est res sacra, & res præclarè gestæ nil aliud sunt (Platone teste) quàm prudentium consiliorum executiones. Adhæc magna negotia magnis adiutoribus egẽt. (*Velleius lib.2.*) Vnde si quis vult solus omnia regere, superbus magis, quàm sapiens dici videtur. (*Liu. lib.44.*) Et beata profectò est ciuitas, in qua sapiens Senatus viuit, & in qua Senatores & Cõsules iustè ac prudenter de arduis rebus consilium capiunt. Si togati consulant, florebit palma: si armati solùm, verendum est, ne laurus pacis colorem perdat. Vtinam autem in omni Senatu dextras armati & togati iungerent, vireſque ingenij cum lacertis Herculis decertarent. Vlysses Achilli, AEneas Hectori amicus fuit, cùm Pallas armata à collegijs Consulum exularet. Tacitus ait: *Magnum ornamentum Principi corona senum & cordatorum Consiliariorum cinctum esse.*

1. Hinc *Antigonus*, Zenone Philosopho defuncto dicebat, gestorum suorum Theatrũ esse sublatum, quòd ad illius viri iudicium potissimum componeret suas actiones, quem vnum pro multis hominum millibus haberet. *Plut.* Certè qui ingenij ui confidentia ita subnixus ambulat, vt nullius sapientis auxilium requirat, nec monitis eorum obtemperet, is summam sibi sapientiam

arrogat,& ſua temeritate vniuerſam Remp. p
der. Hinc vt olim Reges Iudæorum ſibi in co
lium Prophetas adhibebãt; ſic Magiſtratus C
ſtiani viros huiuſmodi, quos nomine pietati
ſapientiæ excellere ſciebant, in rebus difficil
ribus conſulebant, quorum monitis & conſ
fulcirentur. Contra quia Cambyſes, Cyri f
rum Monarchæ filius, Cræſum Regem ſapie
ſimum cæteroſq; Conſiliarios, (quos Cyrus
ter in maximo honore tenuerat, & filio, vt
faceret conſuluerat,) audire noluit, inter
mum annum regni turpiter perijt.

2. *Alphonſus* Rex interrogatus, quibus Conſ
rijs maximè delectaretur? Libris reſpõdit,
bus ſine metu, ſine gratia, quę poſſe cuperet
liter audiret. *a* Perabſurdum etiã ſibi videri
bãt, Reges ab alijs regi, & Duces ab alijs d
hoc eſt, alienis oculis videre, alienis auribus
dire, alienis linguis loqui: ſeu, à Conſiliarie
arbitrio ita pendere, vt planè horum ſint m
pia. *b* Et Cathalanis optimum factu fore cen
ribus, ſi Alphonſo adhuc adoleſcentulo ſep
viri ad gubernandas Reſp. adiungerentur,
Deum timerent, iuſtitiam colerent, cupid
tes frenarent, neque dõnis vel muneribus
rumperentur, Alphonſum laudaſſe conſil
atque reſpondiſſe ferunt: Si horum vel vnum
deritis, continuò illi & regnum, & regimen
ceſſero, innuens, paucos bonos Regum eſſe C
ſiliarios. *Ibidem.*

3. *Alexander Seuerus Imp.* quos putauit
mos. Vrbanis præfecit negotijs publicis, &
adhibuit Conſiliarios, quos Lampr. recẽſet,
alter. In eius cõſilio fuit Fabius Sabinus, Cato

a Panorm. lib. 3.

b Panorm. lib. 2. Exod. 18. v. 21.

poris sui; Domitius Vlpianus, Iuris peritissimus; AElius Gordianus, Gordiani Imp. pater; Iulius Paulus, Iuris peritissimus; Claudius Venatus, Orator amplissimus; Pomponius, legum peritissimus; Celsus, Modestinus, &c. Iuris Professores, &c. Sic Princeps bonorum consilio firmandus, & fortium hominum comitatu sopiendus est. Vide de Historia.

4. *Homilius* Senator Romanus optare solebat potius malum Principem, qui bonos haberet Cõsiliarios & amicos, quàm bonum, qui malos haberet, quibus rerum administrationem committeret. Putabat enim facilius fore, vt à multis bonis vnus malus ad saniora duceretur, quàm ab vno bono multi à malitia auerterentur. *Fulg. lib. 7. cap. 2.*

5. Etiam *Marius Maximus* referebat meliorem esse Remp. & propè tutiorẽ, in qua Princeps malus esset, quàm in qua amici Principis praui existerent, quòd vnus malus possit à pluribus bonis corrigi, multi ab vno nequaquam. *Cuspin. in Consulibus.* Certè melius est vnum malum pati, quàm multos.

6. *Sigismundus Imp.* beatos esse (beatè victuros) in terris dicebat Reges, si, exclusis superbis & crudelibus Consiliarijs, viros mansuetudinis & misericordiæ cultores in Curia Assessores & Consiliarios habeant, & ijs morigeros sese præbeant. *AEn. Syl. de gestu Sigism.*

7. Licet in comitatu *Alexandri Magni* sapientes & Philosophi essent numero multi, tamen præter cæteros ei familiarissimi erant Aristoteles, Anaxarchus, & Onesicritus. Decet enim Magistratum prudentem consilia quidem audire *Consiliarij intimi.*

multorum; in constituendo verò & concludendo paucorum stare sententiæ. Rectè namq; ait Ve... lib. 3. *Quid fieri debeat tractato cum multis, quid facturus sis cum paucis ac fidelissimis, vel ipse cum.*

8. *Augustus Cæsar* primùm è Senatu 15. mox ... eximios Senatorum legit, cum quibus de negotijs ad frequentem Senatum referendis antea staret. *Suet. c. 35. Dio lib. 53.*

9. *Carthaginenses*, vltra 400. Senatores, consi... arcanum seu intimum habebant, quod 30. exim... Senatoribus constabat. Id erat (ait Liu. *lib.* ... sanctius apud eos consilium, maximaq; adhi... dum Senatum vis.

Vide de Exemplo.

10. *Philippus II.* Rex Catholicus, antequam ... panias, post contractum cum Henrici Regis C... liarum filia matrimonium, repeteret, Duc... Parmensi, futuræ Gubernatrici Belgiarum ... tionum, sanctius seu arcanum constituit con... lium (præter Status & Financiarum, vt voca... quod 12. I. C. constare voluit, cuius Præses ... D. Viglius.

Boni autem Principes legunt Consiliarios *Ingenio mediocri, non prægrandi*; quia ingenia cria, & acuta nouandis, quàm gerendis rebus ... tiora sunt. Q. Curt. *lib. 4.* &, (vt à Stagyrite ... Senecam *de Tranq. vitæ* notatum est) *raro magn... ingenium est sine mixtura dementiæ*; vt recte ... xerit Eurip. *Mens quæ sapit nimium, non sine dæ... no sapit.* Vt aptior est ascia, quæ aciem habet pa... lo obtusiorem, quàm acutissimam: ita ad resp... rendas multo est præstantior, cuius mens non ... est subtilis & acris. Thucyd. lib. 3. in Orat. Cleo...

Notæ bonorum Consil. & Senat.

D. Chokier *lib. 3. Thes. Pol. c. 5.*

Plato dicebat *in Timæo*: Magna ingenia, non ... lus

liter atque arbores pluribus quàm conuenit fructibus grauidæ, nimia vbertate luxuriant. μεγάλαι φύσεις ἐκφέρουσι τὰς μεγάλας κακίας: præclaræ naturæ producunt (adiuncta habent) sæpe magna vitia.

Pericles fœcundo quidem fuit ingenio, at pestis pernicieſque fuit patriæ. *Plut.* Etiam populi, qui cæteris ingenio præstãt, rerum nouandarum perpetua cupiditate feruntur, vt de Athenienſibus, Megarenſibus, Syracuſanis, Florentinis, Genuenſibus proditum eſt. Tunc enim ſe quiſq; imperio dignum iudicat, ac ſibi ſapere plus ſatis quiſque videtur, nec niſi difficilimè recta præcipientibus cedit. Primò igitur prægrandia ingenia ad conſilia minus ſunt admittenda: quia ſæpè ignara ſunt obſequi. 2. quia præacuta ingenia nõ ſunt expediti conſilij, propterea quòd præ multiplici inuentione & rationum copia plerumque nutant, & ægrè expediunt aliquid, cui inſiſtant. 3. ſemper perturbationibus agitantur. 4. ſemper aliquid mouent, nec in conſilio aliorum ſententijs libenter acquieſcunt. Hæc autem peruicacia optimorum cõſiliorum eſt inimica. Hinc Cleon Dux Athen. dicebat: Imperitiores homines ſi cũ peritioribus conferantur, Remp. plerumq; melius adminiſtrare. Nam iſti quidem & legibus ſapientiores videri, & in publicis conſultationibus ſemper ſententiam obtinere volunt, quaſi in alijs maioribus rebus ingenij ſui vim oſtentare non poſſunt, atque propterea plerumque Reſp. euertunt: illi verò, quia ſuæ peritiæ diffidunt, illius, qui rectè ſententiam dixit, à ſe vituperari non poſſe, vltro fatentur. Itaque Reſp. plerumque rectè adminiſtrant: quia ſunt æqui rerum æ-

ſtimatores potius, quàm concertatores: hæc
apud Thucyd. *lib. 3. hiſt.*

II. *Senes, prudentes, & eruditos.* Sapientia
nim decurſis multorum annorum ſpacijs, &
go variarum rerum vſu comparata, ſenec
plerumque comes eſt indiuiduus. Ad rectè
ſultandum & iudicandum neceſſaria eſt prud
tia & rerum vſus: (Ariſt. 7. Pol. c. 9.) at hæc
niſi longo tempore comparari poſſunt.

Seris venit vſus ab annis.

Iſocr. ait epiſt. 6. *Experientia & rerum*
tarum vſus ſenes erudit, atque efficit, vt
pediat acutius quàm alij proſpiciant. Sparta
Rep. Iudices eſſe non potuerunt, niſi qui a
num ætatis 60. peruenissent. *Plut. Liu. lib.*
cat, ætatem adferre feruorem & audaciam
filium autem indies creſcere ſeneſcentibus
tijs, matureſcente ætate. Xenophon: Vt no
citharædi multas citharas perdunt: ita cupi
uenes Remp. vt plurimum euertũt. Hinc Ly
gus apud Laced. inſtituit, vt 28. Seniores ſe
Principibus Laconum aſſiſterent, quod Cõſi
γερουσίαν nuncupauit. *Plut.* apud quem
Pindarus ait: *Conſilia ſunt ſenum, hæc iuue*
quia vires ſunt in iuuenibus, prudentia eſt in
nibus. (*Ariſt. 7. Pol. c. 9.*)

Romulus, primus Romani Imperij conditor
conſilium Reip. Seniores populi elegit; qui
Patres, ob reuerentiam; & Senatores, ob ætat
dicti ſunt. (*Liu. 1. Dionyſ. Hal. 2.*) Moyſi Duci D
præcepit, vt 70. Seniores populi deligeret, q
filij & leuamenti cauſſa. *Num. 11.* Si Roboam
ſenum conſilium ſequutus eſſet, Regnum ſta
uiſſet; quod prope perdidit, & euertit co
ap

iuniorum, cui annuere maluit. 3. *Reg.* 12. Consimilem ob causſam *Ludouicus XI. Rex Galliæ* penè Regno excidit, vt ipſemet Carolo filio moriturus aperuit, quem proinde ſummopere adhortatus eſt, vt quos relinquebat ſenes Conſiliarios, eos in conſiliũ adhiberet. *Commin.* iuuenes enim impetu & temeritate feruntur, temerè & inconſultò agũt. Rectè ergo ait Cic. de Senect. *Cùm ad gubernacula temerarij atq; audaces homines accedunt, maxima & miſerrima naufragia fiunt.*

Iob ait c. 12. *In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia.* Et S. Hieron. epiſt. 2. *Omnes penè corporis virtutes mutantur in ſenibus, & creſcente ſola ſapientia, decreſcunt cætera.* Et in Procemio in Amos: *Senectus nos ab imprudentiſſimis dæmonis liberat voluptatibus: gulæ imponit modum, libidinis frangit impetus, auget ſapientiam, dat maturiora conſilia.* Syracides c. 25. ait: *Quàm ſpecioſum: canitiei iudicium, & ſpecioſa veteranis ſapientia,* &c.

Appellãrunt Spartani Magiſtratus ſuos πρεσβυγενεῖς, natu grandiores, & γερόντας, ſenes: à ſenio etiam apud Romanos Senatus nomẽ accepit: γερουσίαν Curiã vocari Romulus voluit: (*Plut. in lib. an ſenib. Reſp. gerẽda.*) hoc nomẽ docet Seniores clauum Imperij tenere oportere.

Legibus etiam conſtituendum eſſe Plato monet, ne quis Magiſtratum quenquã gerat, qui pauciores, quàm 50. annos habuerit: iuuenes non admittit, quòd improborum verſutijs facile circũueniantur, cùm earundẽ affectionũ (quas improbi ſequuntur) exẽplo in ſe minimè habeant. (3. & 5. *de Rep.*) Quin & leges ciuiles hoc requirũt, quę ad Rẽp. adminiſtrandã nolũt ante 25. annũ, vel ad

munera, quæ non patrimonij sunt, vel hon
minores quenquam admitti. (*Dig.lib.* 40.t.
ætas in legendo Senatore certa Romæ est ob
uata, nec Consulatus geri potuit ante 43. ann
prætura ante 40. AEdilitas & Quæstura ant
(*Sigon.de antiquo iure ciuium Rom. lib.*2.c.2.
*chius lib.*1.*de Comitijs Rom.*)

Etiam ad iudicandum annus ætatis legiti
31. fuit. (*Suet.*) Apud Chalcidenses infra 30.
nũ Magistratũ gerere nemo potuit, vti nec S
tæ. (*Plut.in Lycurg.*) Senescentibus enim v
feruore & audacia ætate sublata, cõsilium in
crescit, est corporis infirmitas, mentis sobr
senescentibus corporis membris, sensibus e
litis, in consilium proxima transeunt. (*Lin.*
Accedit experientia, & multarum rerum
vt tertium quendam oculum (experientiam
nes habeant, quo rerum euentus facile per
ciunt. (*Plato* 3. *de Rep.* *Isocr.epist.*6.) Et vt me
cus ille melior dicitur, qui diutius inter ægr
versat' est, aut ipse æger extitit; ita senex ac
prospicere iudicatur, quid expediat, quàm i
nes. Sed & ordo naturæ hoc requirit, vt iuue
senili sub disciplina viuant, vt quæ à minus p
fecto ad perfectum progressa, iuuentutis ob
quium, senectutis imperium docet: iuuenes e
sunt quasi teneriores plantæ, quæ ne in curs
crescant, senectutis baculo fulciri ac sustem
debent. (*Arist.*7.*Pol.c.*14.) Adhæc possunt ita
trectationes & odia vitari: quia carent odio
inuidia senes; aut si est inuidia, similis fumo
qui cùm initio adeuntibus ad Remp. quasi
sus largius offertur, postquam hi effulserunt,
uanescit. (*Plut.lib.an seni ger. Resp.*) Etiam se

bus Resp. capessenda, vt iuuenes multos ad administrandam Remp. rectè informent. (*Ibid.*) Cùm verò & authoritas plurimum in Magistratu possit, vel hoc nomine senum ratio habenda est, vt sit, vel hoc nomine senum ratio habenda est, vtpote in quorum vultu obseruanda maturitas appareat, quæ plurimum apud populum authoritatis conciliat. (*Ibid.*) Contra adolescentiæ ac florentis ætatis propria est temeritas: (*Cato de Senect.*) per ætatem iuuenes imprudenter multa faciunt, & illos, quorum consilia sequi debebãt, aspernantur: (*Cominæus lib. 7.*) ad honores euecti, intemperanter, atque insolenter se gerunt: (*Seneca in Thyeste.*) affectus vehemẽtes habent, eosdemque regere nequeunt. *Idem in Troade. Arist. 2. Rhet. c. 12.*

Roboamus, relicto seniorum consilio seipsum maxima regni parte priuauit. Cùm *Carolus VI. Gallorum Rex* adhuc puer solo nomine Rex esset, æmulatione factionum Gallia intestinis bellis miserè agitata est, Angli à Burgundione euocati, Regnum occupârunt, & Rege suam in potestatem redacto, quas voluerunt fœderis conditiones scripserunt. (*AEmil. lib* 10. *Polyd. lib.* 23.) Sub Frothone III. impubere Rege Dania miserrimè improborum Præsidum tyrannide oppressa est. (*Olaus lib. 8.*) Rectè ergo Cic. *de senect.* Maximæ, ait, Resp. ab adolescentibus labefactatæ, (euersæ) à senibus sustentatæ & restitutæ sunt. Non quidẽ à consilijs, vt nec à ciuilibus muneribus penitus excludendi sunt iuuenes, in quibus est senectus venerabilis morum, & cana prudentia. Nam Sap. 4. v. 8. dicitur: *Cani sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata.* Vide c. 25. Syr. Isocr. in Archid. ait: *Nullam in consilijs ætatem repudian-*

dam esse. Venetorum legati missi erant à Se
ad Imp. Fridericum III. iuuenes admodu
tantùm non imberbes, quibus Imp. copia
facere recusauit. Causſam quærentibus, re
sum, morem illum iam apud Imp. inualuis
Principibus omnibus innotuisse, vt nonni
gati ad eum mittantur, nisi natu grandes, to
iam iuuenes barba adhuc carentes. Quare
ta, Legati quempiam rogatum Cæsarem
runt, vt saltem eos admitteret ad collo
super re ad legationem non pertinente. A
quidem, sed ægrè. Ingressi sic eum affa
Cæsarea Maiestas, si Resp. Veneta prudentia
dexteritatem existimaret in barbis modò
hircos procul dubio duos ad Vestram Mae
Legatos misisset. Quo dicto (cessi tali consen
nus digno,) ostendere voluerunt, prudentia
esse semper facie metiendam, & simul ha
prouinciam ab Senatu nequaquam esse co
sam, quin prius tentati essent, an decorè, sal
Vrbis maiestate, legationis personam sus
possent:

Si prolixa facit sapientem barba, quid
Barbatus possit quin caper esse Plaut

Illa senectus est venerabilis, quæ nō can
meritis albescit. Senes autem decrepiti sun
pueri, nonnulli παιδογέροντες, ratione a
filio pueri: (*Plato in Axiocho*, 1. & 7. *de leg.*
propterea legum constitutio non permittit
70. annum excesserint, Magistratum geran
to 6. de leg.) In senectutem etiam quidquid
cura est ruinosum ac interitui obnoxium, ci
tim sese effundit, & quidem ita, vt nullis re

dijs illa imbecillitas auerti queat. Quòd si quis tardius velut debitam vitam non reddiderit, natura, tanquam fœneratrix, instans ac vrgens, ab alio aspectum, ab alio auditum, sæpe vtrumque, tanquam pignus, exigit. (*Plato in Axiocho.*) Itaq; Macrianus oblatum Imperium ob senium suscipere recusauit.

Multi ob anticipatam ætatis prudentiam, (ingenio & sapietia senes,) ad imperia & Magistratus euecti sunt iuuenes. *Dauid*, fratrum suorum minimus, Rex Iudæorum est electus. (*1. Reg. 16.*) *Otho* III. *Imp.* annos vix 11. natus, *Mirabilia mundi* dictus est, propter sapientiam ipsam ætatem superantem. (*Sigeb. in Chron.*) Non ergo omnes adolescentes à Magistratibus & officijs publicis sunt excludendi, sed tãtùm rerum imperiti ac rudes: imò, vt vinum nimis forte diluendum est aqua; ita coniungenda cautio senilis cum feruente studio adolescentũ. (*Plut. in præc. ger. Reip.*) Cogitandum senibus, etiam se aliquando adolescentes fuisse, & consilijs atque actionibus suis ad honorum gradus ascendisse, idq; accidere etiam alijs posse, maximè ijs, quibus recta voluntas adest. (*Demost. epist. 5.*) ideoque malè illos facere, qui iuuenum commodis ac honoribus obstãt, non secus atque arbores vetulæ subnascentes arbusculas vmbra sua premere & necare solent. (*Plut. in præc. ger. Reip.*)

Isocrates Archidamo: Si exploratum esset, seniores de rebus omnibus rectissimè iudicare, adolescentes autem vbiq; falli & hallucinari, nõ immeritò nobis dicendæ sententiæ ius adimeretur. Sed cùm non annorum spatium, sed ingenium & diligentia in caussa sit, vt alios alij pru-

prudentia ſuperemus, nonne vtriuſq; ętatis
culum faciendum eſt, vt ex omnibus ijs, q
cta fuerunt, nobis deligere liceat vtiliſſim
tius tamen eſt, prudentes ſenes anteferre;
quippe ratio, affectibus vnà cum corpore
centibus, inquit Plut. *de Virt. morum*, atque
maior præſumitur in eis prudentia, maior p
tas, ſcientia, morum grauitas, maiorq; expe
tia. Atque hinc eſt, quòd ſenes non ita fac
cipiuntur, vt iuuenes: quia hi rarò aduerſ
bus tentati fuerunt; illi verò fortunam c
nouercantem, votiſq; ſuis contrariam ſen
Hanc ob cauſſam Salluſt. *in Catil.* ſenes re
quorum corpus licet annis infirmum, inge
tamen ſapientia validum ſit. Et quia iuuene
ctoritate carent, Solon, teſte Stobæo, lege v
ne valde iuuenis, aut magiſtratum gereret,
conſilijs magiſtratui eſſet, etiamſi à mente
mè conſtitutus videretur. Athenienſes ſol
populo in concilium ſuper Reip. negotijs co
cato, ſeniores, hoc eſt eos, qui 50. annos
rant, præconis voce è turba ſeuocare, q
conſulerent, quid vtile Reip. videretur, iu
lud Ouidij:

Conſule queis ætas longa magiſtra fuit.

Vt veteres palàm facerent, conſultatio
potius ab animi dexteritate, quàm corporis
bus eſſe conſiderandam, Mercurij imagine
ſpeciem viri ſenis effingebant, manibus pe
que truncatam, membris modò panſis, quo
cabant, parum ad cõſultandum prodeſſe ea
tes, quæ exteriorem functionem habent,
modò vigeant mens & ratio, quæ plerumq;
gis vigent in ſenibus. *Non floreſcit*, ait Plato in

ezo, virtus animi, nisi virtus corporis deflorescat.

III. *Rerum peritia & longo vsu claros.* S. Greg. Naz. (*in Carm.*) inter tria, quibus ornatum vult Consiliarium, est rerum vsus. Cicero, 2. *de* Orat. & 1. Tusc. ait: *Ad consilium de Rep. dandum, caput est nosse Remp.* Plato *in Phædro*: In omni re, inquit, consulendi principium est, nosse id, de quo consilium institutum, aut tota vita aberrare necessum est.

IV. *Fidos*, hoc est, Reip. salutem pura intentione & constanti voluntate quærentes. *Nullus enim*, inquit Greg. Rom. lib. 1. epist. 33. *tibi fidelior esse ad consilium potest, quàm qui non sua, sed te diligit.* S. Bern. epist. ad Henricum Senonensem Archiep. *Omnes*, ait, *iuxta Domini præceptum, etiam inimici diligantur; sed ad consilium soli eligantur, qui & prudentes esse videntur, & beneuoli: absq; prudentia & beneuolentia non sunt perfecta consilia*, &c. Consiliarij igitur non præsentia solùm rectè intelligant, sed longè etiam in posterum quid vtile futurum sit Reip. diligenter inquirant, & coniectura prouideant, sinceri item sint & integri.

V. *Probatis moribus.* Nam præter felicissimum in omnibus rebus successum, & hoc assequuntur, quòd subditi optimè de ipsis opinantur. *Ex Senatoribus*, inquit Imp. Otho, *noscuntur Principes.* Vt enim origine fontium semel infecta necesse est riuulos corruptos esse: sic consilio Principis deprauato, nedum ipsum, sed & cætera, ad administrationem publicam pertinentia, vitiari atq; inquinari necesse est. Hinc Cominæus ait: Nullum indicium bonæ mentis Princeps potest ostendere, quàm vt adiungat sibi, (& familiariter vtatur,)

tur,) viros virtute & fama celebres. Nam oc
statim iudicabunt eum talem esse, quales ij,
apud illum. Cõsiliarij enim sunt pars, imò pe
Principis, & Principes suauissimos fructu
bonorum consuetudine percipiunt. Nam eo
rimum illis dignitatis adiũgit, quibus impro
rum familiaritas labem & maculam dedec
erat allatura. Talem opinionem de Princi
moribus & vita concipiunt homines, quales
eorum mores, quorum familiaritate impl
tur. Deinde consuetudine prudentum & pa
& augetur prudentia. Vnde Theognes:

Recti rectè monent, prauos si audierũ, ib
Quidquid habes mentis fraudibus e

Adhæc si Princeps bonos & sapientes vi
suam familiaritatem adiunxit, eisdemque
salutem & dignitatẽ credidit, certus de ill
quòd nec temeritate labi, nec metu frang
perfidia corrumpi vllo modo possint. Eor
iam exemplo & admonitionibus facilius
Vide sign. 66. sua comprimit, modestiæ & temperantiæ d
dine fulcitur, & ad extremum ea iucund
perfruitur, quam alij Principes sentire non
sunt.

Erat olim apud Athen. lege sancitum, v
ties populus de Rep. consultabat, præco ma
voce diram cladem & exitium illi & poste
illius imprecaretur, qui Reip. inutile cons
daret. Nihil enim magno ingenio & acuto
fide & patriæ charitate est pernitiosius.

SIGNVM XXXIX.

IN CONSVLENDO TACITVRNVM, seu secretum, & arcanorum fidum custodem, & non festinum, sed graue esse.

In consulendo taciturnum, & non festinũ esse.

QVatuor veræ prudentiæ nouercæ in rerum agendarum deliberationibus sunt vitandæ, præcipitatio, affectus animi, pertinacia, & vana ineptia seu arrogantia. Præcipitatio namque improuida & cæca est, & non deliberat: (Liu. autem ait, lib. 22. *Qui cupit, festinat; & qui festinat, euertit:*) affectus excæcat, pertinacia bonis consilijs portã occludit, & fumus arrogantiæ, quamcunq; deliberationem ingreditur, eam sine fructu dissoluit, & omnia, quò aspirat, inficit. Liu. lib. 35. *Cõsilia audacia prima specie læta sunt, tractatu dura, euentu tristia.* Silentium verò est optimum & tutissimum rerum administrandarum vinculum. (*Val. lib. 2. c. 2. Curt. lib. 4.*) Consilium à silendo, ait Festus Pomp. est dictum: arcana enim consilia silentio sunt obsignanda, & secretum est anima consilij. Hinc 1. *Q. Metellus Pius* dicebat: *Si consilij mei interiorem tunicam conscium esse sensero, continuò eam cremari iubebo*: adeò solebat cõsilia sua occultare, nemini communicare, & ne ab hostibus interciperentur, prouidere. * 2. Martini IV. Pontificis legato respondebat *Petrus Aragoniæ Rex*, interiorem se tunicam laceraturum, si illam arbitraretur suarum cogitationum conscium fieri posse. Quare Consiliarij quidquid seriò statutum & concluſum fuerit, silentio & taciturnitate comprimant: si enim qui amici alicuius consilium aperit & prodit, odio dignus

Vide fig. num 19.

* *Val. lib. 7. c. 9. Frõt. lib. 1. c. 1.*

Vide de Silentio.

dignus iudicatur, quo tandem ſcelere ille all
bitur, qui Principis conſilium de Reip. ſalute
propria dignitate, de publico officio, & de
gione, contra datam fidem, cum alio, qui non
particeps conſilij eiuſdem communicat?
proditores ſuſpendi debere probat Guido
deciſ. 589. Raphaêl Archangelus, *Tob.* 12. ait:
cramentum Regis abſcondere bonum eſt, &c.

3. *Alphonſus Aragonia Rex* dicebat, ſi ſtãte
Rep. naſci ſibi contigiſſet, ſe ante Curiam
Poſitorio Templum ædificaturum, vt in eo
tres conſcripti, antequam in Senatum veni
affectus deponerent.

4. *Fridericus* III. *Imp.* conuocatis aliqu
Senatoribus, *Vtinam*, inquit, *mei Conſiliarij*
res ſecum in Palatium ne adferrent (in Pala
ſtibulo deponerent,) *vt & illi bene conſulere*
tanto ego facilius bona conſilia à malis diſce
poſſem, ſimulationem, & diſſimulationem. D
Principes commodis publicis rectè conſ
non poſſe, propter Conſiliariorum priuato
fectus. (*AEn. Syl.* 3. *de geſtis Alph.*) Ex animo
bent loqui Conſiliarij, ne conſcientiæ à Deo
datæ refragentur, & Principem in diſcrimen
exitium adducant.

5. *Carolus V.* dicebat: *Quemadmodum Satur*
Planetarum ſupremus, omnium tardiſſimè circ
uertitur; ita Principibus conuenit nihil pra
tanter aut inconſideratè agere. Rationis eni
conſilij maximè inimica eſt celeritas: quia m
res poteſt eſſe eadem feſtinata ſimul, & ex
nata. (*Apul de Deo Socr.*) Ideo celeritatem p
nitentia, ſed ſera & inutilis ſequitur, cùm pra
pitata raptim conſilia neque reuocari, neque

integrum restitui possint. (*Liu. lib.1.dec.4.*) Festinationem sequitur error, errorem infelicitas, infelicitatem pœnitentia. Hinc Lucian.

Consilio adde moram, præceps sententia fallit.

Sat citò, si sat bene: sat fit celeriter, quidquid fit satis bene: eil mit weil; ehe wigs/ dan wags. Sall. *Prius quàm incipias, consulto; vbi consulueris, maturè facto opus est.* Thucyd. *lib.3. hist. in Orat. Diodoti* ait: *Consilio & rectæ menti maximè contraria esse festinationem & iram*, quorum alterum est sine cogitatione, alterum habet errantes impetus, & breuem cogitationem. Greg. Naz. ait: σύμβουλος οὐδεὶς βελτείων χρόνου: *Nullus consiliarius melior est tempore.* Plato: *Opiniones colare oportet vt aurum.* Prouerbium: *Annus producit segetes, non ager.* Vidit hoc & expendit 1. *Augustus Cæsar*: nam vt testatum cunctis faceret quantum Reip. adferat detrimenti inconsulta celeritas, & dicere in sermonibus, & scribere in epistolis solebat; σπεῦδε βραδέως, festina lentè. Experientia testatur eum, qui nimium properat, serius plerumque absoluere, non aliter atque ijs, qui perturbati festinant, accidere solet, vt vestem aliquando, aut calceos peruersè induant, quę res postea moram adferat. Plato.

2. *Vespasianus Imp.* quo doceret festinationem non solùm in consilijs, sed in omnibus etiam rebus maximè damnosam esse, in nummis suis anchoram cum delphino pisce exprimebat. Anchora enim quoniã nauim remoratur, sistitq;, tarditatem designat; delphinus, quòd natando celerrimum sit animal, velocitatem indicat, atque ità ex his duobus contrarijs maturitatem significa-

bat, quam binis verbis his designabat Augu
Festina lentè. Suet.

3. Legatis Thebanis instanter petentibus ab
gesilao, vt sibi responsū daret: *Annō*, inquit,
cùm seria res agitur, in morā multū esse cōsilij

4. *Mauritius* Tiberij II. Imp. supremus exer
tuum Præfectus, sic inscitiam audacię matren
se depulit, vt in temeritate periculum, in cun
tione securitatem esse censeret. *Euag. lib.* 5.

5. *Carolus V. Imp.* moderata semper consil
lidis & inconsultis antepositit: efferenti qu
ei Iulij Cęsaris Cōmentaria, vnde constaba
dē Cæsarē varias celeritate nactū esse vict
respondit: *Veteres vnicū tantū finē sibi propo
honorē: at Christianis duos propositos esse fin
norē & animæ salutē*. Guil. Zenocarus l. 5 C

6. *Thomas Morus* ad matura consilia Regu
nistros semper cohortabatur, imò quò nih
bene examinatū in consilio statueretur, cen
quo die primùm quid in eo proponeretur,
de eodē disputandū, sed in proximū conuen
differendū, ne quis, quod in buccā primò ve
temerè effutiat, ac ea postea excogitet, quibu
creta sua tueatur, malitq; salutis publicæ,
existimationis & opinionis suæ iacturam fac
peruerso quodam ac præposterò pudore, ne
tio parum prospexisse videatur. *Lib.* 2. *Vtopia*

7. *Alex. Seuerus* proposita re Consiliario
spatium ad disquirendum cogitandumq; da
ne de rebus sæpe ingētibus incogitati senten
dicere cogerentur. Nō certè de rebus in cons
adductis præcipitare licet sententiā. Delibe
dum est diu, quod statuendū est semel. Liu. l
ait: *Omnia non properanti clara certaq; sunt*,

natio verò improuida est, & caca. & Tac. lib. 1. *Scelera impetu, consilia mora valescũt.* Ludouic. Granat. quinq; cautiones vult à deliberantibus obseruari. 1. est, vt à diuino Numine consilium auspicentur, sine cuius ope in irritum cadunt humana consilia. 2. mentis aciẽ dirigere & intẽdere non modò ad substantiã rei, verùm etiã ad circũstantias, easq; diu multumq; instar iudicij trutinę appensas librare: nam quandoq; neglectus vnius circumstantiæ articulus omnem eneruat, si non euertit, consultationem. 3. Re sic sæpiculè apud se examinata, eam conferre cum Consultoribus: quæ enim cogitata sine cõsilio exsequimur haud ferme bonũ exitum consequuntur. Ideò sapiens monet, *Ne sis sapiens apud temetipsum.* 4. Spatiũ deliberationi dandũ; mora quippe interposita, & notiora tibi fiunt omnia, & certiora. Rectè enim ait A. Gabinius, apud Dionẽ lib. 10. *Præpropera temeritatẽ in rebꝰ gerẽdis multoties damnũ afferre; cõtra accuratã cõsiderationẽ, ab initio adhibitã, in actionibꝰ perdurare, omnibusq; emolumẽto cedere.* 5. quatuor prædictas prudẽtiæ nouercas fugere. *Prou. 3.*

In subito tamen discrimine aliquando cunctatio est noxia. Hinc Tac. lib. 1. ait: Cunctatione non esse opus, vbi pernicios ior est quies, quã temeritas: sed hęc, licet deliberandũ sit tardè, tamẽ celeriter sunt exsequenda, quę semel deliberata sunt. (*Arist. 6. de Mor. c. 9. Demosth. 1. Philip.*) *Sallust.* in Prooemio Catilinariæ: Antequam incipias, &c.

Vt maturum, & non præceps sit Consilium, remouenda ab eo est fiducia: quia hæc suã, alienam-ue potentiã iniusta iudicij trutina ponderat, exitusq; felices, vt plurimũ, incõsultè præsagit, imò arripit in antecessum ipsa cogitatione. Quoniam

Mardonius regiæ potentiæ fiducia Xerxē Reg
calido & inconsulto cōsilio incitabat ad bell
non necessarium, consilium hoc exitu fuit
ste. Nam Xerxes post pugnam ad Salaminā cy
in fugam se dedit; Mardonius autem, consili
ctor, turpissimè à quodā Spartano interfect

Quàm periculosum sit magnos sibi spiritus sumere ad cōfidendum.

Ludouicus XI. Gall. Rex, lentus erat & tr
dus in arduis deliberationibus. *Comminaus*
Comm. Imp. *Leo* filium suum monebat: *Deli*
tardè, nisi aliqua necessitas celeritatem requ
at vbi consulueris, festinanter exsequere. Op
de appar. bell. *Carolus V.* dicere solebat, to
Principum fortunam & felicitatem consist
consilijs, & eorum exsequutione: & in cons
quidem iudicio opus esse, in exsequutione
celeritate & multa fiducia: tarditatem ani
consilij esse, celeritatem exsequutionis; vtr
porrò simul iunctā, esse quintam essentiam
dabilis Principis & Consiliarij prudentis. *Se*
vinus de dictis & factis Caroli. Nonnulli scrib
rectè consultare, nec commodum scire con
exsequi, procedere ab ingenio maximo, & ex
prudentia, qua non frequenter pollent acri
ingenia: scire autem aptè exsequi, & minus
consultare, id esse multæ prudentiæ, & ing
non planè magni, quòd plurimū requiratur p
dentiæ in eo, qui consulta & deliberata dext
decorè exsequi debet. *Vide D. Ioan. à Chok*
Thes. Pol. lib. 3. c. 20. Nunquam autem Magistr
cogitationes suas de Rep. semper infirmo, &
terdum infido sexui fœmineo committet: ne
negotijs publicis cum illo communicabit,
illud & turpe sit & minimè tutum. Quia *Alex*
der Seuerus per pietatem nimis matri se ad

se euertit. Herodianus lib. 6. ait de matre: *Omnes illius* (filij) *generosos spiritus retundebat, suadens alios potius periclitari pro se sineret, quam vt ipse in acie consisteret.* Maria Emanuelis Lusitani vxor negotijs publicis nunquam se admiscebat, &c. Licet hunc sexum audire, non semper auscultare. Bonum germanumque eius opus est pacare, mitigare, & afflictos iuuare. Hinc Homerus in Arete Alcinoi: *Atque inter ciues & amicos iurgia sopiuit.*

SIGNVM XL.

Constantem esse.

CONSTANTIAM IN OMNI RE honestate gerenda, consilioque capiendo seruare.

1. CVM *Socrates* aliquando consiliarius fuisset, Senatoriumque iusiurandum iurâsset, quo continebatur, secundùm leges consilium daturum, qui cognitor populi fieret, cumque populus cõtra leges voluisset nouem illos Duces, qui cum Thrasylo & Erasinide fuerant, communi omnium sententia interimere; noluit ille suum calculum adiungere. Neque aut iram populi, aut indignationem potentium timuit; sed pluris fecit sacramentum seruare, quàm populo & magnatibus, præter iustitiam, placere & gratificari. *Xenoph. lib. 1. de dict. & fact. Socr.* Vide Cic. 1. de Off.

2. Cùm *Metellus Numidius* Censor Romanus animaduerteret, quò tenderent Saturnini Tribuni pleb. funesti conatus, quantoque malo Reip. nisi his occurreretur, erupturi essent, in exiliũ, quàm

in legem eius ire maluit. Poteſtne aliquis hoc vi-
ro (inquit Val. lib.3.c.8.) dici conſtantior, qui
ſententia ſua pelleretur, patria, in qua ſumm
dignitatis gradum obtinebat, carere ſuſtinuit.

3. Depulſis proſtratiſq; inimicorũ partib⁹, Sylla
occupata Vrbe, Senatũ armat⁹ coẽgerat, ac ſu-
Val. ma cupiditate ferebatur, vt C. *Marius* Cõſul
manus hoſtis iudicaretur, cuius voluntati m
obuiã ire audẽte, ſolus *Q. Scæuola Augur* inter
gatus de hac re, ſententiã dicere noluit, quin
truculẽtius ſibi minitanti Syllę: *Licet*, inquit,
agmina militũ, quibus Curiã circundediſti, oſten
licet mortẽ idẽtidẽ miniteris, nunquã ta[illegible] *ne eſſ*
vt propter exiguũ ſenileq; ſanguinẽ m[illegible]*eũ*, Mari
quo Vrbs & Italia cõſeruata eſt, ho[illegible]*ſtẽ iudicẽ*. N
certè Dio lib.42. ait: *Conſilijs* [illegible]*xta metum*
locus: [illegible]*is enim animos homin*[illegible]*m deijcit, ratio*
contu[illegible]*bat, vt ad ferendar*[illegible]*a de eo, quod agen*
ſententiam minus valear[illegible]*t. Itaq; vbi animum*
ſilia anteceperunt, ſtr[illegible]*enuè admodum timore*
turbant; ſin anteueni[illegible]*antur ab his, ſuccumbunt*.

4. Cùm Cato *Vti*[illegible]*cẽſis* verba faceret aduerſu
uilẽ occultamq; tyrannidẽ, in quã Craſſus, Po
peiuſq;, ac Cæ[illegible]ar, ſub triũuiratus nomine, in
rãt, Trebonij Tribuni pleb. iuſſu, lictor eum à
geſtu, in quẽ verba facturus aſcenderat, detra
Cùm ob id loqui nõ deſineret, foro ab eodẽ
ſus fuit: ſed cùm cõſtanter tunc quoq; in Triu
ratus potentiã inueheretur, Tribun⁹ eũ in car
rẽ duci iuſſit. Et cùm ne tunc quoq; ſileret, m
*Eu'g lib tudinis concurſu de lictorũ manu liberatus e
3. cap. 8. 5. Cùm *Veſpaſianus* miſiſſet ad *Priſcum Helui*
ne in Senatum veniret: *Penes te*, inquit, *eſt*, n
Senatorẽ eſſe patiaris, quamdiu autem me loco
moues, eſt in Curiã mihi veniendũ. Age, at ing

ſus taceto, inquit. *Ne me roga, & tacebo. At eſt mihi rogandum; & mihi dicendum quod rectũ putauero. Verùm ſi dixeris, occidã te. Quãdo ego dixi me immortalem eſſe: tu tuũ facies, ego meũ. Tuum eſt, occidere: meũ, mori nõ trementem: tuum, relegare: meum, exire non triſtem.* Ex Arrian. 1. diſſert. c. 2.

6. Virginẽ deperibat Annam Boleniã (vnde poſtea nata Elizabetha Regina) *Henricus* VIII. *Rex Anglia*, cuius amoribus vt tandẽ potiretur, conſiliũ capit de repudianda vxore Ferdinandi Hiſpaniarũ Regis filia, & quò apud Summũ Pontificẽ ſuã honeſto velaret prætexto nequitiam, effingit Catharinã vxorẽ ſuo fratri antea deſpõſatã fuiſſe: quo defũcto ſibi eſſet nulliter matrimonio copulata. Inſtat igitur, & Pontificẽ rogat, vt ſe matrimonij vinculo ſoluat: quod prudenter abnuit Põtifex Clemẽs eius nominis VII. quòd deſiderata Canonicis diuiniſq; ſanctionibus manifeſtè repugnarẽt. Qua ex re Rex excãdeſcẽs, mox Edictũ proponit, quo ſubditi Regẽ ſuũ agnoſcant, & colant tanquã ſupremũ Eccleſiæ Anglicanæ caput; deinde ſentiat quiſq; & dicat, Regẽ ſanctè & bene feciſſe, quòd, repudiata cõiuge legitima, alteram duxiſſet. Hiſne aſsẽtitur *Thomas Morus* Cancellarius? nequaquã: vt quæ Religioni, bono publico, cõſcientiq; propriæ contraria. Vrgetur tamen, & mors ei interminatur, ni pareat, & diuortio ſubſcribat: ſed fruſtra. Nã & munus ſpõte reponit, & apertè it in alia omnia, dicitq;, nõ ſubſcripturũ ſe, vel ſi vitę periculũ ſit adeũdum. Capitis ergo damnatur vir integerrimę & inculpatę vitę, cum Ioanne Fiſcherio Epiſcopo Roffenſi & Cardinale deſignato, quòd ſuæ ſententiæ tenaces, alienæ ſubſcriptores eſſe nollent. Tantùm non carcere egreſſus Morus, vt duceretur, cùm ecce

accurrit Catharina filia, adoleſcentula multis animi & ingenij dotibus prædita, parentem ſuum vltimum amplexatura. Ambabus itaq; vlnis patrem, ſui ſemper ſimilimum, excipit, lacrymis pro alloquio fundens. Hîc Morus: *O mea dulciſſima nata, patere hæc patienter, animum moderare, lacrymas ſiſte: omni quippe naſcenti homini mors, & quidem pierumque in ſpeciem horrenda, cruenta, immatura, deſinita eſt. Ita Deo placuit, cui nihil iniuſtè placet. Itaque ô mea charissima nec reuocare debes, aut potes, iter lethi ingredientem. A multis, quod ſcis, annis adeo piendam placide mortem animum præparaui: quiſque modo tandem occidat, mortem modis probro & contumelia excipiat, ſuſq; deq; eſt: mea cauſſa nequaquam iniuſta eſt, nec alia bonis dem viris vnquam videbitur, quàm frontis Cſtianæ.* His dictis oſculo filiam penè exanimat dimittit, quæ decem vix paſſus regreſſa, ad pa denuo ac cito gradu redit, iterum iterumque oſculatur, atque in collum ipſius madentibus nis irruit. Ac nihil eloquitur, intercluſo fere fluctuante inter anguſtias cordis pectoriſq; ritu, ita vt pater profuſis lacrymis conticeſcer ſeruata tamen modeſtia vultuſq; conſtantia. dem tamen profatus, ait: *Ora Deum pro me filia.* Quo dicto, & velut ictu, in cor adoleſcen læ vibrato, vltra progreditur, & emenſis aliq paſſibus, Præſes ſciſcitatur, velitne de ſenten diſcedere, mortemque deprecari. Negat conſti ter: atque ita dictum ac factum ducitur. Iſe fronte compoſita, paucula præfatus, omnes ro gat, vt pro ſe preces ad Deum in hoc ſeculo fu-

dant, siquidem vellet & ipse in futuro idem præstare. Adhæc, vt pro Rege Deum obsecrent, quò tandem ipse suo cum consilio diuina gratia illuminetur, se nihilominus libenter occumbere, vt probum decet ministrum, & fidelem Regis Consiliarium. Hæc vbi dixisset, ad genua prouoluitur supplex, & animo plusquàm virili collum trunco impositum securi submittit, non absque graui omnium commiseratione ac dolore, vt qui ita se gesserat, probauerat, commendaueratq; cunctis pariter, vt ab omnibus diligeretur. *Hieron. Pollinus in hist. Eccl. Angl.*

7. Cùm *Carolus V. imp.* in Germania copias & castra ad Ingolstadium haberet, cinxissentque eũ ingenti numero militum fœderati hostes, nec illi visum dimicare; vel quia sui nondum conuenissent, vel quia præuidebat tutam mox & sine cæde victoriam, ecce isti æneorum tormentorum copia validi, tantum ferreæ grandinis in castra iaculati sunt, vt vno die ad VI. millia maiorum globorum numerarent. Itaque omnia ictibus peruia, ipsum Cæsaris tentorium, & ad latus eius & tergum occisi, cùm ille nec locũ, nec statum, nec vultum mutauit. Quinetiam monentibus amicis, sibi atque omnibus in se parceret, dixisse arridens fertur: *Confiderent, neminem imperatorem tormenti ictu periisse.* *I. Lipsius.* *Vide sigu. 55.*

8. *Phocion* Athenienſis cõtra vulgus, contra potentes, contra fortunam & mortem ipsam immotus steterit. Oraculo aliquando Athenis recitato: *Esse vnum virum, qui à concordi ciuitate dissentiret*, quærentibus omnibus, & frendentibus: *Quæso*, inquit, *quiescite, ego ille sum quem quæritis: nam mihi nihil eorũ, quæ agitis, placet.* Idem cùm

Dux electus trepidos suos in bello videret lingua sola fortes, prudenter abstinuit à p mox cùm redijssent, & pace facta incusarem ignauiæ, & quasi vincere nescisset, aut nol inquit: *Felices vos, qui ducem habetis vestri nã alioqui iamdiu perijssetis.* Iterum in popu & eius aurigam Demosthenem, cùm ille, coërcens libertatem Phocionis, diceret: *cient te Athenienses, si furere cœperint*: ille inquit, *si sapere.* Tetigit illum, vt improbum vt parum sanos. Cùm ad mortem publico damnatus, scissa ciuitate in factiones duce in carcerem, præcurrerunt improbi, in v & conuiciantes, inter eos vnus sputum in o congessit. Ille conuersus, placidè ad Arch *Nemon' huius*, inquit, *reprimet proteruiam* amicus eius in carcere quereretur, quòd cum Phocione interficeretur: *Et tu*, inquit, *magna gloria ponis quòd cum Phocione?* Al gante: *Numquid ad filium vellet? Maxime*, *iubere me, vt iniuriarum populi Athenien uiscatur.* Alio amico petente, vt priori fil re cicutam liceret: *Grauis, mi Nicocle*, inquit *petitio, sed cui per omnem vitam nihil abnu quoq; indulgeo.*

Licet autem ne latum quidem vnguem a tentia recedendum sit, vbi Religionis vel p tis caussa vertitur: tamen cùm ista non inter niunt, consilia sine reprehẽsione variari p Rectè enim ait Cic. pro Cn. Plancio: *Non m stantis puto constantiam tanquam aliquod t gium ex Reip. tempestate moderari.* Nauta sinuant, & obliquant, & nihilominus suum tum tenent: Sic consilia pro re & tempore

variare. Seneca 4. de Benef. c. 38. ait: *Non est turpe cum re mutare consilium.* & epist. 72. *Consilia rebus aptantur.* Lucian. in Asin. inquit: παλιμ δρομῆσαι μᾶλλον ἢ δραμεῖν κακῶς: melius recurrere è medio cursu, quàm malè currere. Leonidas, teste Plut. cuidam obijcienti quòd facilè mutaretur: *Mutor*, inquit, *sed pro temporum ratione; non vt vos, proprio morbo.* S. Augustin. inquit: *epist.* 214. Turpe est mutare sententiam, sed veram, & rectam: nam & stultam, & noxiam, & laudabile & salubre est. Sicut autem constantia non sinit hominem deprauari, sic peruicacia non sinit corrigi: proinde sicut illa laudanda, sic ista est emendanda.

SIGNVM XLI.

CONTEMPLATIONI REIPVM vtilium interdum vacare.

Contemplari res Reip. viles.

1. HOmerus *Agamemnonem* Regem passim à vigilantia & nocturnis cogitationibus toti exercitui profuturis commendat, scribitq; eidē somnia diuinitus immitti, vt innuat, ne in somnis quidem boni Principis animū quietum esse posse, quin de ijs, quæ ad salutem Reip. pertinent, consulret. *Vide Iliad.* K.

2. *Pericles* Athenienſis (qui Remp. 40. annis gubernauit) conuictum & conuersationem hominū fugit, vt salubriores Reip. cogitationes aleret, quas alioqui importuna populi conuersatione plurimum corrumpi sentiebat. *Plut.*

3. *Philopœmen* Megalopolitanus Achæorum Prætor, cùm solus iter faceret, aut deambularet, occur-

occurrentium locorum ſitum contemplabo-

Præparabat ſe ad ſubditos armorum caſus.

ſemetipſum explorans: *Quid ſi ductanti exe-*
tum fiat hîc: tibi hoſtis obuius? aut à lateribus re-
te, vel ex inſidijs conſurgat? qua figura acie
ſtruas? Continendus miles, an illicò ſigna infe-
da? & ſi tenendus, quomodo præſidiarios loco
ſubſidia diſponas? Fecit eiuſmodi meditatio, v
præſtantiſſimis Græciæ Ducibus ſit demum c
bratus. *Sab. lib. 2. c. 9. & lib. 6 c. 5. ex Plut.*

4. *P. Scipio Africanus* antelucanis horis in
pitolium aſcendens, in Templo Iouis prius
templabundus ſedebat, quàm in Senatum de
deret, vt ea, quæ Reip. ſalutaria eſſent, inu
& Patribus proponere poſſet. Gell. ait, ex
Higino & C. Oppio, *eum ſolitum fuiſſe noctu*
tremo, priuſquam dilucularet, in Capitolium
titare, ac iubere aperiri cellam Iouis, atq; ibi ſ
diu demorari, quaſi conſultantem de Rep. cu
ue; adituoſq; eius templi ſæpe eſſe demiratos,
ſolum id temporis in Capitolium ingredien
nes, ſemper in altos ſæuientes, neq; latrarent,
neq; incurrerent. Idem dicere ſolebat: *Nunqua*
ſe minus otioſum eſſe, quàm cùm otioſus; nec m

* *Ait Cicero, in Præfat. lib. 3. de Offic.*

ſolum, quam cùm ſolus eſſet. Magnifica verò
& magno viro ac ſapiente digna, quæ de
illum & in otio de negotijs cogitare, & in ſolitu
ne ſecum loqui ſolitum, vt neque ceſſaret vnqua
& interdum colloquio alterius non egeret. Hoc
xit Socrates: ἑαυτῷ διαλέγεσθαι, hoc eſt, βουλ
ευεσθαι, conſultare, deliberare, conſilium
pere.

5. *Carolus Magnus*, cùm ſe de nocte in lectu
poneret, ſolitus erat ad caput (ceruical) ſu
pennam & encauſtum cum pergameno repo
re

re, vt si in strato (lectulo) aliquid vtile occurreret (cogitanti incideret) signare posset, ne è memoria laberetur. Habebat etiam ponè lectum (vicinum lecto) parietem cera illitum, & stylum, vt si quid in tenebris occurrisset, consignaret, (ei inscriberet.) *Eginardus, & Henr. Erphordiensis.* ἐγκαυστὸν est materia inusta ad pingendum apta, à καίω, vro.

6. *Carolus V. Imp.* antequam quicquam aggrederetur, diu multumq; prius deliberabat, in publicum non prodibat, neminem ad se intromittebat. Quo ipso effecit, vt non prius eius consilia deprehenderentur, quàm in opus deducta essent.

SIGNVM XLII.

IN SVBDITOS NIHIL CONTVmeliosè dicere, aut facere: imò omnem ab illis iniuriam propulsare.

Contumeliosum in subditos non esse.

INgenuis nihil acerbius accidere potest contumelia, imò impatientes omnes sumus contumeliæ, nominisque fama tenera est, quæ nec angi, nec tangi debet. Si verò pestiferum quis malitiosi dentem aculeumque senserit, continuò iracundia ardet, celerique motu ad appetendam vindictam rapitur.

1. *Philippus Rex Maced.* à Pausania satellite occisus est, quòd iniuriam ab Attalo eidem Pausaniæ illatam non vindicauit.

2. *Carolus VII. Franciæ Rex* vnum è ducibus suis

suis rogauerat,) an,& quanam ratione à fide
te, tot experimentis hactenus sibi perspect
probata, abduci posset? *Me quidem*, inquit
Rex Serenissime, vt fidem tibi datam violem,
vnquam vtilitas, aut dignitas, imò ne centum
dem regna adegerint, quod tamen si vel seme
tumeliosè aliquid in me dixeris, vltro sum fa
rus. Hoc dictum, & hanc historiam Carolus
bonius, is, qui à Rege suo ad Carolum V. Imp
fecit, ad factum hoc suum excusandum, m
mone frequenter vsurpabat.

3. Habenas etiam Belgicarum ditionum te
te Maria Austriaca, dũ Bruxellis de remedi
portuno in cõsilio agit, quo quàm minimo
motu factiones nobilium compesceret, ex
in Senatu fuit à quodam puero, qui inibi for
rat, vox Geux, qua nobiles illi Geusij, id est
dici à consultoribus nuncupabantur: quæ co
melia, non sine pessimo publico, addidit ma
factioni faces ad rebellãdum, vt euentus do

SIGNVM XLIII.

NON SOLVM CONVIVIA RARO
ire, & instituere; sed etiam ad sistendam suas
sede Remp. conuiuiorum, & mensarum, su
victus quotidiani luxum coerce-
re & reprimere.

1. PEricles Athenienſis, authoritatis & co
liandæ, & conseruandę causſa, rarò in p
cum solebat prodire, nec conuiuia vlla pub
priuataue adire, quòd hanc συσσιτίαν p
rimum grauitati obesse iudicaret. *Plut.*

2. A. Gell. lib. 2. c. 24. docet parsimoniã apud veteres non domesticã solùm obseruatione ac disciplina; sed publica quoque animaduersione, legumque complurium sanctionibus custoditã esse: & sumptuarias leges, quibus mensarum luxus coërcebatur, recenset; cuiusmodi fuit lex Fannia, Licinia, AEmilia, Antia, Iulia; quibus accesserunt Censores, qui vitam moresque ciuium examinabant, & in transgressores legum animaduertebat, nõ sine magna ignominia. Quid enim turpius, quàm Senatorẽ Equitemue ordine moueri, ciuem autem tribu deleri? *Feneſt. de Mag. Rom. c. 17. Vide Suet. c. 43. 34. 16.*

Vtinam hæ leges non iacerent sepultæ.

3. Etiam apud Athenienses eiusmodi erant leges, qui insuper σύνεδρας habebant, (Magistratus eius nominis,) qui conuiuia inspiciebant, arbitrióque erant & Censores conuiuiorum, ne quid contra honesti decorique normam in ijs ageretur. *Sigon. de Rep. Athen. lib. 4.*

Vide de Censoribus.

4. *Philippus Pulcher Rex Galliæ* edixit, ne vltra duo fercula, siue duos missus in prandio, vel in cœna consumantur, neue assæ carnes in prandio apponantur. *Rebuff. ad Const. reg. tr. de pan. aur. & arg. num. 31.*

5. *Carolus* IX. *& Henricus* III. *Reges Galliæ* Edicto cauerunt, ne in nuptijs, alijsque conuiuijs, plus quàm tria fercula apponantur, constituta in transgressores legis pœna ducentarum librarum Paris. atque etiam in eos, qui interfuerint, nec rem Censori manifestauerint, 40. librarum consimilium, qua etiam tenebantur Censores siue Iudices qui interfuerant, nec è vestigio recesserant, aut certè conniuendo dissimulârant: atque adeò in ipsos coquos his edictis animad-

Ann. 1563. & 1577. Vide C. Henrici IV. tit. 10. lib. 10.

maduersum est. Hasce leges retractauit A
1598. *Henricus* IV. *Galliæ Rex* Receptæ eius
Zgnat. l. 2. c. 4. leges sumptuariæ etiam sunt Venetijs, Genu
in alijs Italiæ ciuitatibus, imò pleræque C
Resp. eas promulgârunt, vt ne, corruptis inc
perantia & luxu ciuium animis, Resp. quo
nis vnà pessum iret, imò in extremum mise
recideret. Rectè enim dicebat Pythagoras:
Apud Stob. Ser. 41. *mum luxuriam ingredi ciuitates, deinde*
tatem, postea contumeliam, postremò exitium
Asiaticis delicijs Romam aduectis Imper
Rom. sensim est debilitatum, ciuilibus & d
sticis bellis concussum, à Barbaris verò tan
subuersum, funditusq; deletum. Hinc Flor
lib. 3. cap. 12. Quæ alia res furores ciuiles pe
quàm nimia felicitas? Syria prima nos vict
rupit, mox Asiatica Pergameni Regis hæred
Illæ opes atque diuitiæ afflixêre sæculi
mersamque vitijs suis, quasi sentina, Remp
fundedêre.

6. *Iulius Cæsar* tantæ abstinentiæ fuit, vt
iactaretur, vnum hunc ex omnibus Cæsare
euertendam Remp. sobrium accessisse. *Sue*
Aug. c. 74.

7. *Augustus Cæsar*, præterquam quòd vi
cibi semper fuit, cœnam ternis ferculis, aut
abundantissimè, senis præbebat, vt non
sumptu, ita summa comitate. *Idem c. 53.*

8. *Tiberius*, vt parsimoniam publicam exe
suo iuuaret, solemnibus ipse cœnis pridian
pe ac semesa obsonia apposuit, dimidiatum
prum, affirmans omnia eadem habere qu
Idem cap. 34. Quid ergo in quotidianis cœn

4. *Did. Iulianus Imp.* tantæ erat parsimoni

per triduum porcellum, per triduum leporem dimidiatum diuideret, si quis ei forsan misisset: sæpe etiam, nulla existente religione, oleribus leguminibusque contentus, sine carne cœnauit. *Spartian.*

10. Cùm *Curius Dentatus* à Samnitium Legatis adiretur, rapa sibi parare obsonium inuentus est, duosque tantùm calones in castris habere, cùm tamen summam imperij administraret. *Plut.*

11. *Constantius Imp.* non solùm cibi minimi erat, sed etiam quoties diebus feriatis epulum dedisset, vasa argētea accipiebat ab amicis, vt abacum exornaret. Nam & ipse paucis contentus, fictilibus non abhorrebat. *Pomp. Lætus.*

12. *Tacitus* adeò parcissimæ vitæ fuit, vt sextarium vini tota die nunquam epotauerit, sæpe vix heminam. Conuiuium verò vnius gallinacei, ita vt adderet & oua. Fasianam verò, nisi suo & suorum natali, & diebus festiuissimis nō posuit. Præ omnibus oleribus affatim ministratis, lactucis impatienter indulsit: argentum verò mensale, quod priuatus habuerat, ministerijs Templorum dedicabit. *Vopiscus.* *Vide de Frugalit.*

13. *Agathocles Rex Siciliæ* sine fictilibus cœnauit nunquam, memor paternæ obscuritatis, quòd figulo patre genitus esset. *Plut.*

14. Pacatus *Panegyr.* ait de *Theodosio*; Tuæ, Imperator, epulæ mensis communibus parciores, locorum ac temporum fructibus instruuntur, &c. *Vide signum* 28.

Antiquis etiam sæculis, viris maximis prandere & cœnare in propatulo verecundię non erat, nec vllas epulas habebant, quas populi oculis subijcere erubescerent. (Val. lib. 2. c. 59.) Qui etiā

mos à Lacedæmonijs ideo receptus est, ne ciuium continentię moderationisq; metus ex deret. (*Plut. & Isocr.*)

SIGNVM XLIV.

CRVDELITATEM SEV TYrannidem execrari.

Non esse crudelem.

1. CRudelia ac superba imperia, acerba magquàm diuturna esse solent; & candidtaque imperia ijs semper fuerunt, qui benigte ac clementia imperium temperârunt. (*Sdde Rep. ord.*) Hinc *Tarquinio Superbo* Primmæ imperium abrogatum fuit.

2. *Lucullus*, prudens aliâs & doctus, propesteritatem ac superbiam desertus à militibus fuit. (Plut.) *Contumelia, vbi superbia.* (Prou. *Superborum Ducum sedes Deus destruit.* (Syr. *Solitudinem amicorum efficit austeritas.* (Pla epist. ad Dionys.) Excitantur homines ad instruendas, quia sibi metuunt à tali Magistr (Dio lib. 55.) Cumque coacti metu ac vi impe faciant, quàm primùm per occasionem licet perij iugum ceruicibus eximere properant: ita superbia & crudelitate Principum impe delentur. (*Diod. Sic. lib.* 15.) Nulla est suauconcinnior, aut vtilior harmonia, quàm seuecum comitate coniuncta. (*Plut. in Phocione, lib.* 4. *epist.*) Singula ergo ad filum non sunt genda.

3. *Artaxerxes* Rex *Pers.* de se scribit (*Esth.* 127. Prouinciarum Principibus & Ducibus, eius imperio subiecti erant: *Cùm plurimis po bus imperarem, & vniuersum Orbem meæ di*

subiugassem, volui nequaquam abuti potentia magnitudine, sed clementia & lenitate gubernare subiectos, &c. Rectè. Nam Seneca ait: 1. *de Clemẽt. c. 8.* Non minus Principi turpia sunt multa supplicia, quàm medico multa funera. Remissius imperanti, melius paretur. Natura contumax est humanus animus, & in contrarium atq; arduum nitens, sequiturque facilius, quàm ducitur. Et vt generosi atque nobiles equi melius facili fræno reguntur: ita clementiam voluntaria innocentia impetu suo sequitur, & dignam putat ciuitas quã seruet sibi. Plus itaque hac via proficitur. Crudelitas minimè humanum malum est, indignumq; regio animo. Ferina ista rabies est sanguine gaudere, & abiecto homine in syluestre animal transire.

Malũ est eum imperare, sub quo nemini quicquam licet: sed peius, sub quo omnia licent. Tam enim est graue omnibus ignoscere, quàm nemini veniam dare; & nocet bonis, malis qui parcit. (*Seneca.*) Seueritas ergo interdum Reip. caussa adhibenda est, vt 1. *Iunius Brutus*, primus Rom. Consul filios suos & fratris, quòd cum Aquilijs & Vitellijs, ad recipiendum in Vrbem Tarquinios, coniurauerant, virgis cæsos securi percussit. (*Liu. lib. 1. Flor. lib. 1. Oros. lib. 2. Val. lib. 5. c. 8.*) 2. *Titus Manlius Torquatus* Consul, bello Latino filium suum, quòd contra imperium pugnãsset, securi percussit. (*Liu. lib. 8. Flor. lib. 1.*) 3. *Augustus Cæsar* Iulias, filiam & neptem, omnibus probris contaminatas, relegauit, relegatis vsum vini, & omnem delicatiorem cultum ademit, neque adiri à quoquam libero seruoque, nisi se consulto, permisit. (*Suet.*) 4. *Alex. Seuerus* ne

Vide de Pœnis, & Theatrum hist.

Seueritate insignes.

quidem amicis pepercit peccantibus: *his, inquit, charior mihi tota Resp. est.* Lampr.

Cauendum tamen, ne Seueritas degeneret in Tyrannidem. In regno enim Tyrannico est maximarum flyx & lacuna, in qua omnia scelerum fermenta, at nulla virtutis ornamenta viuunt. Aristot. 5. Pol. c. 10. Tyrannus enim, nullo communis vtilitatis habito respectu, non suis, sed sibi consulit, omniaque suiipsius libidinem vertit, omnia prolibidine furenter & violenter agit, ideoque diu florere non potest. Nam vt copiosi halitus sursum rapti, nimio tuque violento accensi, in fulmina prorumpunt quæ citò apparent, & citò extinguuntur: ita Tyranni in altũ vecti, animoq; tumido elati scelerum suorum furijs agitantur: quæ diu ardere non possunt, verùm vt fulmine disruptæ ac dissolutæ nubes euanescunt, ita Tyrannorũ furore Respublicæ naues concussæ pereunt, & Tyranni ipsi præmatura morte & vitam, & sceptrum amittunt, vt illud Iuuenal. 10.

Ad generum Cereris sine cade & vulnere pauci
Descendunt Reges, & sicca morte Tyranni.

Sicut corpus illud diu viuere nõ potest, in quo maxima omnium humorum est dyscrasia & imperies: ita Tyrannis, in qua omnium malorum sentina & colluuies manat, diuturna esse nõ potest. Vt enim columinibus dilapsis declinat ædificium: ita sublatis maximis ciuitatis bonis præsidijs, pace, virtute, ordine, lege, nobilitate necesse est, vt totum langueat imperium.

Seneca ait Oedip. Act. 3.

Qui sceptra duro sæuus imperio regit,
Timet timentes, metus in auctorem redit.

1. *Domitianus Cæsar* per nimiam arrogantiam ferociamq; terribilis cunctis, & inuisus, tandem oppressus est amicorũ libertinorumq; conspiratione, simul & vxoris: ideo parietes porticuũ, in quibus spatiari consueuerat, Phengite lapide distinxit, è cuius splendore per imagines, quidquid à tergo fieret, prouideret. (Suet. c. 14.) Idem scelerum conscientia semper pauidus & anxius, minimis etiam suspicionibus præter modum commouebatur. Sic enim qui impotenter dominantur, in carcerem quodammodo ipsi se includunt, nulli fidunt, non liberis, non vxoribus.

2. Cùm *Dionysius Tyrannus Syracusiorum* abundaret æqualium familiaritatibus, & consuetudine propinquorum: haberet etiam more Græciæ adolescentes quosdam amore coniunctos, credebat tamen eorum nemini. Quin etiam, ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit: ita sordido ancillariq; artificio regiæ virgines, vt tonstriculæ, tondebãt barbam & capillum patris, & tamen ab his, cùm essent adultæ, ferrum remouit, instituitq; vt iuglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerent. Cumq; duas vxores haberet, sic noctu ad eas ventitabat, vt omnia specularetur, & perscrutaretur ante. Et cùm fossam latam cubiculari lecto circumdedisset, eiusque fossæ transitum ponticulo ligneo cõiunxisset, eum ipsum, cùm fores cubiculi clauserat, detorquebat: idemq;, cùm in communibus suggestis consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat. *Cic. 3. Tusc.* Tandem à suis interfectus est. *Cic. 2. de Offic.* *Metuebat cultros tonsorios.*

3. Fuit (ait D. Chokier *lib. 6. Thes. Pol. Aphor. c.* 5.) non nemo ex Regibus Galliæ, cui sub exitu vi-

tæ proprium fuit vni arci includere se, nemi
quamlibet amico fidere, præter medico, a
nec quidem se tutum rebatur: nec mirum. N
quos assiduè lancinat conscientia malè acta v
ij nunquam tutam & securam vitam agunt, e
vndique armis septi sint stipatique. Non rar
les ab his, quibus vnicè se crediderant, pe
iugulantur, vti *Antonius* à Martiali custode
Herod. 4. poris sui, & *Alexander Magnus* à proprio
stro Cassandro veneno sublatus est. (Q
10.) Cùm *Commodus* Imp. tollere è medio
set Lætum Præf. Prætorio, Electum Cubicu
& Martianam concubinam, atque hoc ipsi
fortuna inaudissent, præuenerunt eum seq
nocte: nam facta in eum conspiratione, m
& viribus iunctis, eum iugulârunt. *Lampr.*

4. *Antoninus Caracalla* ad mortem ada
propterea quòd esset Macrino, viro alioqui
cosissimo, qui ex Apollinis Oraculo Imp
futurus dicebatur, magna improuidentia
minitatus. Spart. *Sapiens faciet vulnera,*
ille, *post facta loquetur.*

5. Nulla alia res *Galbam Cæsarem* vita &
rio spoliauit, quàm immoderatus subditor
tus: quia enim principio gubernationis
caussa sæuitiam exercebat in Optimates, &
Consulares, in communi ait Tac. 1. *Hist.* O
terrebantur. Pulchrè ergo monet Philo
Phauon. Si vis bonus esse Rex, cum fortit
benignitatem & mansuetudinem seruа,
formidolosus, sed reuerētia dignus tuis
videaris. Quo etiam allusit Pythagoras,
quit: Malis eos, qui tecum versantur, reuere
quàm metuere: siquidem reuerētiam adm

timorem odium comitatur. *Stob. ser. 46.* Nec immeritò Liuia Augustum Cæsarem maritum hortata est, vt reis insidiarum veniam & impunitatẽ daret: Non omnia, inquiens, gladius conficit, sed vt corpus abolere alicuius potest, ita cæterorum animos à cædis auctore auertit, qui quidem non propter supplicium sumptum vindicem amare, sed ob metum mali odisse solent. Contra quibus delicti venia est donata, pœnitentia ducti, benefactorem lędere in posterum verentur; sed spe consequendi maiora præmia, eum officijs colunt, &c. *Dio lib. 55.*

Dominatum Tyrannorum esse breuem multa docent Exempla. Ex Regibus Persarum *Cambyses* 7. tantùm annis & mensibus 5. regnauit, *Xerxes* 2. mensibus 2. rerum summam tenuit, *Sogdianus* 7. *Arses* 3. annis præfuit, *Darius* 4. Ex Romanis dominatio *Cynnæ* & *Syllæ* fuit breuis; *Galba*, *Otho*, *Vitellius* 16. circiter menses imperitârunt. Cõmodus, *Pertinax*, *Iulianus*, *Macrinus*, *Maximinus*, *Gordianus*, *Decius*, *Valentinianus*, *Gallienus*, *Carinus*, & plures alij breui tempore occubuerunt. Pauci etiã Tyrãni placida & naturali morte obierunt: quod enim tigris, basiliscus, aspis, ac cæteræ deterrimæ feræ serpentesque lethiferæ humano sunt corpori, hoc Tyranni sunt regno. Sophon. 3. *Quasi leones.* Mich. 3. *Comederunt carnes populi.*

Herod. 3.

Tac. 1. Ann.

Tragici, & miseri exitus Tyrannorum.

Prima Tyrannorum facinora in ingressu Tyrannidis cædes esse optimorum ciuium, aut certè exilia, docet his verbis Isocr. *epist. 7. ad Timoth.* Tyranni in hoc vnum intenti sunt, vt cum summa licentia voluptates atque libidines suas expleant, electisque aut interfectis

fectis ciuibus optimis & prudentissimis, reli
vulgus exactionibus deglutiant. Idem docē
empla. 1. *Tarquinius Superbus* quondam con
tus à filio, quid facto sibi opus foret, deuictis
redactisque in potestatem Romanorum Gab
verbis quidem nihil, (vtpote fidei nuntij par
credēs,) sed facto hoc respondit. Seducto in h
tum nuntio, tacitus obambulās, maxima & al
sima papauerum capita baculo decussit. Nun
longiore fessus mora, simul etiam ludibrio se
beri reputans, dimissionem postulauit: itaque
Gabios & filium Tarquinij redijt, cui rem, vt
derat, ordine narrat. Filius cognito patris ir
nio pariter & facto caussam altioris argum
peruidit, nec ignorauit præcipi sibi, vt excel
tissimum quemque Gabiorum aut exilio sub
ueret, aut morte consumeret. Enimuerò su
ctos habebat, vt cæteri omnes Tyranni opti
quosque, quorum cùm aliquem crescere vide
dignitate, opibus, fauore, & studio populari,
è medio tollunt, velut æmulum Imperij. Val.
7.c.4. *Flor.*1.c.7.

2. Cùm *Herodes Ascalonita* affinem suum A
stobulum ad summum sacerdotium euexisset,
postea intellexisset, quo fauore populus il
sacra facientem in festo Tabernaculorum ex
pisset, quantisq; cum gratulationibus, vitæ il
cœpit insidiari. Quare cùm maximum amor
& beneuolentiam erga Aristobulum simulās
astu in hortum regium abductum, in proxim
piscinam mergi suffocariq; curauit. (*Ioseph.*) Ce
tè Tyrannorum blanditiæ sunt nouacula inter
rum irarum. Laniones dum blandè palpant, m
ctant.

3. A

3. *Anaronitus*, tutor datus Alexio Emmanuelis Orientis Imp. filio, postquam Imperium sibi vsurpauit, exstincto prius crudeliter pupillo, proceres omnes trucidauit. Verùm in hoc violento imperio non diu perseuerauit, vt qui annis modò duobus Remp. administrârit.

Neque solùm boni & excellentes, sed & opulentiores suspecti sunt Tyrannis, ne ex opum affluentia vel reddantur insolentes & cõtumaces, vel habeant otium & occasionem mouendarum turbarum & seditionum. *Arist.* 5. *Pol cap.* 11. Sic 1. *Dionysius Syracusanus* amicis vtebatur tanquam vtribus, plenos suspendebat, inanes abijciebat. *Laert. lib.* 6. 2. C. *Caligula* locupletes quosque, si non vita, at pecunijs facultatibusque spoliauit, imò conficto interdum crimine insidiarum aut nouarum rerum plerosque necabat. *Dio lib.* 59. *Suet. c.* 38. *Tac. hist.* 1.

Adhæc Tyranni ob conscientiam perpetuò lãcinantem minimis pauoribus terrentur, infinitis suspicionibus mouentur, periculis imminẽtibus percelluntur, nemini fidunt, omnes suspectos habent. S. Chrysost. ait: *Hom.* 1. *ad Rom. c.* 1. Sicut qui nocte illuni ambulant, tremunt, etiamsi nihil sit quod terreat: ita & qui peccant, non possunt confidenti animo esse, etiamsi nemo sit, qui redarguat.

1. *Claudius Cæsar* etsi exquisita vteretur custodia, iubebat tamen omnes ad se accessuros viros mulieresque excuti, ne quem pugionem secum ferrent, &c. *Dio lib.* 60. 2. *Massinissa Rex Numidarum* adeò parum fidei in pectoribus hominum reponebat, vt salutem suam canum custodia vallaret. *Val. lib.* 9. 3. Rectè ait Pythagoras: Neminem

Stob. serm. 22. tam audacem esse, quem non malè actæ vitæ c
scientia timidissimum reddat. Sic *Tiberij* C
animũ percellebant tonitrua, vt turbatiore
nunquã non coronam lauream ceruice ge
quòd fulmine afflari negetur id genus fro
Suet. c. 89. *Nero* semet ictu gladij transeg
audiuit se à Senatu hostem iudicatum esse.
Principem Neapolitanũ legimus conscientia
vermibus ita tortũ fuisse, vt nullã diu noct
animæ quietẽ inueniret, vnde iã necatorũ
cipum vmbras populumq; cõtra se supplici
cendi causſa concitatũ per somnum vide
videbatur, & consilio cũ nouerca Regina
communicato, fugæ se dedit, quatuor com
triremibus, pretiosiori suppellectile regia
stis: in ipso autem discessu tantũ de Gallis
rem animo conceperat, vt ab ijs iamiam cir
datus sibi videretur, adeò vt minimum
tum exaudiens, facile concuteretur, non
atque si cælum & elementa fœdus contra
ijssent: tandem verò Mazariam Siciliæ m
pium, quod antea Ferdinandus Hispaniæ
elargitus fuerat, enauigauit. *Guicciardinus*
Rectè ergo S. Iob c. 15. *Impius semper in*
picatur, &c. & Sapiens *c.* 17. nequitiam vo
midam. Quoniam Tyranni in rebus admini
dis non tam rationem, quàm suam libidine
sectantur, nec sanam conscientiam, nec impe
diu retinere possunt.

1. *Tarquinius Priscus* apud Rom. regno
est, quòd pacta conuenta, quibus ad Impe
receptus erat, violaret, quòd Senatum co
neret, quòd satellitum armatorum præsidi
gis quàm ciuium beneuolentiæ fideret, quòd

gnitiones rerum capitalium sine consilio per se solus exerceret, quòd sine iusta causa alios occideret, alios in exilium ageret, alios bonis multaret, in quæ ipse inuaderet. *Liu.2. Flor.1.c.7.*

2. Cùm Romani *Maximini* imporentiam atque sæuitiam ferre amplius nequirent, eum destituerunt, suffecto in eius locum Gordiano grauissimo viro. *Iul. Capitolin.*

3. C. *Caligulæ* votum fuit, populum Romanum vnicam ceruicé habere, vt vno quasi ictu vniuersos exstinguere & delere posset. Sed ostenderunt ei Romani multas ipsis esse manus, vnicam ipsi ceruicem. Deprehensum enim in angiporru, seu crypta, 30. vulneribus confecerunt. *Suet. c.30. & 58.* *Nota virum crudelitatis.*

4. De *Phoca* ait Niceph. *lib.18.c.55.* Mirum quãto in illum odio multitudo flagrarit, adeò ebrietati ac sæuitiæ deditum, vt effuso hominum sanguine continuò gauderet, & tollere è medio omnes in animo haberet, in quibus nobilitatis, aut gloriæ, aut prudentiæ indicium esset.

5. Sabell. lib.8. c. 9. refert, *Petrum Cardianum*, Ducem Venetorum, quòd legitimum Magistratum in Tyrannidem vertisset, sibi & liberis superba regiminis forma exitium peperisse. Siquidem populus suæ libertatis memor, domum eius incendit: Tyrannum inde deturbauit, deturbatum trucidauit, filium in nutricis gremio iugulauit, & tandem amborum corpora foras canibus lanianda proiecit.

Vt hoc obiter addam, nulla ciuitas prudentio regubernatione, quàm Venetiæ, moderatur. Hac enim in Rep. proportione Musicã ita sunt disposiri Magistratus, vt Monarchiæ status in Duce,

cum

cum Democratia in Cõcilio Patritiorũ ad dim
ſon reſpõdeat, & per Optimatũ interiectos m
dios Magiſtratus omnes tres Reip. formæ qu
optimè in vnum concentum coaleſcunt, Et
admodum in fidibus, ita & hîc in munerum
ctionibus, ſi quis vel ad Tyrãnidem, vel Oli
chiam, aut Anarchiam inclinat, harmoniæ d
nantia illicò percipitur, obſtreperuſque pub
tranquillitati dignitate priuatur, atque etiam
uerius punitur. *Aelian. lib. 2. var. hiſt.*

6. *Ferdinandus* Neapol. Rex, quòd nullum
genus crudelitatis & libidinis in ſuos exerce
tandem à nobilitate deſertus miſerrimè re
exterminatus, recepto in eius locũ Carolo V
Gall. Rege. *Cominæus 2. de bel. Neap.*

7. *Romanus*, 26. Rex Scotorum, cùm admod
crudelis eſſet, varijſque facinoribus coope
tandem nobilium conſpiratione oppreſſus
rijt. *Læſſeus Epiſc. Roſſenſis, de Reb. & mor.*

8. *Chriſtiernum* Regem Danię ſæuitia regno
pulit. Cùm autem decimo poſt anno ſui e
conſcripto milite, conaretur ditiones ſuas r
pere, & in Noruegiam, & Daniam veniſſet, d
sè interceptus in carcerem conijcitur, in quo
iam naturæ conceſſit. *Surius Ann.* 1532.

9. In Gallia *Childericus* dum plurimos pe
daret, quendam, ait Gaguinus *lib. 3. de geſt. Fr*
Bolidum, ſiue, vt alij, Bodilonem ſupremæ no
litatis hominem palo, licet innocentem, alli
tum crudeliſſimè verberibus affici iubet, quo
miſſo reliqui Proceres cum eo cõiurant, & Ch
dericum in ſylua venantem circumſiſtunt, atq
occidunt, vnà cum Vlcide Regina prægnante,
rogato in eius locum Theodorico. *Baron. an*
Chriſti 671. 10.

10. *Petrus cognomento Crudelis, Legionis Rex & Castellæ*, quòd in suos plurimum desæuiret, communi Procerum & popularium consensu è regno pulsus est, atque in eius locum suffectus Henricus frater, tametsi nothus. *Annal. Hisp.* Vtinam omnes Magistratus aliorum periculis sapere discerent, & cum *Claudio Cæsare* non dominationē & seruos, sed rectorem & ciues sibi ob oculos ponerent. Vtinam memores essent illius sententiæ *Galbæ Cæsaris*: Vtilissimus atque breuissimus bonarum malarumque rerum delectus, cogitare quid aut nolueris sub alio Principe, aut volueris: imperaturus es hominibus, qui nec totam seruitutem pati possunt, nec totam libertatem. Mirantibus quibusdam *Zenonem* Imp. è mansueto sæuum factum esse, non mutauit, inquit Leontius, naturam, sed in rebus secundis improbitatē declarauit. Vtinam omnes Magistratus ponderarēt illud Salomonis: (Ecclesiastici 32. c.) *Rectorem te posuerūt, noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis*: & quod amici seniores Salomonis Regis Roboamo suadebant, vt comiter populum alloquerentur, & posito aliquantisper fastu regio, ad captādam multitudinis gratiam sese accommodaret. Hac arte captos facile illum amaturos, quòd natura ita comparatum sit, vt subiecti delectentur Regibus mansuetis & de suo fastigio nonnihil se demittentibus. *Ioseph.* 8. *Antiq.* c. 2. Vtinam cogitarent rectè scripsisse AElianum *in hist. anim.* Tyrannos similes esse suibus, quas si quis tetigerit protinus clamare incipiunt, mortem somniantes, cùm nec vellera habeant, nec lac, nec aliud quicquam præter carnes. Sic enim Tyranni omnia metuunt, scientes, quòd & ipsi vitam omnibus

debeant,

debeant, cùm ciuium sanguine & carnificina
lectentur: non spargant, sed metant: nihil lar
tur, sed depopulentur omnia: non curẽt, sed
nerent: non seruent, sed perdant ciues. Vt
denique ponderarent, quod Syr. cap. 11. ait: *Ma
Tyranni sederunt in Throno, & post modicum
pus, qui non reputabatur, portauit diadema
multi potentes repente oppressi sunt, & glori
rum tradita est alijs.* Et illud Psal. 36. *Vidi impi
superexaltatum sicut Cedros Libani: transiui,
ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus
eius.*

SIGNVM XLV.

Delatoribus non temere credere.

DELATORIBVS ET SYCOPHAN tis non temere adhibere fidem.

OMnia prius experiri sapientem decet, q
inimicitias amico denuntiet, vel anim
vindictam irritet, ob vanam plerumq; liuid
cuius accusationem, ne ob nimiam credulitat
in maximã incidat crudelitatẽ. Nam 1. *Mebom*
Rex Persarum aduersus alterũ ex filijs Abas
nomine arma sumpsit, persuasus à suo Vi
massо, qui alterius filij socer erat, eũ Impe
benas affectare, titulumq; Regis Persarum
vsurpare. Qua re excandescens pater, versi
oppidũ cum ingenti militum manu contend
liũ oppugnaturus, qui causam inaudiens exa
bati parentis animi, aduocatione impetrata
dem parẽti palàm fecit innocentẽ se, & per
dem eiusmodi accusationes sibi à Salmasso
catas, quò ille sibi aliquando rerum arbitr
fu

sumeret, quo factum est, vt grauissima in eum exempla & cruciatus tali calúnia digni ederentur.

2. *Edoardus II. Rex Angliæ* falsis delatorum criminationibus inflammatus 22. nobilissimos Angliæ Barones ad supplicium rapuit, coniugem quoque suam vnà cum filio Anglia pepulit. Tandem Regina amicorũ fide & opera postliminio reuersa cum filio, non solùm delatores omnes (nobiles ex familia Spensiorum) atrocissimis punuit supplicijs; verùm etiam Regem maritum, ceu inutilem regno, varijs grauissimisq; de caussis, ex populi & Senatus authoritate, custodia cõtinuit. Quo facto filius optimus pessimi parentis, qui cum matre relegatus erat, sceptro donatus est, & Edoardus dictus, eius nominis III. * * Froissar. vol. 1.

3. Vt *Ludouicus X.* (*Galliæ Rex*) suspicionibus tantum indulsit, vt nulli prorsus homini fideret, & omnes insidiari sibi putaret, & eius pater cùm decumberet ægrotus, persuasum habebat paratũ sibi esse venenum, ideoq; ab omni cibo abstinuit: ita *Carolus* VI. delirabat ac mente captus erat, cum ijs, quæ deferebantur, prius quàm oporteret crederet. *Comineus*, ex cuius etiam sententia prudenter facturi sunt Magistratus, cùm aliquid ad ipsos occultè defertur, si delatorem sistant, & fidem sibi fieri iubeant eius quod sit delatum. Hac enim ratione multo viuent tranquillius, quando nullus sit eò progressurus amentiæ, vt quod probare non possit, de eo sit alicui facturus calumniam.

4. Prudentes Magistratus eiusmodi Sycophantas capitali, aut certè extraordinaria afficiunt pœna, si crimen illatum minus probent. Quis enim innocens esse poterit, si accusasse suffecerit? imma-

immatura credulitas mater est erroris, noue
consilij. Seneca 2. *de Ira c.* 22. ait: Ne sint a
criminantibus faciles, hoc humanæ naturæ
tium suspectum notumq; nobis sit, quòd quæ
uiti audimus libenter credimus, & antequam
dicemus irascimur. Hinc exstat Constitutio
norij & Theodos. Impp. (*l. fin.* C. *de Calum.*
de accus. l. fin.) eiusmodi: *Quisquis crimen in*
dit, non impunitam fore nouerit licentiam men
di, cùm calumniantes ad vindictam poscat sim
tudo supplicij. Antiqua lege Remnia Calum
tori littera C inurebatur in fronte, qua indica
tur eum calumnia vsum esse. *Capitol. in Ma*
Cic. pro Roscio.

5. *Mauritium* Saxoniæ Ducem scribunt
quam solitum fuisse calumniatorum delatio
accipere, nisi ipsi sponderent affuturos se co
quando accusatos esset alloquuturus. A
Axiom. Pol. Nec possunt sycophantę refutari
lius, quàm si iubeantur ea coram dicere in
præsentibus, quæ de absentibus deferunt. M
boni viri talibus delationibus prægrauãtur
non audiuntur excusationes ipsorum, & nim
delatoribus assentiuntur multi, re non explo
ta. Dicti sunt eiusmodi delatores quadrupla
res: quia Nero ipsis quartam partem de pros
ptorum bonis assignabat De subauscultatori
& otacustis, seu intelligentiarijs, qui omn
rebus, & agendis, & dicendis, aures admou
& vitę ac fortunis ciuium malitiosè insidiant
vide Arist. 5. *Pol. c.* 11.

6. *Mecœnas* apud Dionem *lib.* 52. ait ad Au
stum: Quoniam auscultatores & explorat
habere te oportet, quorum opera omnes Im

tijtui res cognoscas, memento nō omnia statim, quæ ab his referuntur, credenda, sed diligentem considerationem adhibendam esse. Permulti enim eorum vel odio aliorum, bona eorum affectantes, vel in gratiam quorundam, vel irati ob postulatam & non acceptam pecuniam, falso crimine seditionis tentatæ, aut cōtra Imperatorem alicuius facti vel dicti improbi eos onerāt. Ideoque non temerè fides eis est adhibenda, sed omnia accuratè examinanda. Quòd si enim tardius fidem adhibueris, nullo tuo magno id fiet damno; festinando autem fieri potest, vt peccatum aliquod irreparabile admittas.

7. Cùm *Margaretha*, Henrici VI. Anglorū Regis vxor, æmulorum falsis delationibus præpropere credidisset, ac Humfredum Gloceſtrienſem Ducem, virum optimum regni administratione submotum, & in vincula deiectum indicta causa strangulari permisisset, haud multo post ab Eduardo IV. maritus eius captus, filius eius trucidatus, ipsa in exilium eiecta, innocenti sanguini pœnas dedit. *Polyd. lib. 24.*

SIGNVM XLVI.

DETRACTORES, SEV OBTRECTATORES reprobare, non admittere, &c.

Detractores non admittere.

1. *Alexander Macedo*, cùm familiaris quidā aduersarium suum traduceret, altera manu aurem obstruxisse fertur, vt illam puram absenti relinqueret. *Melissa par. 1. ser. 53.*

2. *Rex Dauid* ait Psalm. 100. *Detrahentem se-*

cretò proximo ſuo hunc perſequebar.

Vide ſignum 16.

3. *Ageſilaus Rex Laced.* quoties audiebat ab quos ab alijs laudari, aut vituperari, exiſtimabe non minus diſcendos eſſe eorum mores, qui loquebantur; quàm eorum, de quibus loquebantu Quo dicto ſenſit vir prudentiſs. eos, qui alien laudi obtrectant, magis prodere morbum ſuu quàm detegere morbos alienos. *Plut.*

4. *Veſpaſianus & Titus Impp.* adeò alienæ fa obtrectatores inſectati ſunt, & odio proſecu veluti publico exitio deſtinatos, vt flagellio ſos per Amphitheatri arenam ſpectandos trah cerent. *Alex. ab Al. lib. 3. Gen. c. 22.*

5. *Domitianus*, inter Imperij monſtra com meratus, hac in re ſolùm ſapere viſus eſt, qu detractores contempſerit, & ab Vrbe expule hanc vocem diligenter vſurpans: *Obtrectato & calumniatores qui non caſtigat, irritat.* Vi verſus:

Abſint à menſa, detractio, fletus, & ira
Sed cum lætitia ſumatur potus & eſca.

Vide Theat. hiſt.

SIGNVM XLVII.

Dei cultum promouere.

DEI, SEV DIVINVM CVLtum promouere.

1. *Athenienſium* Magiſtratus varijs modis a nati ſunt efficere, vt populus quàm ma mè frequens ad concionem veniret. Obiec enim repagulis quibuſdam, vias reliquas occlu debant, quæ non ducerent ad forum, tum merce tollebant ex mercatu, ne quid hac gratia ibi ex

fare

faretur, deniq; funē parârant rubro colore, quem μίλτον (minium) vocant, oblitum. Hoc duo publici ministri populum cingentes, eum agebāt in concionē. Studebat quisq; funiculum effugere, propterea quòd quisquis colore notatus appareret contagio funis, is multam perdere cogebatur. Hinc qui notam metuunt, funiculum miniatum fugere dicuntur. *Suidas.* Si illi tanta industria suos ad concionem profanam venire cogebant, quanto studio decet nostros Magistratus populum ad audiendum Sacrum, & Dei verbum compellere?

2. *Dauid* Dei cultum mirè promouit. 1. Par. 13. *vsque ad c.* 25.

3. *M. Aurelius Imp.* epist. ad Regem Trinacriæ scribit: Is, qui Deos suos non colit, virtutes omnes pro vitijs habendas esse certissimè statuit. Principes cordati ad omnia subditorum errata conniuere & possunt, & debent, exceptis ijs, quæ ad Deorum pertinent contumeliam, quæ, si fieri posset, punienda prius quàm cogitanda essent. Non enim Princeps, sed Tyrannus appellandus est, qui in proprijs iniurijs vlciscendis sollicitus seu promptus; in persequendis ijs, quę Dijs factæ sunt, segnis & remissus est. Quicunq; Princeps ampliandorum regnorum & augendarum ditionum gratia, caussam præbet labefactādi & imminuendi cultus diuini, non Rex à nobis legitimè imperans, sed Tyrannus violenter agens vocandus est. Quòd si Tyrannum dicimus, qui ciuitates deuastat, homines occidit, innocentes persequitur, virgines vitiat, & regna exhaurit, quid obstat, quæso, quin Tyrannus

sit Princeps, qui Templa violat, qui Sacerdotes non reueretur, & quod omnium pessimum est, qui Deorum cultum flocci pendit? Nullum flagitium aut facinus tam nefarium est, quod nõ perpetret, cui Deorum reuerentia perijt. Lycurgus Laced. Rex clarissimus, inter cæteras leges antiquas, etiam hanc tulit: Nemini Lacedæmoniorum beneficia de manibus Principis, qui nullis Dijs suis obsequia præstat, accipere fas est, &c. *Vide de Pietate, & in Triumpho Virt. de cultu diuino, & de liberal. in cultum diuinum.*

4. *Numa Pompilius* reliquos sex Rom. Reges gloria præcellit, propterea quòd maximus Deorum cultor fuit. AEquè enim Principes Romani diligebantur ac colebantur, quòd Deos venerarentur, quàm quòd hostes vincerent. Fuit autem is adeò religiosus, vt totam Dijs Vrbem consecrârit, sibi verò extra Vrbem domum exstruxerit. Erat enim lex veterum, vt domum inauguratam (consecratam) habitandi caussa incolere nemini fas esset.

Act. 10. Cornelij preces & eleemosynæ per Angelum Deo offerũtur: ita bona Ecclesiæ per manus pauperum, &c.

Arist. 6. *Pol. c.* 5. probat damnatorum bona Deo (per manus pauperum) & sacris vsibus esse consecranda. Eius interpres *Casus* ibidem has ponit rationes. 1. *à consentaneis*: Ratio postulat, vt Deo (qui est iudex & vindex scelerum) sanguinis effusi pretium tanquam victima offeratur. Sic Principes sacerdotum 30. argenteos, quos Iudas in Templum detulit, non in prophanum, sed in diuinum & sacrosanctum vsum conuerterunt. 2. *à euentis*: Cùm homines intelligunt bona damnatorum Deo consecrari, tam rei, quàm accusatores religione quadam & metu perculsi, & à peccando sæpius, & ab insidiando magis sibi præcauebunt

gebunt: extimescent enim, ne occultissima mentis sensa & cogitata perscrutatus Deus, sanguinis pretium ab illis exigat, si alijs iniustè accusando insidientur; sceleris pœnam requirat, si ipsi facinorosius viuant. Hinc constitutum est, vt bona illorum, qui sibi violentas intulerunt manus, sacris vsibus debeantur. 3. *à contrarijs*: Si Principes, aut multitudo hæc bona possiderent, non salus, sed oppressio; non ciuium quies, sed contentio & seditio erit. Nã si (3. *Reg.* 21.) Achab Nabothi vineã ardentius appetat, repulsus, subornatis testibus, in vitam & sanguinem innocentis sæuiet. Verùm si Deo, non sibi, vuas vineti deberi sciuerit, placatius aget, lapidemq; non quæret, quo iustum obruat. Similiter, si nihil quæstus aut lucri inopes sibi obuenturum ex nece dãnatorum senserint, lupinam appetẽtiam sanguinis deponent, viriq́ue eminentes tutius in portu nauigabunt. Tum enim in nobiles multitudo furit, cùm ex effuso eorum sanguine prædam opimam sperat: ne ergo vndiq; aut oppressores pauperum, aut accusatores nobilium per forum & theatrum ciuitatis volitent, melius cum illa Rep. agitur in qua damnatorum bona Deo potius, quàm Principi, aut multitudini conceduntur. 4. *à fine*, vt æternum Numen colatur: auctis enim hoc modo Ecclesiæ bonis, maior reuerentia religioni adhibetur. Hinc qui ligna, lapides, aurũ, & ornamenta in Templum Salomonis attulerũt, (3. *Reg* 6.) non sunt à Domino reprehensi. Laudatur (*Mar.* 12.) vidua, quæ minutum in thesaurum Templi misit. Laudatur (*Matt.* 26.) Magdalena, quæ pretiosum oleum in pedes & caput Christi fudit. Laudatur (*Marc.* 14.) Ioseph de Arima- *Matth.* 27.

chia, qui sindone & sepulchro eius corpus texit. Laudantur (*Exod.*35.) qui munera altari, qui decimas sacerdoti, qui Deo primitias soluunt. Inquè comparatum est, si ædificia, in quibus nos homunciones viuimus, sint quasi Palatia; & templa, in quibus Deum colimus, sint quasi bubula: si nos vermes saginemur vt porci, & Ministri Dei summa rerum inopia laborantes, viuant vt serui. Greg. Pont. *epist.* 42. *lib.* 1. *ad Petrum Diaconum* monet, ne ex delictis alienis commodum vllum sentiat Ecclesiæ fiscus. Si non putârunt mittendum in corbonam Iudæi auari, sed impium vsum pretium sanguinis cõuerterunt, quid agere decet Ecclesiam Christi? Matt. 5. *Nisi abundauerit iustitia vestra*, &c. Concilium etiam Tridentinum vult pœnas exactas à Clericis dari pauperibus. *Vide Baron. Anno Christi* 591. Cauendum tamen ne religio fulgentibus diuitiarum terenis aucta suffocetur, & notum S. Gregorij dictum iterum fiat verum.

SIGNVM XLVIII.

DEO FELICEM RERVM SVO cessum acceptum referre.

A Deo felicitatem exspectare. Equum referre naturam sui domini.

SIgismundus Imp. iter faciens torrentem equo traijciebat. Equus consistens meiere cœpit. Tunc quidam aulicorum equum Cæsaris naturam habere palàm asseruit. Causam rogatus. Quoniam, inquit, equus torrenti (flumini aquis abundanti) aquam addit; Cæsar abundantibus dat, (neglectis tenuioribus, tantùm in diuites sua munera confert.) Animaduertit Imp. per-

stringi se modestè, quòd in aulicum iam veteranum nihil beneficij contulisset, & subiecit: *Nunquam quidem sibi bene merendi voluntatem defuisse, sed Principum dona non illorum esse propriè, qui ea merentur; sed quibus sint destinata fato.* Et id re comprobaturum se dixit quàm primùm otij & quietis occasio tantisper daretur. Postea otiũ nactus Cæsar, pyxides duas parari iussit magnitudinis & formæ eiusdem: in vnam aurum, in alteram plumbum ponit pondere eodem, & ministro adùocato præcipit, vt alteram pyxidem deligat. Consternatur minister, librando modò hãc, modò alteram tollit, nescius vtram potissimum debeat eligere. Tandem eam aufert, quæ plumbum continebat. Quod vbi conspexit ille, iam recluſa pyxide, aiebat Cæsar, videri palàm, non suam voluntatem, sed ipsius infelicitatem obstitisse, quò minus hactenus beneficium sit consecutus. Prudenter cõsiderauit Cæsar, felicem successum rerum à Deo contingere. Vtinam eius iudiciũ omnes Magistratus imitarẽtur. *Carion lib. 3. Chron. 1. Vide in Mẽsa Theolo-philos. ocũ de Deo.*

SIGNVM XLIX.

DIFFIDERE VIRIBVS HVMANIS.

Diffidere viribus humanis.

DE hoc signo pium ac doctum Tractatum scripsit P. Franc. Arias, nos illud quinq; duntaxat illustrabimus exemplis. 1 *Rex Amasias* bellũ gesturus contra Idumæos, cùm supra trecenta millia suorum, de Israël alia centum millia armatorum conduxisset, venit ad eum Propheta à Deo missus, & dixit: *O Rex, ne egrediatur tecum exercitus Israël. Si putas in robore exercitus bella consistere,*

sistere, superari te faciet Deus ab hostibus. Dei nim est adiuuare, & in fugam conuertere. His verbis quia Rex paruit, & copias Israëliticas dimisit, victoriam, decem millibus Idumæorum cæsis, obtinuit: quam certè non obtinuisset, si viribus copiarum suarum confisus, & non Dei, in pugnam perrexisset. (2. Par. 25. *Vide* Prou. 12. 21. Iud. 20.) Rectè igitur ait S. Augustinus ad Comitem Bonifacium: *Nihil de viribus promptis præsumas, de auctore gloriare virtutum, & nullum arrabis penitus inimicum.*

2. Refert Esaias (c. 22.) ingentem infidelium exercitum, (creditur fuisse Nabuchodonosoris Regis,) ad oppugnandam Hierosolymam fuisse coactum, & Hierosolymitanos, sub Sedechia Rege, etsi se strenuè defenderint, in manus tamen hostium esse traditos: *quia*, inquit, *lacum fecistis &c. & non suspexistis ad eum, qui fecerat aquam, & operatorem eius* (Deum) *de longè non vidistis* (ad preces, vel Dei auxilium non confugistis).

2. Par. 32. Quando verò Sennacherib cum potentissimo Assyriorum copijs Regem obsedit Ezechiam, Ezechias obturasset cûctos fontes extra Vibem, ne hostibus suppeteret aqua, refeciisset muros, & struxisset turres, ac vniuersi generis armaturam & clypeos instaurasset, nec tamen omnis hæc industria satis esset ad sustinendam vim hostium, Deus, quod deerat, diuinitus suppleuit: misit enim in subsidium Angelum vnicum, qui vna nocte centum octoginta millia hostium è medio sustulit. Cur Deus non eadem ratione succurrit Sedechiæ, cùm ijsdem medijs, quibus Ezechias, ad sui defensionem, fuerit vsus? Quia Sedechias omnem fiduciam in viribus posuit humanis; Ezechias

Vide Triumphum Virt.

chias verò, vt primùm animaduertit, in quanto discrimine esset Hierosolyma, cõtulit se ad templum, cilicio indutus, preces Esaiæ Prophetæ pro se postulauit, populumque vniuersum ad orationem inuitauit, & hortatus est, vt fiduciam suam in Deum conijcerent, dicens: *Cum rege Assyriorum est brachium carneum, nobiscum Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatq; pro nobis.* Ierem. 17. *Maledictus, qui ponit carnem brachium suum.* Psalm. 19. *Hi in curribus, &c.*

3. Quia *Asa Rex Iudæ* (2. Par. 14. & 16.) in Deum, cui mente integra adhærebat, magna erat pietate, eam religionem Deus multorum annorum pace (constrictis veluti hostium manibus) compensauit. Cùm autem AEthiopum Rex Zara, coacto decies centum millium hominum exercitu regni illius fines esset ingressus, Asa ad Deum cõuersus, tãtæ multitudini preces opposuit, & Deo precationem exaudiente, propitioque, territos, & fugientes AEthiopes parua militum manu ad internecionem deleuit, reportatis opimis spolijs, euersisque eorum vrbibus: quia Domino cædente contriti sunt, & exercitu illius præliante. Cessit feliciter hæc Asæ Regis expeditio, quia Deo fretus, in quo spem reposuerat, cum aduersario acie conflixit. Sed non fuit idem alterius euentus, quando, posthabito Deo, ad humana consilia confugit. Nam ecce mouerat bellum Basa Rex Israêl, percusso cum Benadab Rege Syriæ fœdere, eoque in belli societatem ascito, extimuit Asa, veritusque, ne coniunctis duorum Regum copijs, solus exiguo exercitu resistere nõ posset (oblitus interim quàm parua manu Regẽ AEthiopiæ debellâsset) de explorata diuini Nu-

minis in se benignitate ad euanidas politici
tus rationes confugit, cœpitque id consilij, v
rempta per astum Regis Syriæ Benadab cum
asa Israëlis Regis societate, illum in suas pa
icto fœdere transferret. Quòd vt facilius co
queretur, vim magnam auri & argenti mitt
censuit. Cumq; in tot sumptus eius facultate
tis non esset, in templi thesauros manus in
Allectus itaque hisce donis & captus Rex Sy
fracto cum Rege Israëlis ante pacto fœdere,
scissisque amicitijs, in illum arma conuertit,
Regi succurrit, Asę, inquam, exultanti, quòd
pulsato, quod exhorruerat, periculo) tam fe
ter ab humana prudentia tractũ consilium c
set, abalienatione quadam distractis confœd
torũ hostium animis, partaq; noua societate
liori quiete. At Dominus, qui corda intuetur
in se spes nostras vult reponi, Hananiã Pro
tam ad Regẽ Asam misit, qui renũtiaret, eo
non in Deo, sed in Rege Syriæ infideli spem
locasset, ereptâ ei è manibus summam vict
quam Domino concedente de Syrię Rege re
tasset, futurũ enim, nisi fœdus cum eo init
Regi Israëlis fretus opem in Regẽ Asam ex
tum duceret & fusus profligatusq; nõ minus
ceretur quã Rex Æthiopum, cuius exercitũ
robore nec numero æquabat, subiunxitque
pheta: *Oculi enim Domini contemplantur v*
sam terram, & præbent fortitudinem his, qui
perfecto credũt in eum. Stultè igitur egisti, &
pter hoc ex præsenti tẽpore aduersum te bella
surgent. Quæ verba Spiritus sancti afflatu pro
lit, vt discamus consiliũ, quod ex Deo capitur
mius vtiliusq; esse ijs omnibus consultation

quæ ab humana politici ſtatus ratione ducuntur. Neq; enim fuit Regis Aſæ culpa, quòd aduerſus hoſtem externa auxilia euocârit; ſed quòd ab idololatra & Dei hoſte ſubſidium poſtulauerit, illius viribus plus quàm Dei potentiæ fiderit, cum eo fœdus inierit, & ad eum in ſuas partes pertrahendum, theſauris, quos prophano Principi offerret, templum Dei ſanctum ſpoliauerit.

4. *Ephraim*, hoc eſt decem Tribus, neglecta ope & fiducia diuina, fœdus inijt cum Aſſyrijs & AEgyptijs: *Iudicium ergo Domini*, ait Propheta Oleas c. 12. *cum Iuda, & viſitabo ſuper Iacob, iuxta vias eius*, &c. *reddet ei.*

5. Cùm *Franciſcus I.* & *Henricus II.* eius filius, Galliæ Reges, atrox & funeſtũ bellum aduerſus Carolũ V. Hiſpan. Regẽ gererẽt, humana potius, quàm diuina prudentia in conſilium vocata, ille Turca fœdere ſibi adiunctο, inſtructiſſima perfidi hoſtis claſſe maritimas oras Carolo parentes excurſionibus infeſtauit: hic admiſſos in belli ſocietatẽ Germanos Principes (quos Proteſtantes vocant) in eundẽ conatu & animis armauit. Quis autem ex his fœderibus fructus? Nullus, præter dedecus & publicam offenſionem. Nam Turcica claſſis, exiguo admodũ detrimento rebus Caroli illato, tractum Galliæ circa Tolonis Martij portum, in quo in hybernis egit, indignis modis igni ferroq; depopulata eſt, vireſq; & portus Gallorum explorauit, vt incidente occaſione Gallias ſecuriùs aggrediatur. Principes verò Germaniæ hæreſi infecti, qui per ſummum nefas defecerant, bonis multati, & plurimis incommodis affecti, manus Imperatoris ſui victrices vindiceſque ſenſerunt.

SIG-

SIGNVM I.

Disciplinam inter ciues seruare.

DISCIPLINAM INTER CIVES *obseruare accuratam, crebrò iudicia, forum, &c. visitare, & aliorum de se iudicia explorare.*

Vide de Censoribus.

1. RECTÈ docet S. Gregorius, 26. Moral. c. 27. decere ita sectari humilitatem, vt disci-na, seu, in castigandis alijs debita seueritas, soluatur. Nam vt M. Aurelius Imp. ad Pollio-scribit: Consuetudo erat & lex inuiolabilis, apud Rom. à Cinnæ tempore, vt Censor à Se-designatus loca vniuersa Prouinciæ illius, ipsi ex omnibus Italiæ regionibus sorte o-rat, obiret, & inspiceret. Cuius inspectio-plex erat finis. Primus, vt cognosceret, num de iustitiæ administratione quereretur. Se-dus, vt exploraret quis status esset Reip. Ter-vt singulis annis fidelitatis erga Romanos mentum exigeret. Rectè ergo Cicero seue-censoriam magistram pudoris, & modes-cat. Cùm exacto post bella Syllana & Mar-biennio Censor annuus Nolam veniisset, quod pidum est Campaniæ, regionem illam pro-visitaturus, &, quòd æstas esset, regioque i-stuosissima, in publicum nemo prodiret, ho-apud quem ex equo descenderat, (diuerter-

Visores ad inspiciendas Prouincias mittuntur.

mice, inquit, *ego sum Censor à Senatu Roma-regionem hanc visitandam missus, itaq; festin-ito, omnesq; è populo bonos huc ad me vocato: enim nonnulla sacri Senatus nomine illis dice-*

Hos-

Hospes ad sepulchra abit mortuorum, qui illic erant humati, & clara voce: *Heus*, inquit, *boni viri venite mecum, vocat enim vos Censor Romanus.* Censor neminem venire videns, iterum iubet hospitem illos accersere. Is ad sepulchra denuo reuersus, mortuis ait: *Adeste boni viri: vocat enim vos Censor Romanorum.* In hunc modum, & ijsdē verbis tertiùm quoque fuêre vocati. Cùm autem iterùm ac tertiùm accersiti non venirent, pertæsus ac indignatus Censor, inquit hospiti: *Quandoquidem iussu meo boni viri nolunt venire, illuc ibo; itaque mecum progressus mihi illos monstra. Grauē enim meretur animaduersionem, quicunq; Senatus dicto non est audiens.* Hospes pauperculus Censorem manu prehensum ad sepulchra ducit, ad quæ dudum abierat, & mortuos denuo clara voce compellans: *Ecce*, inquit, *boni viri adest Censor Romanus vos alloc uturus.* Censor indignatus, & excandescens: *Quid agis*, inquit, *hospes? ego te vinos vocatum misi, tu verò mortuos vocas?* Cui hospes: *Si prudens es Censor Romane, haud mirum tibi videbitur quod feci: omnes quippe boni viri huius regionis tam olim sunt mortui, & in hus monumentu sepulti: iusto quippe Dei iudicio factum est, vt intra terræ sinum quiescant illi, quorum commercio non digna erat, vt frueretur Resp. &c.*

2. *Agesilaus* Rex interrogatus, cur Spartanorum Resp. præ cæteris secundis rebus floreret? respondit: *Quoniam plus cæteris in hoc se Spartani exercent, vt pariter & imperare, & parere sciant.* Sentiens ciues disciplinæ capaces causſam esse incolumitatis publicæ. *Plut.* Vt & *Agis Rex Lacedæm.* interrogatus, quod disciplinæ genus potissimum exercitaretur apud Spartanos? respondit, *scire imperare, & ferre imperium.*

3. Theo-

Vide de Annona.

3. *Theophilus Imp.* singulis hebdomadibus ... forum equitans, res venales inſpiciebat, ... pretio interrogabat, neque obiter hoc, aut de ... tantùm re; ſed de ijs, quæ eſui ſunt ac potui ... veſtibus, ac in vniuerſum de omnibus, quæ ... ro proſtabant, mercibus. Quæ ſi magno ... rent, Præfecti culpa, ei vel Magiſtratum ... bat, vel obiurgato quid agendum eſſet præ... bebat. *Cedrenus & Zonaras.*

4. *Aripertus Longobardorum Rex* ignoto ... per oppida vagabatur, ſciſcitando & explo... do, ecquid de ſe ſuiſque iudicibus populi ... rentur. *Paul. Diac. lib. 6. c. 10. & 12. Bonfin. ... dec. 1.*

5. *Ludouicus Vngariæ & Poloniæ Rex* plebis ... minorem quàm nobilitatis curam geſſit. ... nonnunquam diſſimulato habitu vicos & ... da perluſtrauit, vt cognoſceret, quid de pub... nis & exactoribus, iudicibus ac Magiſtra... ſuis, ac de ſe denique vulgus hominum affe... di neſcium ſentiret, multaque ex huiuſmodi ... monibus in ſe ſuiſque caſtigauit. *Cromerus.* ...

Vide de Tributis.

6. *Fridericus Senior Dux Auſtriæ*, Imp. Fri... rici III. patruus, ſæpe mutata veſte ſolus inter ... greſtes verſatus eſt, cum quibus diurna merc... & arans, & alia quæuis munia faciens ruris, ... ſeipſo, & de Purpuratis ſuis confabulari con... uerat. Interrogatus, cur id ageret, *Neque me ...* inquit, *de me alio modo verum audire poſſum.* ... Sl. lib. 3. Comm. in Panor.

SIGNVM LI.

ACCVRATAM SERVARE DISciplinam militarem.

Disciplinam militarem seruare.

1. AB *Alexandro Seuero* Imp. Mammææ filio, in expeditionibus, si quis de via in alicuius possessionem deflexisset, pro qualitate loci fustibus aut virgis cædebatur, aut alioqui condemnabatur. Si dignitas personæ tales pœnas non recipiebat, grauissimis contumelijs afficiebatur, cùm diceret: *Vellesne hoc in tuo agro fieri, quod facis in alieno.*

Vide de Pœnis.

Etsi veræ rectæque religionis expertes sint homines, diuinitus tamen est cuique insitum à natura, vt vitium malum & turpe, virtus autem bonum censeatur & pulchrum, illiq; pœnam, huic verò præmium à Deo iure debitum existimetur. Huius in mente hominum sculptæ legis hic Imperator se pro viribus cultorem exhibuit: nam in paranda expeditione cõtra Persarum regem Artaxerxem, Antiochiæ cùm esset, eius rei egregiũ specimen edidit, cùm, licet in procinctu, quando alij Imperatores solent militibus indulgere, ac pariter officijs demulcere, ipse tunc potissimam æqui solùm rationem ducens, milites quosdam se mulieribus admiscentes, delitijsque dantes coniecit in vincula, legionemque pro illis tumultuantem exauthorauit, vixque rogatus post dies 30. restituit. Tribunal enim ascendit, ac vinctis omnibus ad tribunal adductis, circumstantibus militibus, & quidem armatis, grauiter illos admonuit, vt meminissent Roma-

Lampr. Baron. Anno Christi 236. Fulg lib. 2. c. 2.

Seueri seuera disciplina.

Romanæ disciplinæ. Cùm loquentem milites multu interpellarent, nihil conterritus, insu tales voces ederent aduersus hostes, non ab sus Imperatorem. Cùm verò vehementius en fremerent, ac serio minarentur: *Deponite, in dextras contra hostem erigendas, si fortes est ista non terrent.* Cùm non desinerent frem exclamauit: *Quirites discedite, atq; arma de te.* Mox omnes non armis solùm, sed & sig militaribus depositis, in varia diuersoria re ferunt. Solus inermisque toruo vultu, grau sonante voce omnem exercitum exautho Post tamen (teste Lampr.) eius legionis milit fidelissimis vsus est. Huiusmodi iustitia mu exercitus, hostem potentissimum inuictum hactenus profligauit, quem contra nulla iust æqui ratio, sed solùm tumor mentis fastu perbiæ ad bellum accinxerat: quippe qui (a ctor est *Herodianus lib. 6.*) litteras pacis ab xandro missas barbarica insolentia contem Quantum enim conferat, etiam Ethnicis quirendis rerum dominijs propulsatio vitæ atque ad morum optimorum numeros aetern rata vita hominum, S. Augustinus 5. *de Ci* 6.12.13.14.15. pluribus disserit, ostendens ho nos olim his egregiè imbutos, plurimos fili pulos subiecisse: è contrario verò vitiorum cremento regna maxima corruisse. Nota qui artibus etiam impij valeant sibi ad maxima q que promerenda cæleste numen conciliare, busue factis ijdem illud sibi infensum red

Vna Principis vox multos iratosq; exarmauit.

Car Alexãdro potius, quàm Artaxerxi fauerit Deus.

Idem Alexander rectè dixit: *Disciplina rum Rempub. tenet, quæ si dilabatur, & nomen num & Imperium amittemus.* Lampr. nam, v

Vsl.lib.2.c.2. ea acriter retenta Principatum terrarum Romano Imperio peperit, &, è sinu militaris disciplinæ omnes triumphi manârunt.

2. *Aurelianus 36. imp.* cùm litteras accepisset a suo vicario, quibus scire cupiebat, quomodo res gerenda esset, rescripsit: Si vis Tribunus esse, imò si vis viuere, manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat, ouem nemo contingat, vuã nullus auferat, segetem nemo detrahat, oleum, sal, lignum nemo exigat, annona sua contentus, sit. De præda hostis, non de lacrymis prouincialium habeat: arma tersa sint, ferramenta famiata, calciamenta fortia, vestis noua vestem veterem excludat, stipendium in baltheo, non in popina habeat: torquem brachialem & annulum apponat, equum saginarium suum defricet, captum animal nõ vendat, mulum centuriatum comiter curet, alter alteri quasi seruus obsequatur, à medicis gratis curetur, aruspicibus nihil dent, in hospitijs castè se agant, qui litem fecerit vapulet. Has æquas leges Tribuno & militibus præscriptas Vopiscus ex epist. Aurel. refert. Eadem fermè leges Ioannes Baptista militibus, salutis viam addiscere cupientibus olim præscripsit: *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris.* Luc. 3.

Baron. Anno Christi 271.

al. deponat.

Alex. lib. 6. c. 18.

al. habeant.

3. *Theodosius* Imp. Anno Christi 393. aduersus Eugenium Tyrannum, Occidentale Imperium occupantem, expeditionem parans, ne quid indignum, quo diuina prouocaretur vindicta, milites perpetrarent licentia militari, quo eos intra fines modestiæ contineret, hæc rescripsit ad comites vtriusque militiæ: *Nemo militans à suo hospite salgami nomine aliquid postulet*, id est, *ne*

lignum, aut oleum, culcitræue poscantur. l. 3. de sal-
gam. C. Theod. Baron. Tom. 6. Anno Christi 507.

4. *Clodoueus Rex Galliæ* scribit ad Episcopos
Concilij Aurelianensis, quòd militibus seruan-
dum præceperit, vt nullus sanctimonialibus, vi-
duis, Clericis, Ecclesiarum seruis violentiam
vel damnum inferant: idque inuiolabiliter vo-
luit custodiri. Hinc de ipso Greg. Tur. ait hist.
Franc. lib. 2. cap. 37. Quoniam pars per territo-
rium Turonicum transibat, pro reuerentia
Martini dedit Edictum, vt nullus de regione illa
aliud, quàm herbarum alimenta, aquamque pre-
sumeret. Quidam autem de exercitu, inuento cu-
iusdam pauperis fœno ait: *Nonne Rex herba
tantùm præsumi mandauit, & nihil aliud? &* ...
(inquit) *herba est. Non enim erimus transgres-
res præcepti eius, si eam præsumimus.* Cumque vi
faciens pauperi fœnum vi abstulisset, factus
peruenit ad Regem, quo, dicto citius, gladio pe-
empto, ait: *Et vbi erit spes victoriæ, si B. Martinus
offenditur?*

5. *Belisarius* Constantinopol. cùm ad recu-
randam è Gothorum manibus Italiam à Iusti-
ano missus esset, adeò ab omni maleficio mili-
continuit, vt cùm iter facerent, quanquam defe-
si, ad decerpẽdos fructus, qui in via ab arboribus
pendebant, nunquam manum extenderint, neque
in opacum locum pabulatum frumentatumque
iuerint. *Fulg. lib. 2. c. 2. ex Procopio.*

6. *Totilas Rex Gothorum* toto tempore, quo per
Italiam tam copiosos exercitus circumduxit, ne
sui milites quacumque iniuria agricolas affice-
rent, seueritate sua effecit. *Procop.*

7. *Robertus Salernitanus Princeps* aiebat: Mal-

se vt miles ad hostem transfugiat, quàm in suis castris contumaciter se gerat.

8. Fuit olim *Comes quidam Palatinus Rheni Fridericus* nomine. Is in quodam prælio, imperante Adolpho Nassauiensi, tres Illustriss. Principes cepit, quibus in arcem deductis, conuiuioque exceptis, talibus Heroibus digno, vetuit apponi panem, eumque postulantibus iussit renuntiari, non esse id abs re factum, voluisse nimirum se ipsos commonefacere, bella sic geri debere, vt petatur hostis, non innocens turba agricolarum fame necetur, quorum segetes ipsi contra ius belli crudeliter vastassent, & frumétum iam importatum succensis pagis corrupissent. Certè *quando deest panis, tunc est cibus omnis inanis.* (P. Egnerus in Calend.) Factũ est Anno Christi 1298.

9. *Pyrrhus* cùm videret delectorem suum grandes & robustos milites præcipuè eligere, dixisse fertur. *Tu grandes, ego fortes reddam*, indicans disciplinam plus valere in bello, quàm militum procera corpora. *Frontinus lib. 4. c. 1.*

10. Memoriæ prodidit Scaurus pomiferam arborem, quam in pede castrorum fuerat completa metatio, postero die, abeunte exercitu, intactis fructibus fuisse relictam. *Ibid. c. 3.*

SIGNVM LII.

A DOCTRINA EGREGIE ARMATUM esse, & doctos amare. *Doctũ esse*

ERuditionem & doctrinam in Magistratibus & officijs publicis minimè spectandam esse docent hæ rationes. 1. *ab incommodis*: quia *M. Iun. in quæst. Pol.*

doctos possunt alere consiliarios, & imperiti cum modestia coniuncta vtilior esse videtur peritia ac doctrina, quæ adiunctam immodestiam habet. Qui imperiti sunt, imbecillitate sua agnita, legibus simpliciter obtemperant, exæquo ac bono iudicant: periti ac docti legibus sæpe sapientiores videri, (sapere plus quàm leges) & suam in consultationibus præualere sententiam cupiunt, à iudicandi more recepto recedunt, innouare multa conantur, suas tantùm sententias valere debere sibi persuadent. (*Thucyd. lib.* 3. in *Clionis Orat.*) 2. *ab authoritate & exemplis. Latinius Imp.* Symboli loco illud vsurpabat: *Pestis Reip. litteræ.* (Eutrop.) *Gothi* negârunt litteras discendas esse eis, qui inter enses ac hastas versari aliquando debent. (Macrob. lib. 1. de bel. Gothico.) *Ludouicus* XI. *Gall. Rex* Carolum VIII. filium Latinè scire quicquam vetuit, præter illud: Qui nescit simulare, nescit regnare. (AEmyl. lib. 10.) 3. *ab exemplis eorum, qui docti malè gesserunt Magistratus*, (imperijs ac Rebusp. præfuerunt) tyrannicè egerũt, aut litteris dediti nimis, Reip. neglexerunt. Testes sunt Tiberius, Claudius, Nero, Gallienus Imperatores, & alij.

Contra verò cùm Magistratus eligendi, concedendæ dignitates, ac demandanda officia sunt, eruditionis ac doctrinæ habendam esse rationem probant. 1. *Exempla* multa. 1. Apud *Persas* Rex fieri nemo potuit, nisi qui Magorum imbutus disciplina esset. *Romani*, cùm Imperator aliquando quæreretur, acclamârunt, quis melius quàm litteratus imperat? (Vopisc. in Tacito) 2. Iulius *Cæsar* quàm fuerit doctus, cùm alia probât, tum rerum gestarum in Gallico & Ciuili bello (inter

ipsos

ipsos rerum ciuilium aut militarium æstus iactationesque) libri scripti & editi. (*Suet.*) 3. *Augustus Cæsar* studia liberalia laboriosissimè exercuit: etiam Mutinensi in expeditione & legit, & scripsit, & declamitauit quotidie. (*Dio lib.* 51. *Suet.*) 4. *Germanicus* Græcas Comœdias & Epigrammata scripsit, causas orauit. (*Suet.*) 5. *Titus Vespasianus* Latinæ Græcæque linguæ, vel in orando, vel in fingendis Poëmatibus promptus erat, & facilis, ad extemporalitatem vsque, nec Musicæ rudis. (*Suet.*)

6. *Adrianus* Græcis litteris sic studuit, vt à nonnullis Græculus diceretur, Poëmatum & litterarum omnium studiosissimus, Arithmeticæ & Geometriæ peritis. fuit. (*AEl. Spart.*)

7. In *M. Antonino Philosopho* tantum Philosophiæ studium extitit, vt adscitus iam ad Imperatoriam dignitatem, tamen ad domum Apollonij discendi caussa veniret, tantum operis & laboris studijs impendit, vt corpus afficeret, atque in hoc solo pueritia eius reprehenderetur. (*Iul. Capit.*)

8. *Alex. Seuerus* Latinis Græcisque litteris imbutus egregiè fuit, 18. ætatis anno publicè declamauit: (*AEl. Spart.*) imò à prima pueritia artibus bonis imbutus, tam ciuilibus, quàm militaribus, ne vnum quidem diem sponte sua transire passus est, quo se non & ad litteras, & ad militiam exerceret. (*AEl. Lampr.*)

9. Docti etiam fuerunt *Constantinus Magnus*, & 10. *Theodosius Maior*, teste paulo Diacono, 11. *Carolus Magnus* linguarum multarum peritia fuit clarus. (AEmil. lib. 3. Sigeb. Sigon. lib. 4. de ital.)

12. *Fridericus* II. *Imp.* Latinam, Græcam, Saracenicam,

nicam, Gallicam, & Germanicam linguam op
mè calluit: quidquid habuit otij librorum lect
ni tribuit. (*Sigon. lib. 16. Cuſpin.*)

13. *Ladislaus Rex Vngariæ & Boëmiæ*, adhuc pu
cùm eſſet Romæ, dicebat nō videri ſibi homine
qui litteras ignorarent. (*Æn. Syl. lib. 3.*)

14. *Mithridates Rex Ponti* grauiſſima bella pa
ter omnem exſpectationem confeciſſe dicit
quia multarum artium & 22. linguarū ipſe pe
tus erat, & præſtantiſſimos Philoſophos ſemp
in exercitu adhibebat. (Omnes ſubditos, quem
ſua dialecto promptè & ſciēter alloquebātur;
Propterea & Alex. Seuerus, de quo dixi; qua
de iure & rebus Imperij controuerſia erat, ſa
litteratos in conſiliū adhibebat; ſi verò de re
litari, præter veteranos milites, litteratos qu
præſertim hiſtoriarū peritos aduocabat, requ
quid in talib⁹ cauſſis veteres Impp. vtiliter eg
ſent. *Lāpr. Vide Middēdorp. lib. 1. de Acad. c. 5*

* *Plin. 2. de Vir. Illuſt.*

15. Cùm ingratiſſimi Athenienſes Themiſto
Philoſophū (qui Xerxem Regem Perſarum co
infinita lectiſſimorum virorū multitudine tu
piter in Perſiam redire coëgerat,) vrbe expul
ſent, dicebat *Xerxes*, non poſſe ſe malum aliqu
grauius optare ſuis hoſtibus, quàm vt hac dem
tia excæcati, huiuſmodi viros ſapientes à ſe ab
narent. Vt enim prudentia nauem Reip. conſe
uat, ita ignorantia eam in Syrtes pellit.

16. Cùm *Philippus Rex* Byſantium deleturus a
ueniret, Leo Byſantius, Platonis auditor, & no
lis ſophiſta: *Dic age*, inquit, *Philippe, qua de ca
ſa mœnia noſtra oppugnaturus aduenisti?* Cumq
Philippus reſponderet: *Amor patriæ tuæ hue pe
traxit: Amantibus*, inquit ille, *inſtrumenta bel

ex, haud bellica conueniunt. Quare placatus Rex, statim ab vrbe discessit. *Volat. lib. 16.*

17. *Alexander Magnus* dicebat ad Aristot. malle se doctrina, quàm imperij magnitudine, (opibus & dignitate) cæteris antestare, (alios anteire.) *Brus. lib. 3. c. 31.*

18. Sicut Lampr. Alex. Seuerum prædicat, quòd in omni consilio doctos viros cæteris Imperij ordinibus prætulerit: sic laudat Panor. *Alphonsum Aragoniæ & Siciliæ Regem*, quòd vel militibus suis, qui libros repertos afferrēt, magna munera donarit, ipse verò apertum librum pro Symbolo vel insigni gestarit, vel vsurparit, significans, doctrinam Regibus in primis esse necessariam. Gloriatus est, se vetus & nouum Testamentum vnà cum Glossis decies & quater perlegisse. Cùm audiret Regem Hispanum dixisse: Eruditionem Regibus & Principibus parum conuenire: *Hæc bouis*, inquit, *non hominis vox est.* Diuitem indoctum, (sine cultu litterarum,) pecudem auream, (aureum vellus:) Regem verò indoctum, seu illiteratum, *coronatum asinum* nominare solebat. Idem Franciscus I. Rex Galliæ faciebat. Iuramēto, seu persanctè affirmabat, malle se, & omniū 7. Regnorū, & opū omniū, quàm minimā doctrinę iacturam facere, seu, vt tantillum eruditioni suæ decederet. Dicebat etiam, malle se gemmas, &c. quàm libros qualescunq; perdere. Legenti ipsi libros Cic. de Officijs, Musici ad fores cubiculi occinere cœperunt, tum Rex: *Facessite procul hinc cum vestra Musica, meas quidē aures & animum multo dulcior Sirenum occupatiō tenet.* Rogatus vtrum armis, an libris maiorem gratiam deberet? respondit ex libris se arma

& armorum iura didicisse. Commentarios Cæsaris in omnibus expeditionibus secum habuit, quos dicere solebat, malle se priuatum viuere, quàm eruditione carere. Dixit etiam: à mortuis (liberalibus) quærendam esse veritatem, optimosque eos esse consiliarios: vt & Demetrius Phalereus Ptolomæum Philadelphum AEgypti Regẽ admonuit vt demortuorum sapientum libros sibi compararet, quòd veritatem libere dicant, & nullus amicus magis sit liber, quàm liber. Cùm aliquando ad Ouidij Nasonis patriam victor venisset: *ego*, inquit, *huic regioni, quæ non parua Regni Neapolitani, nec contemnenda pars est, libenter cessurim, si temporibus meis datum esset, hunc Poetam vt haberent, quem mortuum pluris ipse facio, quàm Aprucij dominatum.* Caietam verò oppugnaturus, saxa & tormenta, quibus vehementer eo tempore indigebat, ex viciniori agro depromi iussit, sed vbi villam Ciceronis fuisse intelligeret, malle se, inquit, tormentis nunquam vti, quàm eam villam violare.

Vide signum 53.

19. *Sigismundus Imp.* ab Imperij Principibus reprehensus, quòd litteratos viros (homines obscuro genere natos, ob eruditionem) altius quàm decebat euehere videretur: *Ego verò*, inquit, *eos amo, quos natura aliis antestare voluit.* Vsus est Iurisconsulto quodam Georgio Fiscello, quem & Equestri dignitate ornauit: is vnà cũ Imperatore ad Concilium Basilienſe profectus, cùm aliquamdiu dubitasset, vtrum Doctorum, siue Iurisconsultorum, an verò Equitum collegio sese aggregaret, tandem cum Nobilibus, vt honoratioribus, consedit. Imperator ibi hominem conspicatus: *Ostultum*, inquit, *qui Milites, siue Nobiles doctos præfe-*

præferendos censes: mihi quidem è gregarijs militibus vel mille Nobiles & Equites vno die creare facile est: at vel mille annis vnum Doctorem non fecero. Intellexit in eruditis esse quiddam stemmatis præstantius. Nobiles habent ædium parietes clypeis & imaginibus depictos: docti animum optimis disciplinis exornatum. Et vt natura animus est præstantior corpore; ita ornamenta ingenij longè pulchriora sunt externæ nobilitatis insignibus.

20. *Tacitus Imp.* Tacitum historicum patrem appellabat, eiusdemque libros decies per singulos annos, ne perirent, describi curabat. *Vopisc.*

21. *Carolus V. Imp.* cùm Bononiæ coronaretur à Clemente VII. illius Academiæ Professores insignijs & privilegijs Equitum Comitumq; perpetuò honorauit. *Vide signum 53.*

22. *Carolus IV. Imp.* in Scholam Pragensem à se erectam aliquando ingressus, quatuor integras horas Magistrorum disputationes auscultauit, cumque id Purpurati molestè ferrent, & tempus prandij iamdudum esse inclamarent, respondit: *Mihi prandendi tempus nondum est, vos prandete; prandium mihi hæc est disputatio, quæ mihi magis sapit quàm nectar aut ambrosia:* imò doctis viris audiendis sæpe integros dies impēdit. *AEn. Syl. lib. 4. c. 35.*

23. *Robertus Rex Neapolis & Siciliæ* cum Patriarcha aliquando ambulans, *iurato*, inquit, *hoc mihi crede, hoc quantulumcunq; in me est eruditionis mihi regno meo charius esse, ac si alterutro carendum sit, malle me corona, quàm libris meis carere.* Tanti fecit doctrinam, & tam chari ipsi literæ & litterati fuerunt.

II. idem probat *conditio Magistratus.* Que-
nam enim plura ac meliora scire oportet, qu
Magistratum, cuius doctrina omnibus subie
profutura est? (*Veg. in Proœm. lib.* 1.) & cuius m
gnum ac difficile munus, & cura ingens est? (*Pla-
to* 2. *&* 7. *de Rep.*)

III. idem docetur *à lege naturæ*, quæ requiri
melioribus & potentioribus deteriora sub
tantur. Ita multis gregibus aut maxima corp
præsunt, aut velocissima: non degener taur
menta præcedit, sed qui magnitudine ac tor
teros mares vincit: elephantorum gregem
cellentissimus ducit: inter homines pro su
est optimus. (*Seneca lib.* 13. *epist.* 40.

Vide signum 31. IV. *à turpi*; qui enim doctrina tincti non
non sunt multum dissimiles statuis ac col
qui honestam præ se foris speciem ferunt, i
verò pleni plumbo, lapide, aranearum te
terra sunt. (*Plut. ad Principem indoctum.*)

V. *à commodis eruditionis.* Non ad vitam
rectè instituendam & sustentandam litteræ
ducunt, verùm etiam necessariæ sunt ad cu
tandum, & consilia vtilia ad Remp. capessen
suppeditant. (*Plut. in Coriol.*) Doctrina etia
fundamentum laudis, & fons veræ felici
Atque *vt laurus perpetuò viret; ita eruditio
ma non marcescit*: (Plato 6. de Rep. Plin. lib.
30.) contra inscitia omnium in Rep. miseri
& calamitatum caussa est. (*Plato* 5. *de Rep.*
pist. 7.)

VI. *Ab honesto.* Quemadmodum requiri
vestium magnificentia ac splendore cæteris
stent Magistratus: ita flagitatur, vt ijdem do
atq; eloquentia alijs antecellant. Quãdoq

longè pulchrius est magisq; regium bene constituto animo esse, quàm corpus pulchris vestibus ornatum habere. (*Arist. in Rhet. ad Alex. c. 2.*)

VII. *à perfectione naturæ.* Licet virtus à natura quosdam impetus sumat, tamen perficitur doctrina: & si ad naturam eximiam eruditio accesserit, tum demum singulare quid existere solet. *Cic. pro Archia.*

VIII. *à necessitate:* nisi enim magna ingenia rectè instituta & litteris imbuta fuerint, tanto deteriora euadunt, quanto in illis maiores igniculi extiterint: (*Plato 6. de Rep.*) neque admonere talia ingenia, aut reprehendere amici audent.

Licet Magistratus doctos ac prudentes habeãt Consiliarios, tamen misera est prudentia, quæ ex alieno arbitrio pendet. Quin & prudentiæ magnæ est, aliorum consilijs ac sententijs obtemperare velle. Adhæc, tres infelices inueniuntur: qui scit, & nõ docet; qui docet, & non facit; qui nescit, & nõ interrogat. Cyrus Crœso dissuadẽti expeditionem cõtra Tamyrin Massagetarũ Reginã, imperandi libidine accensus, non obtemperauit; neque verum esse credidit, quod discere eum idẽ iussit, circulum esse rerum humanarum, qui rotatus eosdem semper fortunatos esse non sinat. *a* Præterea non vulgaris prudentiæ est, rectè iudicare, quibene, aut perperã consulant, aut aliquid cicant. Anacharsis de Athenien sibus dixit: Sapiẽtes in concionibus sententiã apud Græcos dicere, stultos verò iudicare. *b* Deniq; Deus populũ punire magis nõ potest, quã cùm Principes & Magistratꝰ stolidos ac imperitos ei præficit. Quia, n. tales toti ab aliorum arbitrio pendent, nec per se ipsi quicquã gerũt, nascũtur factiones, diuiditur popu-

Beda.

a *Herod. lib. 1.*

b *Alex. ab Alex. lib. 7. c. 11.*

populus, diuiditur Senatus, diuidũtur regni P
ceres, oriuntur demum bella: (*Commæus lib.*
quod dici solet, vt rege ceruo leones vincant
(*AEmyl. lib. 2.*)

Non decet certè Iudicem esse illiteratum
quia in iudicio & omnibus contractibus est
dici considerandum, quid iustum, aut iniu
sit, nec non ad iuris & legum normas respic
dum, quod fieri nequit, si Iudex iuris & leg
gnarus extiterit. (Plato in Pol.) 2. nihil tum
Reip. aut Magistratui, quàm ea, quæ iudicio
determinanda, ab alijs discere, & aliunde
iudicandi formulas emendicare. (*Plato 2. de*
Iustin. Const. 82) 3. *non facile errorum vitio so*
cit, quem doctrina purgauit. (Cassiod. lib. 1.
4. Persæ laudantur, quòd ad iudicandum debe
runt vsu rerum spectatos, integros, & tales
aliorum consilijs parum egerẽt. (*Amm. Mar*
lib. 23.) Licet Iudicibus adsint assessores, leg
placita explicantes, tamẽ laudabilius est, per
quàm per alios Remp. gerere, & iudicare. Ne
exigua prudentia doctos & peritos legum in
rogare, interrogatos sequi, & quæ adferun
dijudicare, vtrum rectè, an secus sese habe
Adhæc, vt oratio Magistratus non verbis no
sit compta, & elegans; sed etiam sententijs p
dens & grauis, necessum est, vt mentem hab
imbutam bonis artibus ac disciplinis: & fac
ruditio, vt non solùm amentur & honorent
verùm etiam metuantur Magistratus: quia
est acutius calamo rerum perito: (Lampr. in Alex
quemadmodum contra, nihil turpius est q
ab aliorum iudicio pendere, & quid dicend
ac statuendum sit petere. (*Iustin. Const. 82.*)

Rectè ait Ouid. 2. de Ponto:

Artibus ingenuis quæsita est gloria multis.

Durch die schreibfeder seind vil Regenten worden.

Hinc & pennas gestant milites in vertice capitis, tanquam trophęum à litteratis positum. Nec malè conqueritur Eruditio:

Negligor à multis, curant mea semina pauci,
Quæ tolle, & nullum viuet in orbe decus.

Rectissimè ergo *Robertus Rex Siciliæ* ait: Sunt iudicia, & studia, & voluntates variæ: at ego iuro, dulciores & multo chariores esse mihi litteras, quàm regnum; & si alterutro carendum sit, æquanimius me diademate, quàm litteris carituram. *Petrarch. lib. 1. rerum mem.* Sic & Cicero ait: *Cedant arma togæ, concedat laurea* (ars imperatoria) *linguæ* (eloquentiæ.)

Quanto ardore discendi flagrârit *Carolus Magnus* dixi signo 41. & non absurdè canit nescio quis:

Res valet, ars præstat; si res perit, ars mihi restat:
Ars manet, ars durat; fortuna recedere curat:
Plus probo thesaurum docti, quàm diuitis aurum.

Rectè etiam dixit Plato: Tum demiq; fore beatas resp. si aut docti ac sapiętes homines eas regere cœpissent; aut qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent. (5. *de Rep.*) Socrates apud Xenoph. ait: *Generosum & omni fauore dignum ingenium esse, cui sint cordi disciplina Politica.* Et Franciscus 1. Rex Galliæ dicebat, cum Alphonso Aragoniæ Rege: *Rex indoctus est asinus coronatus.*

Vide Cic. epist. 1. ad Q. Frat. de Prouincia admin.

Docti

Docti merentur subsellia Senatorum, atq; deò ampliſſima faſtigia ciuitatum. Beatiſſimu nim eſt illa ciuitas, cuius nauis philoſophantiu chartis dirigitur, & gubernatur, hoc eſt, cuius miniſtratio eſt penes illos, qui virtutibus me inſtructi, conantur non tam ſcire verum, qu bonum agere, & ad Reip. vſum accommod & contra, ſicut ſole ſublato tenebræ, ita ho ſtis ſtudijs extinctis, Rerump. ſequuntur n næ.

1. *Solon* Athenienſis (vt plura ſubnectam exempla) tanta doctrinæ cupiditate exarſit, v carmine quodam gloriaretur, quotidie addi tem ſe aliquid, ſenem fieri. Cùm langueret, annos natus,) & aſſidentes amici aliquid ſe diſſererent, ille caput ſuſtulit, & ad aur dum flexit, interrogatus, cur id faceret, no lem illam vocem edidit: *Vt cùm iſtud ſc doctior moriar.* Muretus *Orat.* 1. hæc nitidi fert & elegantius: Solonem, ait, accepi cùm in lectulo, morti proximus, decumbere audiſſetque aſſidentes amicos de re quap ſummiſsè, ne ipſi moleſtiam parerent, di tantes, erecto, vt potuit, iam ſemimortuo æ, rogaſſe eos, vt aliquanto loquerentur cla ſibi, ſi etiam moriens aliquid diſcere potu diſceſſum è vita iucundiorem fore. O dilec cupiditas, quid non efficis, vbi ſemel gener ingenia occupaſti? Tenebatur homo ſapient mus grauiſſima vi morbi defixus in lecto, vi nitate iam mortis ab omnibus penè corpo partibus abſceſſerat, egregius ille animus, liber ac ſolutus futurus, è corporis vinculo ſilire cupiebat, cùm quidquid ſupererat vir

eò contulit, vt deficiente lingua vocibusque interruptis ac morientibus, suum doctrinæ cognitionisque desiderium indicaret. Quid hunc verisimile est firmum ac valentem fecisse, qui ne mori quidem, nisi discendo voluerit?

2. *Dionysius Iunior*, expulsus Regno, & rogatus quid sibi Philosophiæ studium profuisset? *Vt hāc*, inquit, *fortunæ mutationem æquo animo feram:* Corinthi enim Scholam aperuit. *Plut.*

3. *Philippus* Alexandrum filium sæpius hortabatur, vt auscultaret Aristoteli, cui traditus erat instituendus, daretque operam Philosophiæ: *Ne*, inquit, *multa committas, quæ me fecisse nunc pœnitet.* Perspexit neminem Philosophiæ expertē regno idoneum esse, nec puduit fateri se multa per errorem fecisse perperā, quòd à teneris vnguiculis Philosophiæ præceptis non fuisset imbutus. Nam qui experimentis discunt administrare regnū, licet ingenio felicissimo nati sint, tamē & serò, & magno Reip. malo tandē euadūt boni Reges: at qui honestis studijs & Philosophiæ præceptis præmunitus accedit, si adsit mens integra, vix poterit ab honesto deflectere. *Plut.*

4. *Alexander* cùm esset Corinthi, adijt Diogenem pro dolio sedentem, cumque eo multa collocutus est, à quo digressus, indignantibus amicis, quòd Rex illi tantum habuisset honoris, qui tanto Principi nec assurgere dignaretur: *Imò*, inquit, *ni Alexander essem, Diogenes esse vellem:* adeò demiratus est animum illum omnibus humanis rebus superiorem, vt nihil regno simili esse iudicaret. Philosophia enim præstat, vt homo nullius egeat, & nulli seruiat. *Laërt. lib. 6.* Eundem & incubuisse, & indormisse

læpe

sæpe Homeri libris tradunt, quem Poëtam ita
luit, vt cùm in Dariana præda scrinium gem
& auro cultissimum esset repertum, alijque
destinarent: *imò*, inquit, *Homeri carminibus*
uetur, quasi pulcherrimum opus pulcherr
conditorio dignum esset.

5. *M. Aurelius Imp.* cognomento Philoso
rioſus, Philosophos in magno pretio habu
nullis sexcentos in annum aureos dedit;
Tatianus, inter eos omnes tenebat princip
cum Apollonius Chalcedonius, quem disc
causſa domi conuenire solebat, teste Iul. Ca
addit tantum eum honoris magistris suis
lisse, vt imagines eorum aureas in Lario
ret, & sepulchra eorum aditu, hostijs, &
semper honoraret. Olim certè tanta fuit
sophorum in aulis Principum authoritas,
filij patrum loco haberent, patres magis
instar venerarentur.

6. *Epaminondæ* tantum litterarum stu
Philosophiæ doctrina tanta fuit, vt mirab
deretur, ait Iustinus *lib.* 5. Vnde tam insign
litiæ scientia homini inter litteras nato
Diod. Sic. lib. 15. vult hanc scientiam causſa
se rerum ab eo præclarissimè gestarum. Ph
phatus est ἄνευ μαλακίας, vt Thucyd. lo
tur, sine mollitie aut desidia.

Vide de Histor.

7. *Philopœmen* eorum duntaxat Philoso
rum præcepta & monita legebat, è quibus
gressum se ad virtutem sperabat facturum.
Habebat & hoc in ore: *Doctrinam debere a*
cta tendere, non otij aut inutilis loqua
causſa vsurpari.

8. *M. Cato Vticensis* ita studijs Græcorum

didit, vt & in Senatu, obiecta leuiter toga, libros legeret.

9. *Tiberius Cæsar* affectabat rara & obscura, & quæ pauci scirent scire gloriabatur: itaque assiduè in cohorte eius Græculi, quos & præmijs honorabat, & quæstionibus exercebat.

10. *Carolum V.* magnitudo statim rerum & Imperij tenerum adhuc à studijs abduxit, etsi amorem illorum & reuerentiam non excussit. Cùm Oratorem aliquem Genuæ audisset Latinè dicentem, nec plenè satis cepisset, tristi & ingenuo ore, Paulus Iouius scribit, (is arbiter coram & testis erat) eum confessum, dare se nunc puerilis iniuriæ pœnas, & præsagum Hadrianum præceptorem fuisse, qui hanc pœnitentiam ei prædixisset. *Vide signum* 59.

SIGNVM LIII.

DOCTOS HONORARE, EORVM consortium amare, eorundemq; consilio in populo regendo vti.

Doctos honorare.

1. LEges ciuiles viros doctos & litterarum studiosos priuilegijs & immunitatibus singularibus ornant: iubet, vt Grammatici, Rhetores, Medici, qui in patria sua, vel Romæ has artes exercent, & intra numerum sunt Professorum, à tutela excusentur. *lib. 27. Digest. tit. 1. de excusat.* Additur alibi ratio, quòd hi salutis hominum, illi verò studiorum curam agũt. (*Digest. lib. 50. tit. 13. de extraord. cog.*) Volunt vt Medici, Grammatici, Professores litterarum, & Doctores Legum, vnà cum vxoribus, & filijs, rebusq; omni-

bus, à cunctis muneribus, vel publicis, vel ciuil-
bus, immunes sint, vt nec hospites recipere, n
ad iudicium deduci, &c. nec iniuriam pat
beant. (*Imp. Constantinus lib.* 10. *Codicis, tit.* 52.
Profess. & Medicis.)

Vide de liberalit. de Artibus, & de Cjuibus.

2. *Ant. Maiorag. Orat. de Gramm. artis præs*
tia ait: *Iulius Cæsar*, cùm iam in Rep. Princ
vnicus atque Dictator esset, Grammaticos
nes, qui eo tempore Romæ profitebantur, cu
te donauit: cuius liberalitatem imitati *Sev*
& *Antoninus*, omnes, qui hanc artem docer
à publicis muneribus immunes ac liberos
voluerunt. Sed longè maiorem Gramma
honorem & vtilitatem *Antoninus* ille Pius, h
cipum omnium dignissimus, exhibuit; qui
nes, vbicumque docerent, ab omnibus tri
atque exactionibus prorsus immunes esse
stitutione sua pulcherrima atque sanctissim
biliuit. Age verò, quantus demum honor
istimandus est, quo nostrum ordinem d
Imp. Constantinus affecit? qui non solùm re
stras atque fortunas immunes ac liberas, fe
iam nos à priuatis, quasi castos Musarum
dotes, maximè ijs, qui nos læderent, prop
pœna, prorsus inuiolatos esse voluit: nam
nim eos arbitrio Iudicis puniri, à quibus
stri ordinis homines aliquo modo vexati
sent.

Baron. Anno Christi 330.

3. *Constitutio Constantini* ad Volusianum
ta, (l. 1. de Med. & Prof. Cod. Theod.) est h
Medicos, Grammaticos, & Professores alio
terarum, immunes esse cum rebus, quas in
catibus suis possident, præcipimus, & honesti
fu

Vide de Scholis.

fungi in ius vocari eos, vel pati iniuriam, prohibemus: ita vt si quis eos vexauerit, centum millia nummorum ærario inferat, & cætera. Alias eadem rescripsit ad Populum. *l.* 3. C. *Theod.*

Priuilegia, quibus Profess. artium muniuit Constantinus.

4. *Leges* flagitant, vt Professorum & Medicorum domus, vbicunque positæ fuerint, militem seu Iudicem hospitandum suscipere non cogantur. Et hæc etiam in coniugibus & filijs volunt. (*libro decimo Cod. titulo vigesimo tertio de Prof. & Med.*)

5. Studiosis, & maximè sacrarum legum Professoribus hunc haberi honorem *Fridericus Imp.* in Constit. noua postulat, vt ijs in locis, in quibus litterarum exercentur studia, secure habitent, quòd dignum sit, vt cùm omnes bona facientes laudem & protectionem mereantur, digni iudicentur illi speciali dilectione, & ab omni iniuria defendantur, quorum scientia totus mundus illuminatur, & vita subiectorum informatur ad obediendum & Deo & Magistratui.

Præmia. 1. Philosophorum. Laërt. lib. 7.

6. *Athenienses* de *Zenone Cittieo* tale fecerunt decretum: Quoniam *Zeno* &c. complures annos in ciuitate philosophicè versatus est, atque in omnibus vir bonus esse perstitit, ac iuuenes, qui ad illum disciplinæ caussa conuenerunt, ad virtutem & frugalitatem exhortando, ad ea, quæ sunt optima, conuertit, vitam suam verbis ac doctrinæ suæ consentaneum exemplar omnibus proponens, bona fortuna visum est plebi laudare Zenonem Mnasæi filium, Cittiæum, & aurea corona ritè ac legitimè

gitimè ornare, propter singularem eius virtutem & temperantiam. Præterea constituxêre illi publicè sepulturam. Coronæ faciendæ exædificandique tumuli plebs quinque viros ex Atheniensibus elegit, qui curam haberent. Decretumque hoc scriba plebis inscripsit columnis duabus, ut omnes intelligerent Athenienſium plebem virtutis bonos & viuos & defunctos honorare.

7. *Platoni* Philosopho in Siciliam venienti Dionysius Tyrannus vittatam nauem misit obuiam, egredientem in littore quadrigis albis excepit, quinimò eum in currum imposuit, & ipse auriga egit, eidemque pergrandem dono obtulit pecuniam. *Plut. in vita Dionysij, Plin. lib. 7. c. 30. & lib. 3. Enn. 4.*

8. Pittaco vni ex 7. Sapientibus Græciæ Mitylenæi multa millia iugerum agri obtulerunt, quibus centum duntaxat accepit, dicens: *Nolle mihi dare quod multi inuideant, plures etiam concupiscant: parua munera diutina, locupletium propria esse consueuerunt.* AEmil. Prob. in Timoleon.

9. *Alexander Macedo* duxit secum non vnum aut paucos quosdam, sed quasi cohortes docti hominum, quos semper pro dignitate & summa liberalitate ornauit. Cùm dispensatori, seu quæstori mandâsset, vt Anaxarcho Philosopho daret quantum poposcisset, (petijsset autem centum talenta,) veritus dispensator tantam summam dare, nisi id ante Regi significâsset, respondit Alexander: *Anaxarchum rectè facere: nosse eum se bonum amicum qui hanc summam & longè etiam maiorem dare & posset, & vellet.* Plut.

10. *Sigismundus Imp.* aliquando reprehensus quo-

quòd homines doctos, sed humiles ortu foueret: Ego, inquit, *illos obseruo, quos natura alijs excellere voluit.* *Vide signum 52.*

11. *Philippus Macedo* Platonem & Theophrastum donis affecit, & sibi gratulatus est de filio, Aristotelis tempore nato. *AElian. lib. 4.*

12. *Carolus Magnus* artium liberalium Doctores præ cæteris veneratus est. *Auentin. lib. 4. Annal. Boiorum.*

13. *AEgyptij* summopere coluerunt Mathematicos, maximè propter contentiones certas inter vicinos de agrorum finibus propter Nili inundationem. (*Diod. lib. 1. c. 6.*)

14. *Constantinus Leonis Philosophi filius, Henricus Imp. & Carolus Magnus*, & ipsi Mathematici insignes fuerunt, & Mathematicos plurimum amârunt; plurima his ipsis concesserunt priuilegia. *Auent. lib. 4. & 5. Annal. & Cedrenus.*

15. *Iulius Cæsar* ipse se declamando exercuit, & præmia declamatoribus constituit. *Plut. Suet. in Cæsare.* *2. Oratorũ.*

16. *Vespasianus* primus è fisco Latinis & Græcis Oratoribus stipendia constituit. *Suet.*

17. *M. Antoninus Pius* Rhetoribus prouincias decreuit. (*Iul. Capitol.*) Hos circum se habuit semper, & prope Solium collocauit. (*Andron. Comnenus, vt Nicet. lib. 2.*) *Vide signũ 2. par. post.*

18. *Artaxerxes Rex Persarum Hippocratem* Medicum voluit vocari, ita vt quantum peteret auri illi numeraretur. *Plin. lib. 7. c. 37.* *3. Medicorum.*

19. *Erasistratus*, Aristotelis ex filia nepos, à *Ptolemæo* aureis nummis quindecies millies est donatus, propter vnicam curationem. *Lud. Viues de laudib. Philosoph.*

20. *Cauterius* Medicus à *Ludouico* XI. Gallia ge singulis mensibus accepit decem millia au orum. *Comminæus.*

4. Iurecōs. 21. Iureconsulti in authoritate magna fe runt, apud *Alexandrum Seuerum Imp.* adhib ad omnia negotia. *Pontan. lib.* 1. *de Magnani tate.*

22. *Carolus* IV. *Imp. Bartholum de Saxo fer* vnà cum familia & successoribus immuni bus singularibus donauit. *Auentinus libro* Annal.

Quibus honoribus & præmijs Reges, Ir ratores, & Principes affecerint Theologos, cebimus in loco *de pietate erga Sacer* Neque immeritò docti à Magistratu hono tur, & quidem maximè *Theologi*, cùm Re fundamentum ac propugnaculum sit Rei *to 4. de Rep.*) & *Iureconsultorum* ædes fin cula ciuitatum, ac sine his habitari fe ciuitas non possit. (*Arist.* 3. *Pol. cap.* 8. Ca *Orat.*) Honorare *Medicos* sacræ literæ *propter necessitatem* iubent. (*Syr.* 38.) Ne te malorum finis in Rep. erit, quàm Phi *phi* summam rerum in ea obtinuerint: *to 6. de Rep.*) & Philosophia hoc effici qui verè illi dant operam, sua sponte illi gant, quod cæteri legum metu faciunt. (*de amore Virtutum.*) Adhæc elegans & e ta oratio salutis quædam arx est inexpug lis, & coniuncta cum sapientia idem p quod exercitus contra hostes: (*Arist. in Rh Alex.*) & æquè turpe est lingua vti non & habere manus, defendere verò se no

Eloq. vtil. & necess.

dere. (*Arist. 1. Rhet. cap. 1.*) Verum denique est, quod dicitur: Bis vel semper pueros eos esse, qui quid, antequam sunt nati, acciderit, ignorant: (*Cic. de Orat. perfect.*) & de Græcis dicitur, pueros illos esse quòd antiquitatis memoriam non habeant: (*Plato in Timæo.*) & exemplis est opus, vt, quod fuit vtile, obseruetur; quod exitu fœdum extitit, vitetur. (*Liu. lib. 1 dec. 1.*) *Histor. vtil.*

1. Memorabile est, quod nobis referunt de Sinensibus illius oræ Apostoli, Patres Soc. Iesu epistolis, Ann. 1599. ab ijs editis, & Latinè ex Italico redditis à R. P. Franc. Orano. Non existimo, inquit author, vlla in historia contineri, gentem adeò studiosam & litterarum amantem. Cuius hæc præcipua ratio, quòd Rex (à quo vt membra à capite dependent omnes) officia & publica munera Prouinciarum iuxta cuiusque eruditionem, & quem in litteris assecutus est gradum distribuit. Quare omnes nullo discrimine vel delectu studium in litteris ponunt, vt dignitatis & honoris gradus, ab vitiosa hac & deprauata natura adeò expetitos, consequantur. Vnum dicam, quibusdam fortè incredibile, quod tamen hisce oculis vidi, hoc in Regno tot Athenas inueniri, quot sunt Sinæ totius ciuitates & castella, cùm in horum vnoquoque Generale studium (Vniuersitatem vocamus) habeatur, in quo docentur & examinantur territorij eius incolæ, nulla scholarum aut iuuentutis huius aut illius permistione, quod fit tam incorrupto iudicio, ac Præsidum Gymnasiorum & examinatorum integritate, vt primùm de scriptione iudicium fiat, & præmia ac gradus pro merito conferantur, post scriptoris & auctoris nomen

sigillo auulso reseratur, tam paruis impendi
studiorum sumptibus, vt loco pecuniariæ co
tributionis Gymnasio faciendæ, regijs impera
pro merito studentium & gradu præmia det
rantur.

2. *Theodosius Imp.* interrogatus, quid Princ
agere deberet, vt bonus esset, respondit, c
doctis in itinere sermonem habere, in mensa
disceptantes audire, cùm quieti se dat, cum l
legendo manere, & ab ijs consilium petere.

3 *M. Aurelius Imp.* remotis parasitis, (vtin
bus serijs tempus cõsumeret,) superbis, inui
iracundis, auaris, cupidis, libidini deditis, vo
cibus, blasphemis, inertibus, infamibus, (vt li
rè alios posset reprehendere,) stultis, conten
sis, doctorum cõsortio vsus est. Id m fecit C
sus Rex Lydorum: quia superbi nec suaues
in præcipiendo, nec patientes in insis exequ
dis; inuidi assiduas dissensiones fouent; irac
magnum subditis ob iræ impetum adferunt
trimentum; auari Principem faciunt exos
cùm ipsi semper respiciant ad munera; libid
dediti Principi facile infamiam irrogant; gu
vacantes ad consilia recta danda sunt inepti; in
sphemi in Deum, etiam Principi occultè dem
hunt.

Vide signum 52.

4. *Georgius Fiscellus* Legum Doctor, à Sigis
do Cæsare Equestris militiæ insignia accepit
in cùm Basilienſem Synodum adisset, consul
te de rebus arduis Sigismundo, dubius erat, l
gumne Doctoribus, in vnum locum conuoc
(& seorsum consistentibus;) an Equitibus, in
in alium separatis, sese coniungeret. Cumq; m
dem ad Equites inclinaret: *Stultè agis*, inquit

gism. *qui litteris militiam præfers: nam ego milies mille vna die fecerim; Doctorē vnum mille annis non fecerim.* AEn. Syl. lib. 4. Comm. in res gestas Alphonſ.

5. Ad *Poſidonium* Philoſophum audiendum, licet ægrotum, & in lectulo iacentem diuertit *Pōpeius Magnus* tum Orientis ſpolijs & victorijs ſuperbus, intraturuſque, fores de more percuti à lictore vetuit, & faſces lictorias ianuæ ſubmiſit. (*Cic. 2. Tuſc. Plin. lib. 7. c. 30.*) *Pompeius*, inquam, ad tertium Triumphum de tertia Orbis parte decedens, Rhodios, propter commercium, quod ipſis cum optimarum artium ſtudijs fuit, magnificè honorauit, omnes eorum ſcholas adijt, omnes Philoſophiæ Doctores de ſuis quemque rebus differentes & benignè & attentè auſcultauit, talentum vnicuique dari iuſſit, & Poſidonium tum fortè ægrotantem inuiſens, vetuit ille à lictoribus pulſari Muſarum fores, cuius armis fuerat legionibus Romanis Aſia ferè tota patefacta; atqueis, cui ſe Oriens, Occidenſque ſubmiſerat, vnus docti ianuæ ſubmitti iuſſit laureatos illos faſces, quorum nudorum vim non potentiſſimi Reges, non tot bellicoſiſſimę nationes potuerant ſuſtinere.

6. Cùm *Ariſtippus* ex naufragio in Rhodiorum littus maris impetu & ventis aſſilientibus nudus eſſet eiectus, atque inibi Mathematicas formulas intuitus, gaudio geſtiēs proſilijt, & bene ſperare comites iuſſit, quoniam veſtigia hominum noſcitaret: inde oppidum introgreſſus ad Gymnaſium rectà contendit, atque ibi Philoſophicis diſputationibus admirationem primò, dehinc amicitias Optimatum ac munera meruit, quibus

& sibi, & socijs victum, vestitum, & profectio
necessaria ministraret. Cumque digressuri qu
rerent, quid nuntiari domi vellet, hoc vnum
sit nuntiarent, eas opes filijs parandas, quæ
fragio non perirent. *Vitruu. lib. de Archit.*

7. *Athenienses* duos Philosophos, Diogene
Carneadem Romam legatos miserunt, licere
ter Remp. antea gessisset. Tantus ea tempo
honos doctis dabatur, vt idonei Reip. a
strandæ haberentur. (*Cic. 1. de Offic.*) Vt
terræ, in qua corui luscinijs sunt honorati
hoc est, indocti maiore sunt in pretio, q
docti.

SIGNVM LIV.

Ebrietatẽ vitare, & petare.

EBRIETATEM ET STVDIOSI *simè vitare, & in alijs non ferre.*

I. QVia nouimus quot vrbes, quot ampli
regna, quot exercitus robustissimi
tatis excidio sint profligati. Seneca *lib. 1. epist.*
ait: Ebrietas acerrimas gentes bellicosissim
hostibus tradidit, hæc multorum annorum
tinacia bello defensa mœnia patefecit, &c.
racusæ ob temulentiam in manum Marcelli
onemque Romanorum peruenerunt. Mas
tæ à Persis (Cyro Rege Persar.) protriti, v
mersi capiuntur ac cæduntur. *Herod. lib.*
deo Turcis à Mahumete vini vsus est inter
Quid Assyriorum Regem vltimum *Sardana*
lum & vita & regno priuauit? Quid ipsum
syriorum Monarchiam destruxit, & ad
tra

trãstulit? An non perdita *Sardanapali* Regis temulentia? (*Iustin. lib. 1. Fulg. lib. 19. c. 1.*)

Narrat sacra Regum historia (*lib. 3. c. 20.*) *Benadadum Syriæ Regem* potentissimum omni exercitus robore coadunato, cum alijs 32. Regibus in belli societatem coassumptis, numeroso peditum, equitum, ac falcatorum curruum apparatu Samariam ciuitatem obsedisse, atque Israhelitarum Regi Achab vltimum exterminium denuntiasse, sed ob temulentiam ipsum ab Israhelitis esse superatum. Eadem temulentia *Holofernem* decollauit, (*Iudith 12. & 13.*) numerosissimum Assyriorum exercitum in fugam egit, & Bethulienses diuturna obsidione liberauit. *Balthasar Rex Chaldæorum* temulentus & vita & regno exuitur. (*Dan. 5.*) *Hannibal* Pœnus, nõ ferro, sed vino Afros domuit. Cùm enim se viribus atque copiarum numero inferiorem illis animaduerteret, leui ac velitari prælio ex industria commisso, quàm plurimis generosissimi vini relictis à tergo dolijs, fugam simulatò capessit. Barbari statim occupatis castris potitare incipiunt, vinoq; immoderatius hausto inebriãtur, vt vix supereesset, qui pedibus consistere valuisset. Surrepente dein, vti assolet, profundo somno, porcorum instar humi sese quilibet prosternit: quo explorato Hannibal illicò in eos irruit, & ad vnum omnes contrucidauit. *Guido Bitarcensis.* Cùm Germanorum ij populi, qui Frãci & Catti appellantur, Romani Imperij ditiones hostiliter inuasissent, & ingentẽ Romanis terrorẽ incussissent, vt iam prope Moguntia Rheni caput, vbi castra metati fuerãt, in eorum potestate esset, certã ebrietate victoriã perdiderũt. Cogno. *Vide Theat. hist.*

uerant

uerant enim Romani, quòd præter morem Rhe-
nensis vini delicatissima suauitate illecti, strenue
potitâssent: cùm ergo sopori se dedissent, repen-
tino impetu immisso, extrema eos clade affere-
runt, innumerosque Romanos, iam 40. annis ca-
ptiuos, in libertatē asseruerunt. *Auentinus* Chron.
lib. 1. Cùm *Grimoaldus Beneuentanus Dux* anno
regno duos *Ariperti Longobardorum Regis* filios
vi atque armis exuisset, eam iniuriam *Clodoueus*
Galliæ Rex indignissimè tulit; ingentem proinde
ad restituendum pristinis sedibus regios adole-
centes, exercitum in Italiam, contra Grimoaldum
& Longobardos, qui eius fauebant partibus, tra-
iecit, pugnatum aliquandiu felicissimè à Gallis
& aperto Marte Longobardi succumbebant, er-
go ad militaria stratagemata confugiendum ar-
bitrantur: quam ob rem simulata fuga, Gallis in-
sequentibus, castra vino plena, & omnis com-
atus affluentia referta in prædam, consultò re-
querunt. Quid Galli? latentem haud subodora-
dolum, & hostes reipsa fugisse persuasi, audacter
ac libere in mediam noctem potitant, & vino sa-
bene induti, somnum quoque accersunt. Interea
Longobardi ex insidijs redeuntes, Gallos instar
iumentorum prostratos iugulant, vt nec clades
nuntius quidem ex illis ad Clodoueum redijsse
perhibeatur.

Cùm *Phalaris* Siciliæ Tyrannus Leontinos Si-
ciliæ populos rebelles expugnasset, & perdo-
muisset, ne rebellionem vnquam redintegrare
possent, callido inuento compotationibus eos ac
temulentię assuefecit. Vnde prouerbium: εἰς
λεόντιοι περὶ τοὺς κρατῆρας: semper Leōtij iux-
ta crateres: sciebat enim nihil ad eneruandos ar-

que

que effœminandos animos viriles magis esse accommodatum, atq; temulentiam. Prudenter ergo Spartani, cùm à temulentia iuuentutem abducere atque absterrere conarentur; festos ac solénes agitantes conuentus atque symbola, largiori mero ingurgitata produci iubebant mancipia, vernaculosque ad iuuenum consessus, vt illi spectantes ebriorum insulsos inconcinnosque mores, & ineptas furibundasque gesticulationes, ebrietatem vt rem multo fœdissimam perhorrescerent. Laudant etiam Galenus, Plato, (2. *de Leg. & in Timæo*) & Aristot. veterem Carthaginensium legem, qua dum in hostem ibant, & castrensibus rebus incumbebant, vinum haud vllus gustare sinebatur: quin omnes toto militiæ tempore aquam bibebant. Alex. ab Alexandro refert: *lib. 3. gen. dier. c.* 11. Cretenses & Lacedæmonios etiam militibus in omni militia vini potum interdixisse; & Fulgos. *lib. 2.* Pescennium Nigrum exercitui suo nequaquam vinum adferri permisisse. Baron. Tom. 7. Ann. refert Bellisarium Ducem duos ebrios, quòd in exercitu quendam in ebrietate interfecissent militem, palis infixisse, ac dixisse: *Nulla ratione fas, ebrium esse, multo minus in exercitu militi.* Ex Procopio *lib.* 1. *de bello Vandalico.*

II. Quia ebrietas sternit viam ad naufragium fidei. Fridericus Fornerus Theol. Doctor *lib.* 1. *de Temulentiæ malo, c.* 10. ait: Mihi, nec non & pluribus alijs, retulit primarius quidam Franconicę nobilitatis Eques, raræ senectutis & canitiei, cui vel eò maior fides tribuenda, quòd Lutheri doctrinam & ipsemet profiteretur, & Lutherum sæpius ad populum concionantem inaudisse, cō-

test, a-

testaretur, retulit, inquam, se florente adhuc æta-
te iuuenem magno cuidam & Catholico Imperi
Principi (quem & nomine tenus ipse indicabat,
quod consultò subticendum nobis) inseruijsse, &
quod dicam suismet auribus & percepisse, & o-
culis aspexisse. Institutũ erat à duobus alijs Pro-
testantium Confessioni addictis Imperij Prim-
ribus splendidissimum regali luxu cõuiuium, &
quod vicinitatis & amicitiæ caussa tertius ali-
Catholicus identidem vocabatur, occulti, quo-
clam institutum erat, ignarus planè stratagema-
tis. Ergo inter accumbendum epulis ampla hi-
inde pocula in circum è manu ad manũ trãsmi-
epotabantur, quibus insidiosè callideque Ca-
tholicus ille vt plurimum petebatur, eo con-
silio, vt largius bibendo inebriaretur. Suc-
sit illorum fraudulenta & funesta machina-
ad sententiam, magno plurimorum infortu-
atque Ecclesiæ Catholicæ ingenti ruina. Su-
tur itaque mensis remotis, statur de more, v-
terius bibitur, varia interim per fucum de Re-
ligionis, quam appellabant, Reformatione,
publica pace, de Imperij salute, in medium a-
feruntur. Tum demum apostrophe ad Catho-
licum fit, demulcentur blanditiunculis aure-
mellea verborum suauitate animus delinit-
aurei montes promittuntur, velit modò & ip-
se huic sententiæ subscribere, nouam ac refor-
matam Religionem capessere, atque in sua di-
tione propalare. Renuit ille plusculum, con-
ctatus, dubitat. Instant isti, vrgent, hortantur,
incitant, metum excludat omnem, sua, Prin-
ceps nimirum Imperij, libertate vtatur. Li-
bricam tandem vinoque labefactatam supe-

uit inconstantiam istorum importunitas, imò facilè persuasibilem temulentiam vicit, atque ita vicit, vt iuramento, se id actutum & confestim effectui daturum, interposito, fidem suam sponderet. Edormita manè crapula, cùm promissi ac iurisiurandi admonitus esset, ita vehementer doluit pœnituitque facti, vt in fletus & suspiria miserabili planctu erumperet. Verùm ne periurij nota ipsi aspergi posset, Catholicam & Orthodoxam Religionem suo sensim loco mouit, & nouam illam absque strepitu subinuexit. Fertur eum Principem reliqua vita valde in Religione dubium, ancipitem, atque varium euasisse, & corporis viribus, pristinaque rerum omnium affluentia & prosperitate plurimum defecisse, ac non ita multo post calamitoso satis exitu ex hac vita decessisse: atque hac ratione ebrietas Imperatoriæ Aquilæ ex alarum altera vnam præclaram extraxit pennam.

III. Quia vbi vinosi ad gubernacula Reip. sedent, ea facile pessum ire solet. Hinc vnus è num. 28. Procerũ, penes quos apud Spartanos rei summa erat, Leontychidas, interrogatus cur tam parce ac sobriè vino vterentur, respondit: *Vt pro modo contra inimicos consultare possimus*. Brus. lib. 1. c. 19. Cæsar, *lib. 2. de bel. Gall.* loquens de Neruijs, ait: Nullum aditum esse ad eos mercatoribus, nihil pativini reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium inferri, quòd his rebus elanguescere animos & euerti bonũ publicum existimarent. Nouerant scilicet peritissimi rerũ æstimatores, vbi temulentiæ locus est, ibi facile omnia iuris, æquitatis, honestatisq; repagula perfringi, sedi-

seditionis flabello omnium tranquillitatem ac pacem, impetuoso quasi turbine, concuti, omnesque prorsus ciuium fortunas deijci, ac totam Remp. ad excidium funestissimum labefactari.

Auctor est Q. Curtius lib. 5. *Alexandrum Magnum* temulentum, suasu Thaidis, cuiusdam procacissimæ meretricis, clarissimam illam ac nobilissimam Orientis vrbem Persepolim à Persis dictam ferro ac flammis destructam solo æquasse. Cùm *Ludouicus Pius* regna inter filios diuideret, Aquitaniam Pipino nepoti suo ex Pipino fratre Prouinciam dedit; sed ebrietati ille atque commessationibus interdiu noctuq; sine interruptione vacans, cùm Prouincia vndique cædibus rapinis infesta esset, malignis quibusque impugnantibus, ab indigenis capitur Pipinus, vt regno inutilis, & Carolo Caluo traditur, qui consilio Episcoporum Monasterio ad vitæ inclusit. *Cuspin. in historia Francorum.* Sic & multi alij ebrietate ab equo ad asinum defluerunt.

Ebrietas Pipinum & regia dignitate & honore spoliat.

Antigonus Rex milites quosdam gregarios cuniens armatos galea, ferreis thoracibus, ac lorcis indutos, artificiosa lacertorum vi hastas magni ponderis globos contorquere, hoc admodum delectatus est spectaculo. Duces copiarum aduocari iubet, vt strenuos illos ac laboriosos athletas pleno coram ipsis ore laudaret. Nuntiatur Antigono, Duces potationibus operam caluare: quæ res ita bilem ei mouit, vt illos præfecturis exutos, in priuatorum sortem redigeret, & egregios illos milites eorum vice honoris illis præficeret. Ita simul & Ducum ignauiam puniuit, & militum strenuitatē honorauit. Vide

Vide de Bello signū 19.

Romani Equestris Ordinis ventricosos milites, qui obesi vastiq; corporis erant, equis priuabant, quasi ventris prægrandis indicio vino & crapulę addictos, genioque deuotos, atq; ob eam caussam pro patria fortiter gerendis rebus parum idoneos: æquum enim rebantur, eos, qui nimia cibi potusque ingurgitatione se patriæ inutiles effeciissent, publico etiam patriæ honore, soli virtuti debito, carere. *Fulg. lib. 2. c. 1.*

IV. Quia per ebrietatem existimatio hominis non ratò planè vilescit, opinio minuitur, authoritas prorsus labefactatur. Cùm *Philocrates* & *Æschines*, qui legati ab Athenienſibus ad *Philippum Macedonum Regem* destinati erant, domum reuersi in Senatu publicè retuliſſent, Regem esse famosum vini potatorem, poculisque cum ipsis congressum egregiè depugnasse, atque publica effusæ lætitiæ signa palàm edidisse, subiunxit Demosthenes: *id verò non magni refert: priorem virtutem cum spongijs communem habet, leuitatem cum scurris.* (Brusonius lib. 1. c. 19.) Syr. 19. c. ait: *Vinū & mulieres arguunt sensatos*, subaudi si vitio, modestia sepositā, mores scurrarum induant.

Democrates ebrius habitu fœminam ementitus, in symbolo quodam lasciuè saltitauerat: edormita postero die crapula, T. Quintium accessit, ab eoque auxilium petijt contra Messanenses, quos vt hostes persequi, funditusque delere cogitabat; cui indignabundus, ob hesternam scurrilitatem, Quintius: *Miror te*, (inquit,) *temulentam mulierculam à viro id audere petere, quo te leuitas temulenta indignum reddidit*, exprobrans ei, quòd apud se ineptiendo ita scurriliter omnem virtutis famam amisisset.

V. Quia ebrietas ingenuæ indoli maximam i famiæ labem aspergit. Hinc ille: *Sicut ebrie digesta crapula oris halitum fœtore quodam gr uiter olente afficit; ita & famam.* Ninius Assyr rum Rex Nini & Semiramidis filius (teste Ath næo *lib. 2. dipnosoph.*) ita potationibus & cupedi rum illecebris addictus fuit, vt Iones Græci planè despicerent, & ad nihil aliud aptum ac tum, quàm ad comedendum & bibendum inf probro dictitarent.

Plut. *in Polit. ad Traian.* affirmat, *Athenien Cimoni* publicè vt enorme probrum obiect quòd vino sæpius indulsisset. *Romani* (vt me rat Alexander ab Alex. *lib. 3. Gen. dier. c. 11.*) eos, qui vino se ingurgitabant, exosos habe vt secutis temporibus Cæsores, eos, tanquam dignos, qui honores & publica munera gere Senatu mouerent, notaque ignominiæ per gerent: indignum enim videbatur, eos, qui nio temulento & marcido forent, quique num maculis notarentur, ad Remp. accede de publicis consultare.

Caius Marius non contemnendo labore Pr ram assecutus, cùm accusaretur largitione obtinuisse, atque inter coniecturas adduce quòd Sabacanus minister eius Cassium intra cilij ex edras adire visus erat, Sabacanus a situs excusauit factum: à se conuentum Ca vt excantharulo, quem secum habebat, her ipse biberet. Marius ergo ea notatus est infa vt à Prætura illicò remoueretur, quòd publi loco, vbi munus publicum ageretur, bibere erubuisset. M. etiam *Antonium* ebrietas p dedit, omnemque honesti nominis fama

que celebritatem ei ademit, quòd in nuptijs Hippiæ tantum vini helluatus esset, vt postero die pro Tribunali sedens, ipsa subsellia, vomitans esculenta ac poculenta, fœdissimè deturparet.

Alexander Magnus, rerum fortiter gestarum gloria nemini secundus, temulentiæ labe turpiter se contaminauit, ingentia animi bona, ait Q. Curt. *lib.* 5. intolerabili vini cupiditate fœdauit. Hinc apud *Italos* fœdissimum est opprobrium temulentia. *Hispani* ne in testem quidem adhiberipariuntur eum, qui vel semel ebrius extiterit. Nec *Achilles* Homericus vllum contumeliosius probrum inuenit, quo proscinderet Regem Agamemnonem, quàm vt οἰνοβαρίς, hoc est, ebrius ac vino pressus appellaretur, vt Claudius Tiberius Nero, ob incredibilem vini auiditatem, contumeliosè Cadus Biberius Mero est vocatus.

VI. Quia videmus multos sumptuosa ebrietate opima patrimonia, & amplissimas opes per iugulum traijcere, ad extremá egestatem redigi, & ad restim quasi deuenire, de quibus S. Ambr. ait: (*lib. de Helia & Ieiunio c.* 12.) *Vno die bibunt multorum dierum labores*, &c. & Salomon: Prou. 21. *Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat vinum & pinguia, non ditabitur.* & Ecclesiastici 19. c. *Operarius ebriosus non locupletabitur.* Alex. ab Alex. testatur, *lib. 6. gen. dier. c.* 14. legem olim apud Græcos extitisse, vt qui patrimonium, vacãdo genio, ac potationibus indulgendo, consumpsisset, vita functus, non in maiorum suorum Monumentis supremo funeris honore efferatur; sed inglorius ijs locis, vbi ciuitatum atque oppidorũ quisquiliæ congestæ iacent, recondatur.

Brutus amplissimum potitando decoxerat pa-
trimonium, vt egestate adactus, Thermas quoq;
sumptuosissimo apparatu à patre exstructas ven-
dere cogeretur: is breui postea, præsente Crassi
clarissimo Oratore, se plurimum sudare, forti-
tan è solaris intẽperie caloris querebatur, quod
iocosè excipiens Crassus: *Quid mirum*, inquit,
sudare? iam nunc enim Thermis tuis egrederis, ad-
sè obijciens, quòd omnia, etiam Thermas sub-
torias, per luxum absumpsisset. *Bruson. lib. 3. c.*

Patrimonij cribrum.

Diogenes Cynicus quondam præteriens
iusdam vinolenti domum vendibilem prosti-
tam: *Sciebam*, inquit, *domum istam vino ebri-
dominum euomituram, en iam ructat.* Laërt. Bru-
son. lib. 3. c. 19. *Callias* quidam apud Athen.
vini cupiditatem eò paupertatis redactus fe-
vt se vestire amplius non posset, & medio fri-
re nudus incederet: hinc vulgo de ipso dicebat:
Hic à vino deplumatus est. Phocas Athenien-
Principis Phocionis filius, cùm præclarum
trimonium vino dilapidâsset, in tantum omn-
suorum ciuium odium incurrit, vt palàm
familiæ suæ dedecus & infamiam appellaret.

Cùm Theophili Balbi Imp. filius *Michael* im-
saurum opulentissimum, à patre per hæredi-
tem adeptum, epulando atq; conuiuando in-
exhausisset, ab aulæ Præfecto, cui Imperium
manus consignauerat, trucidatus est.

VII. Quia homines vino inflammati, & Bac-
thyrso percussi, multas sæpe patrant cædes, mul-
ta facinora pœnitenda. *Amnon* filius Dauid
Reg. 13.) in conuiuio temulentus ab Absalone
cumuenitur, & immani parricidio enecatur. *Ho-
lofernes* (*Iudith* 13) cùm Iudith viduam ad co-
uiuium

uiuium inuitâſſet, & plus vini hauſiſſet ſolito, ab ipſa virili atque heroico auſu in tentorio ſuo vino ſomnoque ſepultus trucidatur. *Simon* Sacerdos (1. *Mac.* 15.) vnà cum filijs duobus à Ptolemæo lautiſſimis exceptus epulis, cùm largius bibiſſet, ex inſidijs opprimitur. *Herodes*, vt S. Auguſtini verbis loquar, vbi nimio mero concaluit, ad vnius puellæ ſaltatiunculam Ioannem Baptiſtam Præcurſorem decollari præcepit. *Matt.* 14.

Cùm *Cambyſes* Rex *Perſ.* à Prexaſpe Conſiliario ſuo corriperetur, grauiter indigniſſimeque tulit, & vt ſuam excuſaret bibacitatẽ, iuſſit Prexaſpis filium adduci, atque ad palum ligari, ſic ad parentem pueri fatus: *Tum demum probe, ſi ſim ebrius, cùm collimato hoc ſpiculo cor filij tui tetigero.* Exoneratam itaque ſagittam in pueri præcordia contorſit, eumq; è viuis cum facinoroſa crudelitate ſuſtulit. *Vide* 3. *Eſd.* 3.

Alexander, alioquin & re, & nomine Magnus, ſuas laudes ebrietatis velut fuligine contemerauit, & Clytum ſibi chariſſimũ inter epulas tranſfodit, & amicos complures temulentus interfecit. Rectè igitur Bacchus fingitur corniger: quia temulenti fiunt quaſi cornupetæ. Horat. *Tunc pauper cornua ſumit.*

Hinc *Indi*, niſi ſacrorum cauſſa, vinum non bibebant, apud quos conſtitutum erat, vt ſi qua mulier Regem temulentum occidiſſet, hoc donaretur munere, vt ſucceſſori nuberet, Alex. ab Alex. lib. 3. c. 11. *Athenienſes* conſtituerunt œnopas, qui in conuiuijs obſeruârunt quid quiſq; biberet. *Athen. lib.* 10. *c.* 7. Apud *Hiſpanos*, vt dixi, ebrietas tanto habetur odio, vt ne teſtimonij quidem dictio ei, qui huic vitio vel ſemel obnoxius fuit, permittatur.

Claudius Imp. cauponum tabernas, in quas ues coëuntes potabant, demolitus est: coniura ones enim timens, omnino conueniendi fini occasionē quacūq; ex causſa amputauit. Dio li. 60.

Carolus IX. & Henricus III. Galliæ Reges Edicto caverunt, ne, qui cauponariā exercent, aliqua incolarum, vel potius ciuium, cuiuſcunq; conditionis ſit, ad ſe potitandi cauſſa recipiant, niſi peregrinum, vel eo, qui ibi domicilium non habet comitatum, pęna arbitraria in tranſgreſſores legis ſtatuta. *Vide Cod. Henr.* 3. Si idem noſtri Vrbis phalici Magiſtratus demandarent, non tot mancida otij mancipia in popinis deliteſcerent.

Carolus Magnus lege olim vetuit, ne quis ad bibendum prouocaret, ebriumque in exercitu aquam in poſterum potare cōpulit, ipſe temperantiæ pulcherrimum exemplum exiſtens, qui bi potuſque parciſſimus. *Pittacus* Mitylenæus 7. Sapientum vnus, ebrios ſi peccauerint duplo pœna afficiendos eſſe cenſuit. (*Ariſt.* 2. Pol. c. 9. *Laërt. lib.* 1. *c.* 5.) 1. quia in ebriorū primò fuit teſtate non inebriari. (*Ariſt.* 3. *Eth. c.* 5.) 2. quia brij quando peccant, varijs modis peccant: *turam*: (quia hanc infirmam, varijſque mo obnoxiam reddunt:) *in Remp.* (quia hanc bono, qui vini flamma lædituꝛ, ſpoliant: *ſeipſos*: (quia tollunt pretioſiſſimum theſaur ingenij aciem, quæ ebrietate & crapula hebe tur. (*Ibid.*) 3. quia ſequuntur ebrietatem om generis incommoda: eſt hæc ἀκρόπολις nium flagitiorum. (*Baſil. de Ebr.*) 4. quia red homines ineptos ad omnes actiones honeſtas vtiles. (*Plato* 1. *de leg.*) Hinc Mahometi leꝛ vt ebrius 80. ictibus puniatur. Extat tamen

scriptum Imp. Hadriani: *Per vinum aut lasciuiam lapsis capitalis pœna est remittenda, & militiæ irroganda mutatio.* (dig. lib. 19. t. 26. de re militari.) Ebrij enim cùm peccant, non proposito, aut dolo malo peccant, sed impetu. (*dig. 48. t. 19.*) Sunt, vt senes, bis pueri: sunt similes ignorantibus, sensibus interceptis dijudicare nihil possunt: hinc pœna illis leuis in veteribus legibus Francorum est instituta: *Si quis miles ebrius fuerit repertus, eiectus, quoad culpam agnoscat, aquam bibere cogatur.* (B. Rhenanus lib. 2. rerum Germ.)

Vide C. 9. t. 7 dig. 48. t. de custodia.

Vt ebrietatis malum in VVestphalia atq; adeò vniuersa Germania abrogetur, luxus officinę seu cauponæ amouendæ sunt. Det ergo Magistratus operam, vt cauponæ sint quàm pauciſſimæ, cùm in illis (dæmonum domicilijs, & pecudum stabulis) non tam viatores & peregrini, quàm ciues & indigenæ res fortunasque suas perdant. Dionysius Syracusanus cùm reliquos sontes grauissimis plecteret supplicijs, furibus tamen vestium, qui illas clam in cœnis & prandijs potui deditis auferrent, ignoscebat, vt Syracusani ebrietatibus, quibus erant infames, abstinerent. (*Plut. in Apol. ad Traian.*) Claudius verò Cęsar, vt dixi, potatorum cauponas Romæ sustulit. Cur igitur Christianus Magistratus earum accuratam curã non susciperet, & seueriſſimis legũ sanctionibus ciues suos ab illarũ frequentatione deterreret? cur prandij & cœnæ tempus certis horarũ terminis nõ definiret? cur si vltra istos terminos potationes & comessationes producantur, in ipsos caupones & tabernarios nõ animaduerteret? Vtinã legę ferret Magistrat⁹, vt caupones symbo-

lum ſtatim peractis epulis exigant, & ſi id neg
xerint, non habeant ius exigendi. Vtinam & co
ponum auaritiam ſeueriſſimis legibus & pœn
coërceret, ijſque certum pro annonæ ratio
cœnæ exhibendæ ſtabulandique pretium pra
ſcriberet.

SIGNVM LV.

Eccleſiam tueri.

ECCLESIAM ET SACRA tueri.

QVamuis Politici Magiſtratus iuris nihil
Eccleſiam habeant, tamen vim, fraudes, c
bas, & externa hæc mala ab ea meritò arcent, i
quod in ipſis eſt, pacata præſtant Sacra & quie
Nam in S. litteris Deus per Vatem prædixit (Is.
49.) *Erunt Reges nutritij tui*, (Eccleſiam affatu
& Reginæ nutrices tuæ. Et c. 60. *AEdificabunt f
peregrinorum muros tuos, & Reges eorum mi
ſtrabunt tibi.* S. Auguſtinus ait: *Pertinet hoc
Reges ſæculi Chriſtianos, vt temporibus ſuis pa
tam velint habere matrem ſuam Eccleſiam.* Leo
ad Imp. Leonem: *Debes, Imperator, inuncia
aduertere, Regiam poteſtatem tibi non ſolum a
mundi regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidiu
eſſe collatam.* Cauſſam expreſſit S. Ambroſius
piſt. ad Valentinianum: *Cùm enim omnes ho
nes, qui ſub ditione Romana ſunt, vobis miſeri
Imperatoribus terrarum atque Principibus, tuum
ſi vos omnipotenti Deo, & ſacræ fidei militare.* M
litiæ autem primum ſacramentum eſt, tueri fid
tem, commoda, & dignitatem eius, cui milita
mus: ergo qua Chriſtiani ſunt, velle debent; qu

Pra

Principes, &c. possunt Ecclesiam propugnare.

I. Lipsius, *Dialogismo aduersus Diodorum*, rectè ait: Ita proprium Principis esse curare & tueri sacra, vt plerique veterum habuerint duo hæc munera cõiuncta, Sacerdotium, inquam, & Regnum. Quamobrem in omni Rep. primum fuit curatio rerum diuinarum. Nam, vt nauis ædium, aliarumque rerum carinas, aut fundamenta volumus esse & prima, & firmissima: sic debemus in Rep. hanc partem &c. Synesius Orat. de Regno: Pietas primùm substernitor fulcrum & crepido, cui firmiter insistat simulachrum hoc Regni. Decet enim quod optimum est, ab optimo coli; & quod imperat, ab imperante.

1. Quoniam *secundùm Iudicem populi, sic & ministri eius; & qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea:* (Syr. 10. v. 2) decet Principem & in omni virtute populo præire, & in hac maximè, quæ princeps & caput est virtutum, Religionem ipse si non præfert, quomodo alij? I. Lipsius.

2. Præterea sublimis ille factus est, & elatus à Deo: ideo meritò veneratur & colit magnitudinis suæ authorem. Nisi facit, quid exspectat, nisi iterum deijci? Esa. 23. c. ait: *Dominus exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam duceret vniuersos inclytos terræ.*

3. Religiosi etiam subditi libenter parent, & miti fractaque ceruice humanum iugum ferunt, qui semel illud diuinum. Sed fideliter etiam parent: quia pietas, & Dei metus, quasi frænum est, & coërctio in animis ab omni rebellione & insolenti motu.

4. Accedit, quòd Deus illi pio clypeus & tector

est. Trismegistus apud Lact. lib. 2. Inst. c. 15. *Vna custodia pietas*: pium enim virũ non malus genius, non fatum ipsum deuincit. Deus enim eum liberat eripitq́ue ex omni malo.

5. Augetur etiam hac ratione imperium. Non quia bono Principi pietatis suæ ille finis: (ad regna enim cælestia aspirat:) sed quia Deo visum sæpe etiam externa hæc vt præmia adijcere: scriptra, inquam, & dignitates. Valer. *lib.* 1. *c.* 1. ait: Non dubitauerunt sacris imperia (homines in imperijs constituti) seruire, ita se rerum humanarum futura regimen existimantia (imperia) diuinæ potentiæ bene atque constanter fuisse famulata: (tale futurum sui regimen in humanis rebus, qualem numinibus cultum exhibuissent.) Meminimus, (ait Ant. Posseuinus, *Bibl. sel. lib.* [illegible] *sub finem*,) cùm Varsauiæ postrema à Magno Poloniæ Stephano Rege Comitia haberentur, hunc ipsum Regem viris Ecclesiasticis ex Senatorio Equestri ordine delectis animum addidisse, vt intrepidè proponerent, quænam damna Regni Poloniæ Reipublicæq́ue illata sunt, posteaquam

Quanto maior vis est religionis veræ, (non vanæ.)

1. hæresis fuisset permissa. Quod cùm fecissent, Rex perrexit diuinam rem restituere, Collegiorum
2. ad erudiendam nobilitatem institutione; & Seminariorum, ad excipiendas nationes variarum
3. citatione; atq; librorum Catholicorum multa editione ac disseminatione; & auditione publicarum
4. concionum, quas per decennium, ne in quidem Moscouia, (in tentorijs ac summo gelu)
5. intermisit; & deniq; Ecclesiasticæ potestatis defensione, quam ipse sapientissimè ac acerrimè in Senatu sępe suscipiebat: altissimè enim retinebat animo quod S. Augustinus scriptum reliquit: [illegible]

Psal.

Psalm. 84.) *Fac iustitiam, & habebis pacem, vt osculentur se iustitia & pax: si enim non amaueris iustitiam, pacem non habebis.* Et Epist. 166. *Quando Imperatores veritatẽ tenent, pro ipsa veritate contra errorẽ iubent, quod quisquis contempserit, ipse sibi iudiciũ acquirit. Nam & inter homines pœnas luit, & apud Deũ sortem non habebit, qui hoc facere noluit, quod ei per cor Regis veritas iußit.* S. Leo ait epist. ad Pulcheriam Augustam: *Res humanæ aliter tutæ esse non possunt, nisi quæ ad diuinam confessionem pertinent, & Regia & Sacerdotalis defendat authoritas.*

6. Ecclesiã defendẽtes, mirã diuinitus felicitatẽ consequũtur tẽporalẽ, & à Deo in periculis proteguntur, vti in Triũpho Virtutũ, loco de felicitate pugnantium pro Ecclesia, & loco de prẽmijs defensionis fidei, sat multis Exẽplis demõstraui.

1. Notæ etiam sunt victoriæ in Testamento veteri Abrahæ, Moysis, Iosuæ, Gedeonis, Samuelis, Dauidis, Ezechiæ, Iosiæ, Machabæorum.

2. In nouo Testamento *Constantinus*, qui primus ex Imperatoribus Ecclesiã defendit, eo ferè modo Maxentium vicit, quo Moyses Pharaonem. Et de eo sic ait Augustinus: (*lib. 5. de Ciu. Dei, c. 25.*) Constantinum Imp. non supplicantẽ dæmonibus, sed ipsum verũ Deum colentem, tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet: vniuersum Orbem Romanũ vnus Augustus tenuit ac defendit, in administrandis & gerendis bellis victoriosissimus fuit, in Tyrannis opprimendis per omnia prosperatus est, grandæuus ægritudine & senectute defunctus est, filios imperantes reliquit. Constantinus hic Magnus quæ ab Episcopis in publicis Conuentibus

editæ

editæ erant Regulæ sua consignabat & confirma-
bat authoritate, ne reliquarum gentium Princi-
pibus liceret, quæ ab eis decreta essent, abrogare.
Cuiusuis enim Iudicis sententiæ Sacerdotii De-
iudicium anteponendum esse censebat. (*Euseb. in vita Const. lib. 4. c. 27.*) Statuit vt Conciliorum de-
cisiones firmæ & immutabiles existerent. (*Id. lib. 1. c. 9.*) Cùm Episcopos ad Concilium Aré-
tense conuocasset, & videret Donatistas ad tu-
bas ciendas admodum promptos, vt omnia ab-
tumultu agerentur, voluit ipse eidem Conuen-
Episcoporum interesse: non enim eiusmodi C
cilium erat, in quo, vt in alijs, quę ad fidem per-
nent, tractarentur; sed merum iudicium erat,
quo caussa Cæciliani Episcopi agebatur, a
non excludendus erat Imperator Catechu-
nus. (*Euseb in vita Const. lib. 1. c. 37. 38.*)

3. *Carolus V. Imp.* sæpe in magnis periculis
uatus est: inter cætera, cùm in expeditione Af
cana reliquas iuxta se naues mergi, sibique ip
periculum instare videret, tamen diuinitus
uatus est: vnde identidem illud vsurpabat: O
lum hospitium, ô malum hospitium mare. Eund
ferunt, cùm ad Ingolstadium castra haberet,
oppidani hostesque fœderati infinita torme
bellica in ipsius castra exploderent, tanto nume-
ro globulis missilibus vbique volitantibus,
Cæsaris ipsius tentorium non raro peteretur, a
que adeò à ministris moneretur, loco cederet,
que incolumem seruaret, arridentem dixisse C
fiderent, neminem Imperatorem tormenti
perijsse. *G. Zenocar.*

*Vide sig-
num 40.*

4. Cùm *Alphonso Aragonum Regi* à Cosma Flo-
rentino, non mediocriter ei offenso, missi esse

Titi Liuij libri, reclamatum est à Medicis Regijs, qui aderant, ne attrectaret librum ab hoste missum, quem veneno infectum in Regis interitum putabant. Verùm Alphonsus, cùm aliquanto videretur Medicis assentire, demum Liuium manibus attrectans, hinc indeque legens & relegens quasdam historias, ad suos conuersus ait: *An ignoratis Regum animas nõ priuatorum libidini subiectas esse, sed sub cura Dei securas & latas agere?* Æn. Syl. Quantum deferat Iustinianus Imp. sacris Conciliorum Canonibus, his ad Dacianum Metropol. Vizatij verbis ostendit: Illud pro lege seruandum est, quod Concilijs definitum seruauit deuota posteritas. Nos tutores tantùm sumus veritatis & vindices. Nec deerit Ecclesiastica vindicta, vel nostra in eos, qui aut ambitiosa superbia, aut subreptitijs postulationibus antiquitatem temerasse docebuntur. Quoniam ad Diuinitatis tendit iniuriam, qui sanctorum Patrum constituta contemnere, aut violare non metuit. Et in Nou. Const. 137. edit. Godefr. apud Oleand. verò Nouel. 123. Si ciuiles leges, quarum potestatem nobis Deus, pro sua in homines benignitate, credidit, firmas ab omnibus custodiri ad obedientiũ securitatem studemus, quanto plus studij adhibere debemus circa sacrorum Canonum & diuinarum legum custodiam, quæ super salute animarum nostrarum definitæ sunt? Qui enim sacros Canones custodiunt, Domini Dei adiutorio digni sunt: qui autem eos transgrediuntur, ipsi semetipsos iudicio tradunt obnoxios. Maiori igitur condemnationi subiacent sanctissimi Episcopi, quibus concreditum & commissum est, & Canones inquirere & conseruare, si, quod eorum

Profitetur se custodem & vindicẽ Conc.

præ-

prętermissum fuerit, indemnatum, atq; impu
reliquerint, &c. Sic & Theodorus Studita ait,
pist. ad Patriarchā Constant. Neq; perfectum e
Orthodoxum, sed dimidiatum, qui fidem quid
rectam habere videatur, diuinis verò Canoni
non regatur. Et Cassiod. 8. *var.* Tyrannicæ fer
tis indicium est, audire nolle constituta vetu
sanctionum. (*Vide Baron. Anno Christi* 808.) Ta
Ecclesiasticæ libertatis & S. Cōstitutionum
temptores horrenda sæpè nemesi diris exem
sunt percussi. Postquam *Henricus* IV. *Orient*
Imp. I. multas Romanæ Ecclesiæ intulisset i
rias, atque à Gregorio VII. Pont. eam ob re
nathemate percussus esset, haud ita diu p
proprio filio Imperio priuatus, &, quæ e
extrema calamitatis linea, ab omnibus dese
tus, extra Imperij fines exul tristissimo fato
cessit. *Nouel. vol.* 3. *Gen.* 37. *Ludouicus* IV. cl
sede Apostolica semel & iterum anathemat
tus esset, primùm à Ioanne XXII. postea à C
mente VI. cùm in venatione esset, subita p
lysi omnium membrorum correptus, equo de
dens, miserrimè è vita discessit. *Ibid.*

Nauis Ecclesiæ aspergi potest, mergi non potest.

Valentinianus & Valens fratres, cum Grat
Valentiniani filio, constituerunt, ne quid
Clericis, aut Ecclesiæ possent legare. At Val
tinianus non ita multo post hoc Edictum
citer admodum hac luce priuatus est, (teste
miano.) Cui succedens *Gratianus* in Imp
vnà cum patruo *Valente*, rursum immino
ribus Ecclesiasticis, statuerunt, vt sacerdotes
minum rei ad Illustres Potestates duci po
At eodem die, quo hæc edixerāt, *Valens* à Gr
victus & concrematus fuit, & *Gratianus* à C

mente Maximo ad Lugdunum victus & occisus fuit. *lib.* 16. C. *Theod. t. de Episc. & Cler.*

Immaturas & miserandas mortes aliorum describunt Genebrardus, Archiep. ad Aquas Sextias, *lib. de sacrarum elect. iure ac potestate*, Bozius *de Sign. Eccles. lib.* 23. *sign.* 95. & Baron. *Tom.* 10. *Ann. Christi* 846. *num.* 13. *& seq. Vide etiam Theatrum hist. loco de pœnis Eccles. immunit. violãtium, & earum iura imminuentium.* Qui vel Remp. administrant, vel administrantibus consulunt, Chrysostomum Iuuellum legant.

SIGNVM LVI.

ECCLESIAE BONA NON INVOLARE, nec eius iura & immunitatem violare.

Ecclesiæ immunitatem non violare.

OFficium bonorum Magistratus est, nequaquã bona vel facultates Ecclesiæ inuolare vel vsurpare. Nã contra hoc peccantes grauiter à Deo puniti semper fuerunt. 1. *Nabuchodonosor* Assyr. Rex (*Dan.* 1. *&* 4.) post expoliatum sacrum Templum in bestiam transformatus est. 2. *Balthasar* (*Dan.* 5. 30.) quòd sacra templi vasa profano vsu contaminâsset, hostium manibus peremptus est. 3. *Antiochus Rex* quia tentauerat exspoliare Templum, (2. *Mac.* 9.) à vermibus consumptus. 4. *Heliodorus* (2. *Mac.* 3.) quòd thesauros Templi diripere voluit, flagellis diuinitus cæsus est vsq; ad mortem. 5. Iosephus *lib.* 14. *Antiq. c.* 8. commemorat *M. Crassum* ob expilatũ Templũ Hierosolymitanũ cum exercitu suo à Parthis deletũ esse. 6. Et lib. 16. c. 12. *Herodẽ* Regẽ à Deo punitũ, quòd sepul-

sepulchrum Dauidis aperuisset, sperans se in[ve]
magnum pecuniarum thesaurum reperturum
Ananias & Saphira (Act. 5.) repentina morte sub
lati sunt, quòd partem facultatum suarum, am
Deo consecratam, sibi clam reseruassent.

8. *Iulianus* Iuliani Apostatæ auunculus, cùm
Antiocheno templo sacra vasa sacrilegè sus
puisset, sæuissimo morbo correptus est; ita ut
iam excrementa ventris per os blasphemum
iecerit. *Hist. trip. lib. 6. c. 32.*

9. *Felix* Quæstor eiusdem Iuliani Imp. p
spoliata templa cum sanguine animam eue
Ibid.

10. Greg. Turonicus scribit *lib. 7. hist. c. 35.* m
tes quosdam in Agennensi vrbe post spoliatam
Vincentij Martyris Basilicam alios manibus
si ambustis fumũ emisisse, alios S. Martyrium
masse, se à dæmone discerpi, alios sibi violen
manus iniecisse.

11. Petrus Cluniac. lib. 2. mir. c. 1. narrat
Comitem vrbis Matisconensis, qui post spoli
Ecclesias, in præsentia multorum, die festo,
ab equite ignoto & terribili ante fores
equum paratum inscendere iussus esset, ab
dem in aëra cum eiulatu abreptus fuerit.

12. Simile narrat Paulus AEmyl. *lib. 5.* de
helmo Comite Cabillonensi 13. additque &
Comitem Niuernensem immunitatis Eccles
cæ hostem, obtorquente se sponte in terga
animam exhalasse. Alia de alijs inuasoribus
apud *Petrum Damian. epist. 9. ad Nicol. Pap.* &
Theatro hist. locis de Sacrilegio & de Templis.

Augustus Cæsar Asyla à veteribus consti
abrogauit, ne proposita immunitatis spes cu
fu

sim facinoribus daret. (*Alex. ab Alex. lib. 3. c. 26. & Suet. ex Dione.*) *Tiberius*, cùm templa Græcorum pessimis seruitiorum comperirentur, eodem subsidio obærati aduersum creditores, suspectique capitalium criminum receptarentur, neque vllum satis validum imperium esset coërcendis seditionibus populi, Asyla Græcorum lustrauit, & repurgauit. (*Tac. lib. 3.*) Impp. *Arcadius & Honorius* legem sanxerunt, vt Iudæi, qui reatu aliquo, vel debitis fatigati, simulant se velle Christianæ religioni coniungi, arceantur, nec ante suscipiantur, quàm debita vniuersa reddiderint, vel fuerint innocentia demonstrata purgati. (*lib. 1. Cod. de his, qui ad Eccl. confug.*) Quin & ipse Deus ab altari suo auellere eum iubet, qui data opera, & ex insidijs proximum suum occiderit. (*Exod. 21.*) Nec Asyla conceduntur latronibus, homicidis, virginum raptoribus, sacrilegis, reis diuinæ & humanæ Maiestatis: (*Iustin. in Nou. 17. c. 7. & Nou. 117.*) quandoquidem legis indigni auxilio iudicandi, in legem qui peccant.

Vt verò de abusu Asylorum rectè hæc dicuntur, ita verum eorundem vsum minimè tollunt. Fuerunt hæc priuilegia concessa ob religionem, veterum statuta, merita & virtutes præclaras miiorum. 1. Romæ constitutum fuit Asylum, (*Dion. Hal. lib. 2.*) 2. & Athenis ara misericordiæ, ἔλεος βωμὸς (*Plut. in vita Thesei.*) 3. ipse *Deus* filijs Israël ordinauit ciuitates refugij. (*Num. 25. Deut. 19. & Ios. 20.*)

4. In Iure Ciuili sancitum est, nemini licere ad sacrosanctas Ecclesias confugientes abducere, & si quis contra hanc legem venire tentauerit, sciat se Maiestatis crimine tenendum esse. (*lib. 1. Cod.*

t. 12. de his, qui ad Eccles. confug. & ibid. Imp. Leo Præsenti lege, inquit, decernimus, per omnia loca valitura, nullos penitus, cuiuscunq; conditionis sint, de sacrosanctis Ecclesijs Orthodoxæ fidei expelli, aut trahi, aut pertrahi cõfugas: hi, qui hoc volunt aut facere, aut nuda saltẽ cogitatione atq; tractatu ausi fuerint tẽtare, capitali & vltimi supplicij animaduersione plectendi sunt.

5. *Theodosius Senior Imp.* cùm illibatè conseruatum voluerit ius Ecclesiarum, ne id fieret damno alterius cauit, quamobrem de his, qui confugiunt ad eas ista sanciuit: Publicos debitores, si confugiendũ ad Ecclesias crediderint, aut illicò extrahi de latebris oportebit, aut pro his ipsos, qui occultare probantur, Episcopos exigi. Huius legis vigore compulsus aliquando S. Augustinus persoluere quod debebat, qui confugerat ad Ecclesiam: pro eius debiti dissolutione de collecta facienda in populo litteras dedit *epist.* 215. Bar. *Ann. Christi* 342.

l. 1. de his, qui conf. ad Eccl. C. Theod.

6. Anno Christi 407. *Honorius Imp.* aduersus eos, qui abstrahunt fugiẽtes ad Ecclesiam, vt Maiestatis criminis rei haberẽtur, ad Iouinum Præfectum Prætorio rescripsit, vt ex S. Gregorij Papæ epist. ad Ioan. Defensorem data apparet. Hoc anno sequẽte, cùm Stilicho, sibi timens, licet perduellis Imperij, & proditor imperatorij, ac proditor Orbis, in Ecclesia sibi cõfugium parauisset, nullus tamen eum inde vi abstrahere ausus est.

Crimẽ Maiestati, infringere iura Ecclesiæ.

7. Anno Christi 431. *Theodosius Iunior Imp.* ad Antiochum Præfectum Prætorij sanctionem dedit, de Ecclesiastica immunitate solicitius cõseruanda, & latioribus terminis dilatanda, ne scilicet putarentur, qui ad eam confugiunt, minus tuti esse

ti esse, nisi altare tenuerint: in eadem sanctione vult, ne quis armatus confugiat in templum.

8. Anno Christi 466. etiam Imp. Leo, vt dixi, de immunitate confugiétium ad Ecclesiam amplissimam & egregiam edidit sanctionem.

9. Quàm strenuè nostri (etiam ciues) Monasterienses pro immunitate Ecclesiastica olim militárint, docet Catalogus Episcoporum Monasteriensium manuscriptus, vbi agit de 41. Episcopo *Ottone ab Hoya*, & refert Anno 1417. admirandum cuiusdam ciuis facinus, eiusdemq; exitum horrendum. Item vbi pertractat de Episcopo 42. *Hēnico de Mörsa*, & enarrat Anno 1425. homicidium cuiusdam sacerdotis. Egerunt nonnulli mecum vt suo tempore Annales describam VVestphalię. Hunc laborem si humeris meis imponi passus fuero, poterunt hæc fusè referri.

SIGNVM LVII.

ECCLESIASTICIS PERSONIS ET *& rebus sine consensu summi Pontificis nullum imponere vectigal.*

ETiam Reges gentium tantum detulerunt suis Sacerdotibus, vt eos absq; tributo liberos agere voluerint.

1. *Druidæ* in Gallia tributa non pendebant, militiæ vacationem, omniumque onerum immunitatem habebant. (*Iul. Cæs. lib. 6. de bel. Gall.*) *Vide Aristot. lib. 2. Oecon.* 2. Apud *AEgyptios*, Sacerdotes erant ab omni tributo immunes, imò & ex tributis exactis ab alijs tertia pars illis dibatur ad cultum diuinum, & eorum alimen-

ta, altera Principi, tertia militibus. (*Diod. Sic. lib.* 1. *Bibl. c.* 5.) *Gen.* 47. *v.* 26. terra sacerdotalis dicitur libera à tributo. Patriarcha enim Ioseph sub Rege Pharaone exemit Sacerdotes AEgyptiorum à tributo Pharaonis. Apud Romanos tãtum abfuit, vt persoluerent tributa, vt potius sumptus acciperent ex ærario. (*Dion. Hal. lib.* 2.)

3. *Artaxerxes Rex Persarum* mandat subditis, vt vectigal, tributum, & annonas imponant Israëliticis Sacerdotibus, Leuitis, Cantoribus, &c. *Esdræ* 7. *v.* 23.

4. Cùm Deus iussit numerari populum, & capitationem pro singulis dari, in vsum Tabernaculi, Leuitæ non fuerunt numerati ea ratione, vt capitationem soluerent, sed alia, vt ministerio Tabernaculi, iuxta domos & familias suas essent, quærerentur circà cultum Dei. *Exod.* 30. *v.* 12. *Num.* 1. *v.* 2. 47. *c.* 2. *v.* 33. *& c.* 3.

5. 2. *Machab.* 3. refertur vindicta de Heliodoro, quòd ex mandato Regis vellet aurum ejus depositum intra septa Templi accipere; multò magis exspectanda est vindicta à Deo in eos, qui non solùm deposita in Ecclesia, sed & bona Ecclesiæ tollere volunt.

6. Refert Greg. Turon. *lib.* 4. *de gestis Francor. c.* 1. *Iniuriosum*, Episcopum 15. à S. Martino Turonensem, Clotharij restitisse Edicto, quo mandauerat, vt omnes Ecclesiæ tertiam partem fructuum fisco penderẽt, & cùm omnes ferè Episcopi subscripsissent, eum solum denegasse, pœnas enim grauissimas minãtum, si bona Ecclesiastica amplectare pergeret, eoq; territum Regem, Edictum antiquasse, & veniam culpæ deprecatum.

7. Ius Ciuile statuit, ne prædia vsibus cælestium sacra-

secretorum dedicata, sordidorum munerum fæce vexentur. *Honorius & Theod. in l. placet 5. C. de sacros. Eccl. Iustinianus II.* (*in Nouel. Const. 131. §. adhæc*) ait: Sãcimus, ne vllarum sacrosanctarum Ecclesiarum, & aliarum venerabilium domuum possessiones sordida munera & extraordinarias descriptiones sustineant. Idem statuit Fridericus II. *de quo, & de toto hoc signo vide prolixè D. Petrum Georgij lib. 3. de Rep. c. 7.*

3. *Etheluolphus Rex Angliæ*, Episcoporum suorum assensu, Ecclesias & Monasteria in Regno suo exemit à publicis oneribus, vt scribunt *Guil. Neubrigensis lib. 2 cap. 7. Ranulph. lib. 5. Polychron. c. 30.* Non sunt certè subtrahendæ personæ Ecclesiasticæ functionibus spiritualibus, vt relictis illis inseruiant corporalibus, armis personaliter maximè: plus enim tempore belli possunt prodesse excubiæ & vigiliæ orationum, quàm arma corporalia. Sunt enim mediatores Dei & hominum Clerici, qui possunt plus prodesse ciuitati orando, quàm pugnando. *Nisi enim Dominus custodierit*, &c. Psalm 126. Hinc dum pugnabant filij Israel contra Amalec, interim orabat Moyses; dumque leuaret manus ad Deum, vincebat Israel. *Exod. 17. v. 11.* Neque in illa ingentissima necessitate belli, qua populus Israeliticus constringebatur in deserto, inter inimicos armatos obambulans, vnquam Leuitæ, & addicti ministerio & cultui diuino connumerati sunt inter ordines militares, quamuis seorsim numerati sunt, non ad bellum, sed ad ministerium Dei. *Num. 1. 2. 3. Deut. 20. v. 2.* in exercitu sacerdos ante aciem stare iubetur, non vt pugnet, sed vt hortetur pugnaturos fortiter agere, & spem in Deo, non in brachio

Ergo nemo impediat preces & supplicationes, quæ in S. Quadragesimæ noctu publicè fiunt.

chio carnis, aut in multitudine ponere. *Vide* 35.v.2.7. *Ios.*21. *Ezech.*45. Ezechias præsumitur re
didisse quę acceperat à Templo Domini, 4. Reg. 1
quia de cultu Dei & alimentis Leuitarum vide
fuit solicitus. (2. Par. 21. 22.) Adhæc, cùm one
tur Clerici & Ecclesię bona personalibus & re
libus oneribus, multi Ecclesiastici mores indi
militum, fiunt irregulares, & Apostatę, auxili
Dei subtrahitur, quia diuinum obsequium dim
nuitur: Clericorum arma sunt preces & ieiun
in ijs suas partes seriò agant. Omnia Clericor
bona, siue Ecclesiastica, siue sæcularia, immu
sunt à tributis Principum sæcularium. Quia
nunc sunt in Ecclesia Clerici, quod erant Le
in Testamento veteri, & Pontifex Summu
Ecclesia Christi non solùm paris, sed maioris
iam est authoritatis, quàm fuit Aaron in lege
teri. Cùm ergo Leuitæ in Lege veteri exem
fuerint à tributis Principum sæcularium: (q
niam *Num.* 1. & 3. Deus repetit Leuitas suos
eosq; ex omni populo à se delectos:) multo
gis erunt Clerici in noua.

Matt. 17. cùm Christus asserit Reges à filijs
exigere tributum, nec se, nec suos tributi lege
neri, perspicuè inferre voluit: soluit autem
butum, non ex debito, sed ne alios scandalize
Non subest amplius aliqua ratio, ait Baron. An
Christi 33. vitandi scandali, qua pro se & Pe
voluit Iesus (*Marc.* & *Luc.* 9.) stateremp
Nam tunc venerat implere legem, & nec
Patre acceperat gentes hæreditatem suam. Pr
terea cùm ille Rex regum mundo innotuit,
regale instituit Sacerdotium, quænam subes
tio vitandi scandali, si tributum à suis Sacerdo

Christus soluit tributum, quia voluit, non quia debuit.

bus non soluatur? S. Hieronymus in c. 17. Matth. *Nos*, inquit, *pro illius honore tributa nõ reddimus, & quasi filij Regis à vectigalibus immunes sumus*; quòd scilicet immunes essent Sacerdotes, ac omnis Ecclesiasticus Ordo à pensione tributi Christi caussa, cuius respectu Principes Christiani nullum illis de ea re negotium exhibetent. Primus Christianus Imp. *Constantinus* Ecclesiasticos à cõmunibus Reip. oneribus exemit, (*epist. ad Anulinum Proconsulem in Africa, quæ extat apud Eusseb. lib.* 10. *c.* 7.) & post eum multi alij Impp. *Iustinianus* reddit exemptionis huius rationé, * Cur enim, inquit, non facimus discrimen inter res diuinas, & humanas? & cur non competens prærogatiua cælesti fauore conseruetur? Constantini rescriptum ad Anulinum de restituendis bonis Ecclesiarum, & aliud eiusdem ad eundem de Clericorũ immunitate, ex Eusebio descriptum habet Baron. Anno Christi 312. verba posterioris rescripti sunt: Quoniã multis argumentis constat religionẽ, in qua sumus, & in qua perfectus cultus, sacrosanctæ & cœlesti Dei potẽtię deditus, omnino cõsistit, neglectã & contemptã magna pericula attulisse, eandemq; sanctè augustęq; obseruatã, tũ maximã Romano nomini ac splẽdori prosperitatẽ, tũ eximiã omnibus hominũ rebus felicitatẽ, diuina beneficẽtia illud largiẽte, apportasse; visũ est, vt illi homines, qui debita cũ sanctimonia, & assidua Legis diuinæ obseruatione, sua ministeria huic diuinæ religioni excolẽdę impertiũt, pro laboribus suis digna præmia reportent. Quare eos, qui in prouincia tuæ fidei cõcredita in Ecclesia Catholica, cui Cęcilianus præest, huic sanctæ religioni sedulò inseruiũt

* *l. Sancimus C. de sacrosanct. Eccles.*

Hæc notent hæretici Clerum exsibilãtes & explodẽtes.

(quos Clericos nominare solent) ab omnibus
mnino communibus & ciuilibus rerum publi
rum ministerijs immunes & solutos volo, vt nul
lo modo per errorem, vel per sacrilegã ac pro
fanam prolapsionem, quæ in huiusmodi negotijs
accidere solent, à cultu Diuinæ Maiestati debito
abstrahantur, sed absque vlla molestia propri
legi obsequium præstent; qui quidem cùm sacri
Numen summo honore & veneratione prosequ
quantur, incredibile est, quantum Reip. adiumen
ti videantur allaturi.

Anno Christi 313. dedit idem Constantinus
confirmanda indulta à se Clericis priuilegia
eorum immunitate, aliud rescriptum his verb
(C. *Theod. de Episc. & Cler. l.*19.) Hæreticorum
factione comperimus Ecclesiæ Catholicæ Cler
cos ita vexari, vt nominationibus seu suscep
nibus aliquibus, quas publicus mos exposcit,
tra indulta sibi priuilegia prægrauentur: ide
placet, si quem tua grauitas inuenerit ita vex
tum, eidem alium subrogari, & deinceps à sup
dictæ religionis hominibus huiusmodi inu
prohiberi. Voluit Constantinus Clericos a mu
neribus ciuilibus esse immunes, vt Deo mili
tes, nequaquam distinerentur negotijs secula
bus. Nam susceptores erant, qui annonis &
butis ærarij recipiendis præpositi erant.

Idem Constantinus Anno Christi 319. pro Cl
ricorum immunitate hęc ad Octauianum
scripsit: (l 2. de Episc. & Cler. C. Theod.) Qui
uino cultui ministeria religionis impendunt,
est, hi qui Clerici appellantur, ab omnibus pe
nino muneribus excusentur, ne sacrilego liuor
quorundam à diuinis obsequijs auocentur.

Acta

Anno Christi 349. *Constantius & Cõstans Impp.* de immunitate Clericorum in hæc verba rescripserunt: (*l. 9. de Epiſc. & Cler. C. Theod.*) Curialibus muneribus, atque omni inquietudine ciuiliũ factionum exortes cunctos Clericos esse oportet. *Vide Baron. Anno Christi 349. & Anno 353. & 357.* vbi refert Clericorum immunitatem ex rescriptis Constantij concessam. *Videl 18. & 19. ibid.*

Quod S. Ambros. ait Anno Christi 387. Si tributum petit Imperator (Valentinianus) non negamus, &c. ea secundùm Christianam mansuetudinem dicit, iuxta sententiam Domini Luc. 6. *Ab eo, qui aufert vestimentum, etiam tunicam noli prohibere*, &c. In eandem sententiam Isidorus Pelusiota (*lib. 1. epist. 48.*) ad Epagathum Presbyterum, detrectantem tributum soluere, ita scripsit: Descriptus est Dominus cùm vtero gestaretur, & censum Cæsari pependit, hinc videlicet velut lata lege nobis indicens, vt ei, qui imperiũ tenet, obediamus, modò nihil ad pietatem impedimenti adferat. Quæ igitur ipse Deus noster subdita per dispensationem & cõsilium paupertate docuit, candido animo imitemur, nec pauperum obtentu tributum pendere detrectemus. Hæc Isidorus secundùm Christianam mansuetudinem, cùm alioqui ex Domini sententia, (*Matt. 17.*) si non à filijs Reges tributum exigunt, quos subditos habent, multo minus ab eis, quos sibi superiores esse cognoscunt, absque nota criminis inuasæ tyrannidis: at Principes sunt sub Pastoribus oues, & lõgè impar est à Pastoribus oues lac & lanam exigere, cùm potius ista illæ teneantur Pastoribus exhibere. Hinc Pharao AEgypti seu ꝯolorum sacerdotibus non solùm latifundia

tradidit, quæ illis voluit perpetuò cõseruata: & ex horreis publicis statuta ijsdem cibaria ministrauit. *Vide Baron. Anno Christi* 387.

Exegerunt à Christianis Clericis tributũ gentiles Impp. exegit & Iulianus Apostata de bonis Ecclesiarũ, earumq; ministris tributũ, eiusq; sectatus est vestigia Valens Arianus Imp. qui tributũ à Clericis & Monachis exegit. Valentinianum & Gratianum nihil huiusmodi facinus legimus. Sub Valentiniano autem puero Iustina Ariana moderabatur Imperium, cuius arbitrio id contigisse videtur, vt Catholicorum Ecclesijs tributum indiceretur ex agris, quod pertuere S. Ambrosius non recusat, dummodò Catholicæ, Catholicæque communionis Basilicis parceretur. Non ergo nisi Apostatæ, aut hæretici Impp. exegerunt de agris Ecclesiarum, hac ex parte Pharaone AEgypti Rege deteriores. Cùm alioqui Catholici Principes in tandis Ecclesijs amplis reditibus munificentissimi semper extiterint, qui si aliquando necessitate ingruentium bellorum pressi, indigerent, impere ab Ecclesijs, id perquàm submisso animo totius Christianæ religionis Antistite, Romano Pontifice, expetere consueuerunt, & abillo paternæ charitatis affectu pro facultate præstita.

Vide de Tributis part. poster.

Anno Christi 377. *Imp. Gratianus* pro Clericorum immunitate ita rescripsit: (*l.* 24. *de Epis. & Cleric.* C. *Theod.*) Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, atque Exorcistas, & Lectores, Ostiarios etiam, & omnes perinde qui primi sunt, personalium munerum expertes esse præcipimus.

Anno Christi 380. Theodosius Imp. Clericis iusmodi indulsit priuilegiũ: (*l.* 26. *ibid.*) Vt

fos, quos cõstiterit custodes Ecclesiarum esse, vel sanctorũ locorũ, ac religiosis obsequijs deseruire, nullius attentionis molestias sustinere decernimus. Quis enim eos capite censos patiatur esse deuinctos, quos necessariò intelligit supra memorato officio mancipatos? Consule Bellarm. de exẽptione Clericorũ, vbi vult Clericos ante Iustinianũ fuisse liberos à tributis personalibus: nõ ab ijs, quæ pendi solent ratione possessionũ. Vide etiam Concil. Lateranense sub Alexandro III.

SIGNVM LVIII.

ECCLESIASTICIS NEGOTIIS se non immiscere.

Ecclesiasticis negotijs se non immiscere.

OFficium bonorum Principum & Magistratus est, vt, quamuis tueri possint & debeant Ecclesiam, & res Ecclesiasticas, tamen non misceãt se negotijs Ecclesiasticis & sacris; siue ministeriũ sacrum, siue iudiciũ de controuersijs fidei nostræ vsurpando. Nã Propheta Aggæus ait: c. 2. v. 12. *Hæc dicit Dominꝰ exercituũ: interroga sacerdotes legẽ.* Et Malachias c. 2. v. 7. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam*, &c. Quo mãdato, teste Iosepho *a* Prophetæ declarârũt etiã Regi & Principi Pontificũ & Presbyterorum in rebus sacris potius iudicio, quàm proprio nitendũ. Eandẽ doctrinã tradidit Iudæis Christus, *b* cùm ait: *super cathedram*, &c. Hinccùm Rex Ozias *c* ministeriũ sacerdotum vsurpâsset, à Põtifice mox monitus est in hæc verba: *Nõ est tui officij, vt adoleas incensũ Domino, sed sacerdotũ*: ac cùm cõtumax in cœpto perstitisset, lepra à Deo percussus est, & Templo electus. Eadẽ decussa & *Rex Saul*, vt se miscuit sacerdotũ officio, à Deo reprobatus est, posteriq́ue eius regia dignitate spoliati. 1. *Reg.* 13. *v.* 10. Impe-

a *lib. 5. Antiq. cap. 8.*

b *Matt. 22. v. 1.*

c *2 Par. 26. 4. Reg. 15.*

Imperatores certè quotquot à pietate Chr
ſtiana maximè laudantur, nunquam ſe miſcer
voluerunt cauſſis Eccleſiaſticis.

1. *Conſtantinus* enim in Synodo Nicæna, teſte
Rufino *lib.* 10. *hiſt. Eccleſ. c.* 2. profeſſus eſt, ſe a
Epiſcopis iudicari debere, eiſque ſubiectum eſſ
non præpoſitum. S. Ambroſ. ſcribit, *epiſt.* 32. eun
dem in dicta Synodo liberum reliquiſſe iudic
Sacerdotibus. Euſeb. *lib.* 4. *de vita Conſtant. c.* 2
refert eundem ſolere dicere Eccleſiæ Præſulib
*Vos intra Eccleſiam Epiſcopi, ego extra Eccleſia
Epiſcopus ſum conſtitutus.*

2. *Valentinianus Senior* rogatus, vt permitte
haberi Concilium de rebus fidei, teſte Soz
lib. 6. *c.* 7. reſpondit: *Mihi, qui vnus è numero Sa
rum ſum, non licet me eiuſmodi negotijs inter
re: ideo Sacerdotes, & Epiſcopi, quibus hæc
ſunt, ſeorſum per ſe vbicunque ipſis liberum ſue
conueniant.* Baron. Anno Chriſti 364. *ex Ruff. l.*
1. *c.* 2. (idem de Valentiniano Iuniore affirm
Ambroſius *epiſt.* 32.) Idem Imp. Valentinian
Senior oblatam ſibi à Concilio Epiſcoporum
lectionem Epiſcopi Mediolanenſis recuſauit, e
& aliâs conteſtatus eſt, ſui muneris minimè e
Eccleſiaſticis ſe immiſcere negotijs. *Baron. ad*
Chriſti 374. Auxentio Ariano Epiſcopo extinc
accerſitis ad ſe Epiſcopis, (*teſte Theodoreto lib.*
c. 5. *&* 6.) ſic eos allocutus eſt Imp. Eſt nobis, v
pote ſacris & diuinis litteris inſtitutis explora
cognitum, qualis debeat eſſe is, qui ſit ad Epiſco
patum gerendum delectus, & quòd neceſſe
gregem non doctrina ſolùm, verùm etiam pra
clara viuendi ratione moderari, & ſe cuiuſq; v
tutis exemplar ei præbere, ſuæque diſciplinæ re
ſtru

ctam vitæ ac morum institutionem testem habere. Quare hominem ita instructũ in sede & gradu Episcopali iam collocate; vti & nos, à quibus hoc gubernatur Imperium, ei verè & ex animo capita inclinemus,& illius reprehẽsionem (nam cùm homines simus,errore labi necesse est)velut medicinam animarum cupidi amplexemur. Hac oratione ab Imp. habita, Concilium Episcoporũ contendit ab eo,vti ipse,vtpote sapientiæ & pietatis insignibus pręclarè ornatus,Episcopum eligat. At ille: Maior est, inquit, hæc prouincia, quàm quæ viribus nostris sustineri possit,proinde vos diuina repleti gratia, & illius splendore illuminati, multo melius hoc Episcopi deligendi officium transigetis. Illi igitur egressi,separatim per se de eo deliberare cœperunt.

3. *Honorius Imp.* Arcadium fratrem suum reprehendit,quòd contentionibus Episcoporum se miscuisset,& inter alia scripsit: Si quid de caussa religionis inter Antistites ageretur, Episcopale oportere esse iudicium:ad illos enim diuinarum rerum interpretatio; ad nos religionis spectat obsequium. *Baron. Anno Christi 401. Tom.5.*

4. *Theodosius Minor* scribit ad Concilium Ephesinum: Nefas est, qui sanctissimorum Episcoporum catalogo adscriptus non est,eum Ecclesiasticis negotijs & consultationibus se miscere. *Cyrill. epist. 14. Tom. 4.*

5. *Marcianus* in Concilio Chalcedonensi dixit: Quid obseruari in religione debeat, sacerdotes perspicua definitione docuerunt. *Baron. Anno 451.*

6. *Basilius Imp.* in 8. Synodo vniuersali Act. 5. dixit: Ecclesiasticas caussas inuestigare Pontificũ & sa-

& Sacerdotum est, qui regiminis officium sort
sunt, qui sanctificandi, ligandi, & soluendi pos
statem habent, qui Ecclesiasticas adepti sunt di
ues: non nostrum, qui pasci debemus, qui sanct
cari, qui ligari, vel à ligamentis solui egemus. D
rio monet Principes, & omnes laicos, in dign
te constitutos, vt desinant se Ecclesiasticis nego
tijs interponere, & non Pastores, sed oues se
gitent. 7. Etiam gentilium Principes Politic
sacrificulorum suorum negotijs miscere nol
runt. Refert Lampr. *Alex. Seuerum Imp.* tam
Auguribus Pōtificibusq; detulisse, vt liberè p
mitteret quæ religionis essent eos administr
& quasdam sacrorum causas à se finitas, ab
iterari, & aliter distingui. *Tullus* autem Hos
vsurpando sibi quod ad sacerdotes pertine
fulmine percussus est. *Liu. lib.* 1. *Plin. lib.* 2.
Val. lib. 9. *c.* 12. *Vide & in Theatro hist. de pœn
eorum, qui de rebus Eccl. decernere voluerunt.*

Rectè ergo S. Ambros. *epist.* 32. Si vel scrip
rarum seriem diuinarum, vel veterana tempo
retractemus, quis est, qui abnuat in causa fid
Episcopos solere de Imperatoribus, non Imp
ratores de Episcopis iudicare? *Epist.* 33. sic ad
Cæsarem: *Noli te grauare Imp. vt putes te in
quæ diuina sunt, imperiale aliquod ius habere, n
te extollere.* Et ante Ambr. *Hosius* apud Athan
epist. ad Solitariam vitam agentes: *Ne te mi
Imp. rebus Ecclesiasticis, neque nobis in hoc gen
præcipe, sed potius à nobis disce. Tibi Deus Imp
rium commisit, nobis quæ sunt Ecclesiæ cōcred
Vnde S. Athanasius exclamat: *Quando à cre
euo auditum est, iudicium Ecclesiæ ab Imperat
authoritatem suam accipere?*

Bar

Baron. Anno Christi 458. probat exemplo Maioriani Imp. & Leonis Pont. Imperatores cùm de rebus sacris leges sanciuêre, idipsum admoniti-ece sanctorum Prȩsulum, requirentiũ eorum officiũ ex scriptis legibus statuisse, vt imperatoria cœrcerentur authoritate, qui sanctiones Ecclesiasticas paruipenderent. *Vide* P. *Becanum, & alios de Primatu Regis Angliæ.*

SIGNVM LIX.

EDVCATIONIS ET INSTITVTIONIS *liberorum accuratam habere rationem, suosq; liberos piè educare, & instituere.*

Piè liberos educare.

QVàm vtilis ac necessaria sit liberorũ pia institutio, hæ rationes probant. 1. Vt delectant & ornẽt parẽtes ac sanguine iũctos, liberi probi, ita degeneres & improbi mœrore afficiũt, ac deformant parẽtes. Habuit degenerẽ Adamus Cainũ, (*Gen.4.*) Noẽ Chamum, (*Gen.9.*) Isaacus Esau, (*Gen.27.*) Ioẽlẽ & Abiã Samuel, (1.*Reg.*10.) Absolomũ Dauid, (2.*Reg.*17.) Iuliã adulterã filiam Augustus, (*Suet.*) Bassianũ fratricidã Seuerus, (*Spartã.*) Quòd autẽ multi degeneres fiũt liberi, quorũ parẽtes excitatis ingenijs fuerũt præditi, hoc maximè acceptũ ferendũ est negligẽtiæ, incuriæ, aut etiã indulgẽtiæ parentũ. Sunt.n. qui alijs reb' districti ac distẽti, liberorũ nullã curã gerũt, deteriores hac in parte brutis animalibus: siquidem etiã vrsa, animal deforme & morosum, catulorũ suorũ mẽbra lãbendo format. *a* Nonnullis etiam amor nimius obstat, ne verè suos liberos ament: vt simiæ cùm fœtum nimis osculantur & complectuntur, simul necant. *c* Exemplo est summus Sacerdos Eli *d* & Dauid, qui noluit contristare spiri-

M.Tun in quæst. Pol.

a *Plut. de amore prolis.*
b *Plin. lib.* 8.c.54.
c 2. *Reg* 13.
d 1.*Reg.*2.

ſpiritum filij ſui Amnonis. (*2. Reg. 13.* Maximè v
rò hic peccant matres. *Terent. in Heaut. Act.*
Scen. 2.

2. Si inſtitutio fuerit bona liberorum, euadu
& ipſi boni, & rebus honeſtis ſe dedunt: (Plato
de Rep.) quemadmodum contra, hac neglecta
num magnum datur Reip. (*Ariſt. 8. Pol. c. 1.*) Et
ſtitutione mala praui pueri, peiores adoleſce
tes, peſſimi viri euadunt. Idq; eò dolendum
gis, quòd magna ſcelera, nõ ex vili & ignaua
tura, ſed generoſo ingenio, educatione corr
to, proficiſcuntur. (*Plato 6. de Rep.*)

3. Quemadmodum agricola vitem amput
vis natiua & ſuccus in palmites ſeſe exten
ita ſuperuacanea iuuentutis viuacitas educa
ne & inſtitutione reſecatur. Et quemadmod
multa agreſtia ſuis naſcuntur in agris, quæ
dem ſunt mala, ſed interim ſigna felicis ſol
quis excolat; ſic etiam affectus per ſe mali
cant magnum ingenium, non malum, modò
inſtitutio accedat. (*Plut. de educ. lib.*) Hinc
miſtocles, diſſolutè in adoleſcentia qui vix
xit è ferociſſimis pullis optimos equos fier
rectè formentur & inſtituantur.

Syr. 30. v. 2. Qui docet, &c.

4. Contrà, ex neglecta, aut peruerſa inſtitu
ne, mala & damna priuata oriuntur multa. Nu
vt *equus indomitus euadit durus*: ita *filius remi
euadet præceps*. Syr. 30. v. 8. Et quemadmod
ſolum bonum, ceſſante cultura, ſterileſcit, va
tuoſæ & infrugiferæ fiunt arbores per incuri
& facilius nouæ plantæ læduntur à tempe
quàm adultæ & grandiores iam factæ: ita adol
centes, inſtitutione neglecta, peſtes familiarum
fiunt. (*Plut. de educ. lib. Oſor. 1. de inſtit. Reg.* H

Ouid. de Triſt. Fleg. 12. Fertilis aſsiduo, &c.

nym. epist. ad Latam.) Heli Pontifex & Dux Iudæorum quia filios suos malè instituit, à Deo punitus est. (1. *Reg.* 2.) Dauid noluit contristare primogenitum suum Amnon, & Amnon ab Absalone fratre trucidatur. (2. *Reg.* 13. 15.)

Vide 3. Reg. 1.

5. Litteræ sacræ institutionem fidam ac sedulâ flagitant: mandat enim Deus, vt parentes doceât filios &c. *Deut.* 4. & 5. *Ephes.* 6.

6. Qui filijs de multis opibus prospiciunt, quo autem pacto boni illi fiant non cogitant, idem faciunt, quod illi, qui equos multos pabulo alũt, & pingues, sed interim ineptos ad bellum reddunt: (*Xenoph. epist. ad Clitonem:*) aut qui de calceis cogitant, pedes negligunt. (*Plut. de educ. lib.*)

Syr. 30. Sapientiæ &c.

Arist. 5. Pol. c. 9. carpere videtur Magistratus, qui diuitum filios mollius & effœminatius educari sinunt, pauperum verò liberos omni laborũ genere opprimi & onerari iubent. Certè mollis indulgentia procerum, (in quibus lumen ciuitatis splendet,) lues ciuitatis est maximè pestifera: quia si fontes inficiãtur, necesse est, vt riuuli sordibus coinquinentur. Heroicæ & generosæ mentes maturè doctrinæ quodam vapore irrigandæ sunt, cùm in iuuentute flos Reip. crescat, & spes futuræ ciuitatis emergat: planta etiã adhuc herbescens facile flectatur in rectum, non in altum iam succrescens. Adhæc interest Magistratus eius rei curam suscipere, cuius neglectio magna dispendia & damna ciuitati infert: at neglecta institutio iuuentutis magna dispendia infert ciuitati: qualem enim optamus ciuitatis formam, talem oportet esse iuuentutis curam: ergo.

Plato hortatur, vt ex Magistratu quotidie conueniant

ueniant aliqui natu grandiores, qui singuli iuu
nem aliquem 30. natũ annos secũ adducant, & a
te solus ortũ prima luce sermonẽ inter se cõfe
rant de Rep. & vt iuuenes ea, quæ senibus pra
bantur magno studio discant. In hoc concilio a
telucano salus Reip. posita est, & multum hoc
iuuenum institutionem valet. Idem Plato in
Nemo liberorum gratia pecunijs cumulandu
bat, vt ditissimos eos relinquat: neque enim
neque ciuitati id conducit. Et Socrates apud
noph. *Qui filijs multis opibus prospiciunt, vt*
boni & egregij euadant negligunt, simile qui
gunt equos alẽtibus, quos belli disciplinã non
multum verò pabuli exhibẽt. Sic enim equos
turi sunt pinguiores, sed rerũ, quas præstare
bat, imperitos. Eodẽ modo peccãt, qui filijs
multos comparãt, ipsosmet verò negligunt.
sessiones enim magni pretij æstimationem
bunt, ipsi autẽ viles erunt: cùm contra opor
custodientẽ re possessa pretiosiorẽ esse. Ita
quis filiũ magni pretij hominẽ effecerit, qui
paucas opes ei relinquat, multa tamẽ largitu

Quantò Magistratuum filij magis opibus
rent, nobilitate tument, otio lasciuientem,
ta & temeritate præcipitem, adulatoribus
cumseptum animum gerunt, legibus deniq
pter potentiam magis soluti sunt, eò plur
firmioribus præsidijs muniendi erunt, firma
disque eorum animus, ne ruat, & ratio cont
mnes cupiditatis impetus fulcienda. Quò ip
munus est amplius, & insidiæ plures, & pe
lum grauius, eò diligentior cultura adhiben
est, dandaque opera, vt cum lacte nutricis
cis disciplinam hauriant. Hinc ex tot potent

nis Persarum Monarchis neminem verè magnum Regem appellari posse Plato asserebat præter Cyrum & Darium, quòd, cùm neuter esset magni Regis filius, fuerint sub legibus & disciplina cum alijs honesto loco natis pueris diligenter instituti.

Non sufficit autem vt Magistratuum filij rectè educentur, sed quemadmodú Solon Atheniẽsibus lege præceperat, vt parẽtes liberos suos & litteris, & palæstra, & Musica erudirẽt, & Lycurgi legibus cautum erat, ne quisquã liberos suos moribus quibus vellet imbueret: sic in Rep. Christiana necessariũ est, lege atq; pœna proposita sanciri, ne patribus liceat filiorũ suorũ institutionem negligere, nec liberũ vnicuiq; sit ad arbitriũ suũ liberos erudire. Nec enim in Rep. spectari debet, quid vnicuiq; libeat in rebus tanti momenti, sed quid in vniuersum expediat considerandũ est. Omnes ergo ciues debent in filiorum educatione magis de Reip. (cuius pars sunt,) quàm de sua vtilitate cogitare, cùm bona malaue puerorum institutio in ipsam Remp. redundet. In corpus puerorum lethale vulnus infligere nefas ducunt: at longè detestabilius est mentibus ipsis fœdissimum vulnus imponere, & filiorum animos monstriferis morbis inficere. Ergo hoc malũ nascens, antequã vires colligat, sapiẽter extinguendũ est: cùm adultum atq; robustũ difficulter admodũ coërceatur. Ne fundum suũ incultum quis relinquat cogi à Magistratu iure potest, & filiorum mores, ac salutẽ negligere impunè liceret? Nemini cõcessum est, vt re sua malè vtatur, quomodo ergo permittendum est parentibus, vt filios suos cum totius patriæ calamitate euertant

atque corrumpant? Sicut illa medicina grata hu-
gis esse debet, quæ bonam valetudinem consti-
uat, quàm quæ afflictam restituit: ita leges ha-
magis laudandæ sunt, quæ mores cõtinent, qua-
quæ corruptos ad sanitatem supplicia revoca-
contendunt. Et vt multo magis laudandus est im-
perator, qui aduentantis hostis consilia præui-
quàm qui post vastitatem rebus suis illatam, h-
stem bello frangit: ita ampliore laude digna-
Magistratus, qui cauet, ne scelus admitta-
quàm qui conflatum scelus vlciscitur.

Ciues, qui filios suos malè instituunt, seu
deformant, Reip. pestem parant, & patriam
ctiss. parentem necant, &c. Sapienter igitur
cerit Magistratus, qui Remp. saluam vult,
suos filios rectè instituendos curauerit, & ab
Præfectos in Rep. constituat, qui parentes a-
liorum (quos magis Reip. quàm sibi genuer-
institutione negligentes seuerè puniant, sum-
que studio laborent, vt Scholis optimi form-
res iuuẽtutis præficiantur, & prouideant, ne
quam in Rep. pro salutari ciue bestiam im-
alat, aut saltem hominem ignauum aut tur-
enutriat. Qui autem optimi isti sint iuuen-
formatores, vel ex his septem bon. Præce-
ris officijs, quæ, cùm ad clauum Scholæ Ca-
Osnaburgensis sederem, mihi & sex meis co-
gis præscripsi, colligi potest.

Primum bonorum Præceptorum munus e-
omnes eas causas, ex quibus summum pecca-
rum odium & ardentissimum virtutis ac pie-
desiderium in animis nostris gignitur, breui-
& perspicuis sententijs comprehensas edisse-
das discipulis proponant, atque eas ipsis fam-

rissimas reddere studeant. Sunt autem ad animos nostros à peccatis deterrendos hæ, ni fallor, efficacissimæ rationes: I. quòd apud Deum & Sanctos in terris & cœlis agentes nihil sit peccato abominabilius, nihil peccatoribus contemptius. II. quòd per peccatum belluis, & feris, & ipsis tandem Dæmonibus similes efficiamur. III. quòd sola peccata sint, quæ nos infamiæ, exilio, carceri, tormentis, ac turpissimæ morti, atque omnibus tandem pœnis, quæcunque vel à Magistratibus in Repub. vel in Scholis à Præceptoribus exiguntur, subijciũt. IV. quòd bonis omnibus, quorum gratia conditi sumus, hoc est, probitate, pietate, veraq; sapientia nos spolient. V. quòd horum solum expiandorum gratia ipse Dei Filius toto corpore laceratus in cruce pependerit. VI. quòd clementissimus Deus æternis & dirissimis pœnis apud inferos ea statuerit punire. VII. quòd per ea ipsum Christi, quo redempti sumus, sanguinem, per summam ingratitudinem conculcari ex Scripturis didicerimus. VIII. quòd denique hoc ipsum, quod natura sua tam detestabile, ac tot malis nobis luendum est, testibus Diuinæ Maiestatis & Sanctorum oculis, ac nos accusante conscientia, committamus. His deinde illas addent, quæ peculiarium quoque peccatorum incommoda ante oculos nobis proponunt. Illis demum causis, quæ peccatorum horrorem incutiunt, eas adijcient, quæ ad virtutem nobis conciliandam maximè sunt idoneæ.

Octo rationes à peccatis nos deterrentes.

Secundum Præceptorum munus est, vt diligẽtes sint eorum operum exactores, quibus ad gignendas virtutes & extirpanda vitia peculiarem Dominus tribuere dignatus est efficaciam. Hoc

in genere quidem præstant preces ad Deum ad-
stræ, & frequens vsus Sacramentorum; in spe-
verò, ad vitandam v. g. intemperantiam, quan-
maxima præscribi potest in cibo & potu frugi-
litas; ad pellendam somnolentiam & desidiam,
assidui studiorum labores, &c. In summa, qu-
singulæ laudabiles actiones virtutis eius, ad q-
illæ pertinent, habitum augent, operam dab-
Præceptores, vt nunc aliquod discipulis offici-
præscribant, in quo charitas & officiosa qu-
dam sollicitudo requiratur; nunc aliud, vbi v-
humilitas, vel mansuetudo, vel honoris conte-
ptus, vel aliud virtutis genus exerceatur, vt i-
etiam vsu actiones illæ ipsis, & notæ, & f-
miliares, & faciles redditæ, pectoribus eor-
in omnem vitam altissimè imprimantur. Exig-
autem in Officijs illis frequens ab ipsis co-
quium, à quibus ipsos esse animaduertunt na-
ra alieniores, vt hoc ipsum naturale eorum v-
tium hoc efficacissimo remedio paulatim cor-
gatur.

Tertium, quod à Pręceptoribus requiritur, e-
vt diligenter peccandi occasiones discipulis a-
mant. Quod ad ipsos igitur Præceptores attin-
tantum abest, vt aliquo ipsorum siue dicto, h-
facto, eiusmodi ipsis præbere audeant occasio-
vt danda ipsis sit opera, ne vllum prope habe-
ad omnem virtutem maius incitamentum, qu-
conspicuam in omnibus actionibus eorum p-
tatem & sanctitatem. Et quoniam vitari non po-
test, quò minus in magno discipulorum numer-
aliqua admittantur, quæ alijs exemplo nocere
possint, ea quoq; Præceptores per obiurgationem
pœnam, & emendationem delinquentiũ in abs-
rum

rum conuertere conabuntur vtilitatem. Vbi verò aliquos esse constiterit, & natura improbiore, & non facile sanabili, omnes ab ipsis adhiberi oporteret machinas, quo minus à talibus simpliciores corrumperentur. Postremò, si manifestũ & prope ineuitabile esset, quod ab ipsis metuitur, periculum, ad vltimum veniendum esset, eos è Schola pellendi, remedium, ne per immedicabilis membri contagionem *pars* quoque, vt Poëta ait, *sincera trahatur*. Postea verò vel parẽtibus, vel tutoribus, vel Magistratibus, quid de ipsis statuendum sit, cura esset committenda. Quin hac quoque de caussa parentes, & tutores puerorum, atque illi præsertim, quorum domesticam vitæ rationem & mores bonis ciuibus nõ satis constaret esse probatos, monẽdi, vel potius per omnia sacra orandi essent, vt qui Christiano nomine gloriantur, ab Ethnico saltem Poëta discerent, in omni parum honesta actione maximã habendam esse pueris reuerentiam, & proinde nihil illis præsentibus faciendũ, ex quo propter exemplum vel leuissimo vitio contaminari possint. Arcendi etiam ab illis sunt rebus vel spectãdis, vel audiendis, vel legendis, à quibus possunt corrumpi. Vsq; adeò ergo omnis ipsis interdicẽda est impurorum librorum lectio, vt quæ in veris etiam historijs, tam sacris, quàm prophanis extant tetrorum vitiorum exempla, ea à Præceptoribus per omnem occasionem censura, qua digna sunt, vnà cum suppliciorum, quibus scelerati illi affecti sunt, commemoratione iugulentur. Curandum etiam diligenter est, vt, quoad eius fieri potest, nullæ pueris inhonestæ fabulæ narrentur, nullæ obscœnæ picturæ ab ipsis vnquam

spectentur. Denique, si aliquando vsu veneri
fœdo alicui spectaculo interesse cogantur, a
modo turpitudinem eius depingi à Præcepto
bus intelligant, vt eum ex illo ipso spectacu
fructum percipiãt, quem sibi Lacedæmonij pro
ponebant, cùm seruos suos iussu ipsorum ebri
& per ebrietatem vomentes, vacillantes, salta
tes, lasciuientes, atque insanientes filijs sua
stendebant, quò magis tantæ fœditatis horro
ipsis incuterent.

Quartum Præceptorum officium est, in pe
cantes vtiliter animaduertere. Ac obiurga
nem quidem, siue ea publica sit, siue priuata, n
esse oportet, quæ vehementissimum admissi pe
cati pudorem obiurgato incutere, & lacryma
præ pudore excutere, acerrimosque ad pœni
tiam stimulos admouere possit. In verberi
hic etiam erit scopus, vt maior sit in vapulan
animis ex ignominia dolor, eo, quem ex plag
corpore sentiunt. Inculcandum etiam illis fr
quenter est, quale inter homines & belluas
in parte reperiatur discrimen, quòd noxij be
luarum, quæ rationem non audiunt, affectus p
corporis cruciatum cohibeãtur: homines, ra
nem percipere valentes, quæ tam multis obno
sas peccatum fugiendum esse docet, per eam
peccato sint deterrendi. Quamobrem hoc ra
que addent, eos, cùm cæduntur à Præceptori
tanquam belluas, rationis expertes, non vt ho
mines tractari. Deinde & hoc illis persuadeb
est, omnem, quæ à peccantibus exigitur, pœna
perquàm ipsis vtilem esse ac salutarem, & pro
de Præceptores verissimorum parentum in e
rogãda officio fungi. Hinc porrò sequi opor

vt promptiores se ad eas subeundas discipuli exhibeant, vtque tales peccantibus mulctæ decernantur, in quibus sustinendis veram seriò pœnitentium imaginem à se geri, & sibi & alijs videãtur. Vtilis etiam discipulis interdum est ipsa pœnæ remissio. Ex ea quippe nunc Præceptorum æquitatem, cùm culpam eorum (quia vel ex errore, vel aliorum impulsu, vel vehementiore quodam naturæ affectu nata sit) extenuare non dubitant, nunc misericordiam & mansuetudinem eorum percipientes, tam mites Præfectos magis diligere, ac ne eos offendant diligentius cauere discunt; nunc verò grauiorem sibi pœnam, si iterum labantur, metuendam esse colligentes, eo ipso ad vitanda peccata quasi cõsumpta iam misericordia cautiores in posterum reddũtur. Notandum præterea est, in alijs quidem peccatis pœna & verberibus, in alijs verò obiurgatione potius esse vtendum. Somnolẽtia & desidia puerorum verberibus potissimum indiget; pœnarũ enim metu diligentiam adhibẽtes, optimos progressus in litteris faciunt. In alijs verò peccatis verbera eandem vim non habent. Nam etsi & illa propter exemplum & spem emendationis adhibenda sunt, obiurgatione tamen & turpitudinis eorum demonstratione longè plus in sananda illis proficitur. Experientia quippe non semel deprehensum est, peccata longo quoq; tempore metu compressa, maiore vi, metu cessante, postea erupisse.

Quintum Præceptorum munus est, vt ante oculos habentes, quibus potissimum vitijs puerilis ætas obnoxia sit, & ad quas virtutes propensior; & illis per propria remedia occurrant, &

has in illis gignere, alere, & promouere studeb
Certum est, propria pueris esse, intemperantia
in cibo & potu, somnolentiam, desidiam, & pe-
petuam ludendi cupiditatem. Ijdem etiam fre
mentiuntur, quia vtilissimum sibi mendacium a
pœnam euadendam esse arbitrantur. Laudis a
petitus & inuidia omni ætati videntur esse co
munia. Posteriora tamen hæc vitia ita tem
animis eximenda sunt, vt laude quidem ad v
tutem excitari permittantur, sed pariter quo
doceantur, ipsa rectè facta magis, quàm la
dem esse expetendam; & malignum ac for
dum inuidiæ affectum in generosam alienæ v
tutis æmulationem ipsis esse cõuertendum. Pe
pensi porrò sunt pueri ad certas quasdam vir
tes, quæ manifestam quoque adferunt ad alt
nobis gignendas vtilitatem. Easque esse exp
mur, religionem, pietatem, Dei timorem, s
plicitatem, modestiam, & parendi prompt
dinem. Summa igitur Præceptorum esset neg
gentia, si virtutes illas apud eos non perpe
prædicarent; si in actionibus earum non semp
eos exercerent; si peccata virtutibus illis co
traria non acerrimè punirent; si his denique a
lijs rationibus efficere Dei ope non conarent
vt illis, etiam annis succedentibus, in quibus
cta illa promissio per naturam remittitur, & n
mobiles nihilominus permaneãt acquisiti po
re diligẽtia virtutum illarum habitus, & illi
præterea habitus sequentis ætatis affectibus n
opponant. Post duodecimum ætatis annum m
nia deprauatæ nostræ naturæ vitia sese produ
incipiunt, contra quæ Præceptoribus ea, quæ
stendi, ratione pugnandum est.

Sextum eorum officium est, vt qua poterunt sagacitate singulorum ingenia, naturam, affectus, & mores inuestigent, vt quibus singuli vitijs obnoxij sint, intelligere possint. Non enim omnes omnibus vitiosis affectibus laboramus, non sumus singuli ad omnia peccata propensi. Si illis ergo vitijs, ad quæ procliuem aliquem esse Præceptor deprehenderit, eum liberauerit, omnibus liberauerit, & vniuersam eius naturam emendauerit. Nam neque Præceptoribus ad illa sananda, tanta adhibenda est diligentia, neque ipsi adolescentes cum illis vitijs, à quibus propè sunt immunes, dimicantes, tantam experiuntur difficultatem. Animaduertendum igitur Præceptoribus est, in quæ peccata aliqui frequenter incidant, quorumcunque ex socijs consuetudine magis delectentur; ob eruandæ diligenter illæ actiones, quæ naturam nostram ac plurimos ex affectibus nostris præcipuè aperire & nudare solent, quales sunt lusus, (qui propterea ab aliquo Præceptorum spectandi sunt) & publicæ disputationes, & aliæ concertationes. Consideranda etiam fortuna, in qua nati singuli & educati sunt, ac simul etiam, quorum vitiorum exempla frequentius domi vel alibi viderint. Postremò, ni fallor, ne à Physiognomicis quidem coniecturis abstinendum est.

Postremum eorum munus est, vt cùm quis è schola dimittitur, parentibus, tutoribus, atque ipsis etiam Magistratibus significent, quos ille in studijs, in moribus, & pietate progressus fecerit, ad quam potissimum è maioribus disciplinis idoneum eum deprehenderint, quidue meritò de illo sperandum sit, si ad militiam,

tiam, vel Reip. & Eccleſiæ gubernacula poſtu admoueretur.

Quàm neceſſarium ſit, hæc & ſimilia præcepta in educatione iuuentutis (in qua ſpes eſt, ancho ra, & ſeges futuræ ciuitatis) obſeruare, hæc & multa alia docent Exempla.

1. *Dauid Rex & Propheta* filium & ſucceſſorem ſuum *Salomonem* piè ſapienterque eruditum. *Reg.* 2.

2. *Alexander*, etiamnum adoleſcens, videns trem Philippum equum præferocem, nec vl ſeſſorem tergo patientem, velut inutilem ac ctum ire: *Qualem*, inquit, *equum iſti perdunt illo per imperitiam ac mollitiem vti neſciũt* que mira arte, ſine verberibus tractaſſet equ tandem conſcenſum ad curſum admiſiſſet, calcibus vſus eſt, ac molliter flexis habenis, equum reduxiſſet, deſcendentis caput exo tus pater: *Aliud*, inquit, *ô fili, tibi par regnum re, quando iam te non capit Macedonia.* Hic nos admonet, multa bene nata ingenia péri tio inſtituentium, qui ex equis generoſis reda aſinos. *Plut.*

Prou. Ex aurora diê, ex prima ætate ſequentem licet iudicare.

3. *Alexandro* nato *Philippus* pater tantum dium poſuit in eo inſtituendo, vt ad Ariſtote ſcripſerit, (qualem, ac quantum ea ætate Phi ſophum!) non tantas ſe Dijs agere gratias filio ex vxore Olympia nato, quàm quòd eo pore ſuſcepiſſet, quo poſſet ab alijs erudiri mis artibus: nec ſolum ſcripſit, ſed re etiam ſtitit. Nam ex Ariſtotelis ſchola tantus vir xander euaſit, quantus credi debet, qui Orbe rarum iugum imperij impoſuit, multis ante deò innumeris gẽtibus leges & Magiſtratus

dit, easque sublata feritate, ad humanitatis cultum traduxit. Acrem atque vehementem naturam, & studio gloriæ mirabiliter incensam, tanti viri disciplina mitigauit. Sic quòd Orbem terrarum sui nominis fama compleuit, doctoris prudentiæ tribuatur. *Ioan. Marian. lib. 2. de Instit. Regis.*

4. Mali sodales exhalant nescio quam pestem & virus in tenera & quasi cerea præcordia puerorum, qui sunt quasi arundines leuiss. quouis flatu in omnem partem ac viam flexæ. Sic Imperium Cyri virtute partum Cambysis filij culpa breui interuallo labefactatum fuit: quia non eadem, sed planè diuersa educationis ratio fuit; commutata institutione, velut ex fonte tetro, diuersi prorsus mores & ratio imperandi manârunt, exitus contrarij. Cyrus in aspera regione natus, atque plurimum inter pastores victu frugali educatus, durato corpore, animo magno hostes sæpe externos, vitia domestica, superauit. Idē bellis, quæ alia ex alijs apta nexaque gerebat, districtus, filium mulieribus & eunuchis educandum tradidit. Sic ex copia voluptatū mollis vita, indole deprauata, in subditos insolens extitit, aduersus hostes ignauus, quæ res inuidiam popularium accendit, & inuidia contemptum. *Ibid.* *Plato 3. de leg.*

5. *Augustus Cæsar* filiam & neptes ita instituit, vt etiam lanificio assuefaceret, vetaretque loqui aut agere quicquam, nisi propalam, & quod in diurnos commentarios referretur. *Suet.*

6. *Constantinus Magnus* in tribus suis filijs (Cōstantino, Constantio, & Constante) semina pietatis sparsit, cùm suis diuinis præceptionibus, tum magistrorū diligentia, quos omnibus virtutibus

insignes

insignes eis præfecerat: quemadmodũ & in alijs disciplinis eos adsciuerat, qui essent in suo genere consummatissimi: nam alij eos bellicis disciplinis exercebãt, alij præceptis de Republica imbuebant, alij legum peritos efficiebant. Dum uiui Cæsares essent, sed ætate adhuc tenera, dabantur eis, quorum & ope & opera publicas res administrabant. Sed ad virilem ætatem maturescentibus, paterna institutio satis erat, qui præsentes eos ad paterna studia exstimulabat, & ad imitandam pietatem eius instituit: absentes autem nonnullis litteris compellans, salutaria præcepta tradidit; in quibus istud maximum & præcipuum fuit, vt Dei, qui rerum omnium Dominus est, cognitionem & sanctam erga illum religionem omnibus opibus, atque adeò ipsi regno anteponerent. Iam aliquando liberum eis fecit, vt per se aliquid ad Reipublicæ vtilitatem gererent. in primis verò hortabatur, vt summa cura afficerentur erga Ecclesiam Dei, præcipiebatque vt planè & sine fuco Christiani essent. Atque ea quidem pater sic instituebat. Cæterùm hi maturo iudicio sensuque præditi cùm essent, non in eius admonitionibus, sed sua ipsorum diligentia nixi, patris exhortationes longè superabant mentes semper ad pietatem intentas habentes. Ecclesiæ ritus in ipso Palatio cum suis omnibus obseruantes. Sed illud quoque paterna cura solicitudoque prouidit, vt tum filijs suis contubernales adhiberẽtur hi, qui vera religione potentéque pollerent, tum Magistratuum Primores, quorum fidei rerum publicarum cura delegata foret, eiusdem generis essent omnes. *Euseb. in Const. lib. 4. c. 51. Baron. Anno Christi 336.*

Optima institutio filiorum Cæsarum.

Vide Triũphum Virt. & Theatrũ Vindictæ Diuin. loco de Præcept.

7. Anno

7. Anno Christi 383. *Theodosius Imp.* Arcadium filium maiorem natu (qui tum agebat annum ætatis octauum) pronuntiauit Augustum. At pius Princeps parum sibi visus contulisse filio, si Romanum illi tradens Imperium, non æquè in eum transfunderet pietatē, ad Gratianum Imp. epistolam iam scripsetat, qua eum rogauit, vt egregiū pietate virum, qui filium doceret, quæreret, inuentumq; Cōstantinopolim mitteret. Scripsit ea de re Gratianus ad Damasum Romanū Pontificē, qui misit ad eū Arseniū, Ecclesiæ Romanę Diaconū, egregia probitate spectatū, ex litteris insigniter eruditū. Cui, cùm Constantinopolim peruenisset, Theodosius filios suos (Arcadiū & Honoriū) tradidit moribus ac litteris imbuendos, atq; dixit: *Posthac tu magis pater eorū, quàm ego.* Addidit: si tales se præbituri essent, vt mores vitamq; suā ad disciplinā & leges Dei cōponerent, propēsum se fore, vt ijs Imperium in manus tradat, ad ciuiū & subditorū commodū & vtilitatē accōmodatū. Sin minus, conducibilius ijs esse, vt sic priuati vitā agerent, quàm doctrina nulla, cū periculo, imperarent. *a* Cùm Theodosius aliquādo ingressus Scholas, vidisset Arseniū stantē, Arcadiūq; auditorē sedentē, indignatus est, quòd magisterij gradū parum decorè seruasset, cùm stans ipse doceret, Arcadius verò sedēs addisceret. Arsenius autē cùm se excusaret, atque diceret, haud decere sedentē se docere Imperatorē, indignatione ille cōmotus abstulit filio Imperatoris insigne, sedereq; in throno Arseniū compulit, filium verò detecto capite auditorē profiteri, illud inculcans, tunc prolē suam verè fore dignā Imperio, si cum scientia æquè imbuta fuerit pietate. *b* Anno Christi 383.

Egnatius historior. lib. de Theodosijs duobus &c. Zonaras.

a *Niceph. lib 12. c. 23. lib 14. c. 9.*

b *Metaphr. 8. Maij. Sur. 19. Iulij. Barō. Tom. 4. Annal.*

Quàm

Quàm piè sancteque *Theodosius Imp.* hos filios instituendos curauerit, argumẽto etiam sunt quæ de ipsorum Consobrino Nebridio tradit S. Hieronymus *epist.* 9. vtpote qui illis accesserit condiscipulus, ait enim: Mirum dictu est: nutritus in Palatio, & condiscipulus Augustorum, quorum mensæ ministrat orbis, & terræ ac maria seruiunt inter rerum omnium abundantiam, in primo ætatis flore tantæ verecundiæ fuit, vt virginalem pudorem vinceret, & ne leuem quidem obscuræ rumoris in se fabulam daret. Deinde Purpuratorum propinquus, socius, consobrinus, et ideo cum ambobus studijs eruditus, (quæ res etiam externorum mentes sibi conciliat,) non est intus superbia, nec cæteros homines, adducta fuite contempsit, &c.

Vide P. Ioan Bonif. de Instit. Christ pueri lib. 1. c 15. de Theodos. & 25. de Dionysio.

8. *Theodosius Iunior* vt in processu ornate regaliter gereret, ait Sozom. *lib. 9. cap. 1.* à sorore (Pulcheria) erudiebatur, à qua discebat quid vestitu, quid in sedendo, quid in ingressu decorum esset, quomodo exhibere risum, & pro re natura amabilis, tum formidabilis esse, & eos qui perirent appositè audire deberet. Haud minimum tem eum ad pietatem instituebat, assuescens, vt continenter oraret, & Ecclesias frequenter accederet, & donarijs ac cymelijs templa honoraret, & in pretio haberet Sacerdotes ac cæteros viros bonos, &c. Quantum profecerit hac educatione docet Socrates *lib. 7. c. 22.* qui inter cætera ait: Sanctius regia non dissimilis fuit Monasterio. Nam primo diluculo ille ipse cũ sororibus suis hymnos decantatos recitauit; quin etiam sacras litteras memoriter pronuntiauit. Nam cum Episcopis, perinde ac si Sacerdos iam olim designatus

Baron. Tõ. 5. Anno Christi 415. pag. 380. 381.

esset, de ijsdem differuit. Libros etiam, tum, qui sacra Dei eloquia complectebantur, tum qui ab eorundem interpretibus conscripti erãt, multo diligentius quàm Ptolemæus Philadelphus olim in vnum colligendos curauit.

9. *Marcus Aurelius Imp.* Commodum filium magna diligentia educauit, accitis vndique Rhetorum & Philosoph. clarissimis, quibus maxima congiaria pronuntiauit. *Herodianus lib. 1.* Idem epist. ad Pollionem amicum scribit: Erat Romanis lex sanctissima, & consuetudo longo vsu confirmata, ne quis ciuis, qui Romana libertate frueretur, filium, vbi decimum ætatis complesset annum, per plateas vagabundum discurrere pateretur. Mos quippe erat Romanis, vt ingenuorum filij vsq; ad secundum ætatis annum lactarentur, ad quartum molliusculè indulgenterque nutrirentur, ad sextum vsque legendi, ad octauum scribendi, ad decimum Grammaticæ initijs imbuerentur. Elapso decennio adolescentes necesse erat certum opificium discere, animumque vel ad studia litterarum, vel ad res militares, adiungere, vt ne Romæ vagarentur. In leg. quadam 12. Tabularum hæc verba extant: *Quicunque ciuis Romanus intra vel extra Vrbis pomœrium domicilium habet, filium decem annis maiorem seuerè habeto. Quòd si fortè puer, quoniam vel otiosum vagari illum pater permisit, vel nullum opificij docuit, flagitij quippiam cõmiserit, æquè patri ac filius punitor.* (Facientis culpam obtinet, qui quod potest corrigere, negligit emendare. I. C.) Nihil enim vitia magis auget popularia, quàm nimia & parentum incuria, & filiorum ferocia &c. Et: Catonis Vticensis filius, quòd puellulæ

Minut. *Vires & mentis, & corporis sine laboris exercitatione torpescunt.*

aquam petituræ vrnam fictilem fregisset; & Cin-
næ illius optimi filius, ob hoc vnum, quòd ad in-
cerpendos fructus hortum quendam intrasse
relegatus fuit: quorum neuter 15. ætatis annum
impleuerat. Et: Fieri non potest, vt malè moratus
euadat puer, si disciplina seuera probè fuit edu-
catus. Et: Pater meus à primis annis pueritiæ ni-
quam me passus est in lecto dormire, in sella ad-
dere, secum mensæ accumbere: quia ne ocu-
quidem attollere audebam vt ipsum contu-
&c. Hæc M. Aurelius. Rectè ergo Cicero ait
leg. *Tamdiu ciuitatis durauit gloria, quamdiu*
dolescentibus Romæ vagari otiosis non licuit.

10. *Carolus Magnus Imp.* maxima cura libe-
educauit. Nunquam domi sine ijs cœnauit; n-
quam iter fecit, quin filij adequitarent, fili-
hiculo extremum agmen claudente subse-
rentur. Liberalibus studijs ipsos institui i-
mares simulat per ætatem licuit; more Fra-
rum equis, armis, venationibus exercuit: fi-
nas verò etiam lanificio, colo, fusoque, ne
torperent, assuefecit. *Auent. lib. 4. AEmyl. lib.*
Caroli Magni Cancell.

11. *Edoardus Rex Anglorum* filias suas in-
tuerat, vt litteris vacarent, colum & acum
cere consuescerent, & his artibus pudicè p-
virginitatis transigerent: filios ita, vt prim-
ruditio in eos plena litterarum confluere, &
inde, quasi Philosophi, ad gubernandam R-
non rudes procederent. *Guliel. Malmesb. lib.*
gestis Angl. Ranulphus lib. 6. c. 4.

12. *Persæ* à prima statim ætate Regum su-
vitam optimè instituunt, adhibitis, præter
rarum magistros, quatuor viris optimis, quo-
pri-

primus est prudentissimus, qui Dei cultum docet: 2. iustissimus, identidem commonefaciens, vt in omni vita Rex veritatem & æquitatem custodiat: 3. temperantissimus, vetans, ne voluptatibus seruiat; sed liber viuat, vti Regem decet, omnium indecentium cupiditatum ardore restincto: 4 denique fortissimus, qui fortia & egregia clarissimorum virorum facta commemorat.

13. *Ludouicus Crassus Francorum Rex*, cùm fatalem sibi diem appetere sentiret, reuocauit filium Ludouicum Iuniorem Regem è Vasconia, coramque hortatus est, obtestatusque, vt magis piè regnaret, quàm ipse fecisset; religionem coleret, egentibus consuleret, orbis pupillisque prospiceret, paci, communique dignitati, ac saluti inseruiret; Regnum nihil aliud, quàm procurationem munusque publicum existimaret, cuius in vita administrati reddendam exactè rationem continuò post fata sciret, sedente in se immortali Iudice, sua cuique facinori parata præsenti sempiternaque mercede. *AEmyl. lib. 5.*

14. *Carolus V. Galliæ Rex*, dum valetudine perdita rebus humanis se non diu fore superstitem præsentiret, Carolum filium fidei fratrum suorũ commisit, ac sedulò obtestatus est, vt melioribus disciplinis imbui curarent pectus filij omnibus imperaturum: quod & factum bono filij & publico.

15. *Carolum V. Imp.* maximè quondã pœnituit, quòd non paruisset Præceptori Hadriano, Latinæ linguæ cognitionem commendanti. Cùm Genuã fortè aduenisset, ibique elegantissima oratione à quodam Rhetore exceptus esset, in huiusmodi *Vide signum 52.*

vocem cum gemitu erupit: *Vtinam, atque ter-*
tinam monitis Hadriani paruissem, iam non inter-
prete, nec aliàs opus haberem.

16. Cùm *Agesilaum Lacedæm. Regem* rogare
quidam, in quibus præcipuè rebus pueri instit
deberent? respondit: *Iis quibus vsuri sunt, cùm*
virilem peruenerint ætatem. Plut.

Ioan Marian. lib. 2. c. 9.
3. Reg. 20.
4. Reg. 6.
Nota hæc de Nobilibus adolescentibus in aula educandis.

17. *Benhadadus Syriæ Rex* ab obsidione Sama
pulsus est, multis suorum amissis, virtute in
num, qui Principibus Prouinciarum nati, in a
Regis Achab educati fuerant: in primo enim
mine constituti, numero 230. facto in hostes
petu, victoriam pepererunt, patriam ab extre
periculo seruitutis excidijque virtute liberâ
immortali laude digni. Facinus hoc præcla
diuinarum litterarum monumentis in o
tempus est consignatum.

18. *Gothis* in Hispania rerum potientibus
more positum erat, vt Principum liberi in
Regia educarentur.

19. *Sesostre* AEgyptio Rege nato, præclare
filio pater ex tota AEgypto omnes infantes
dem die, quo filius, natos in Regiam congreg
iussit, vt vnà educati atque instituti maiori be
uolentia constricti, in bello essent promptiores
(*Diod. lib. 1. c. 1.*)

20. *Alex. Macedo* eorum virtute beneuolentia
que septus, cum quibus fuerat educatus, de
latè hostibus, imperium Orbis terrarum fin
terminauit. *Q. Curt. lib. 8.*

Ant. Posseu. Bibl. sel lib. 4. c. 6.

21. S. Ludouicum, quia puer sanctiss. mater
hæc verba sæpe pronũtiantem audiebat: *Vtinam*
fili mi, potius morerêre, quàm capitale peccatum
committeres, tanta incessit religio, vt nec sanct

orem Gallia, nec rectiorem Orbis terrarum habuerit Regem.

22. Robertus Gaguinus *lib. 7. de gestis Francor.* testis est, in archiuis Caroli V. Regis Gallorum repertam esse chartulam præceptorum, quæ hic S. Ludouicus IX. Francorum Rex filio suo primogenito Philippo, dum Tunetum obsideret, dictauit, & scripsit, eamque ex Caroli thesauro receptam, Girardum de Monte Acuto regium scribam Carolo exhibuisse Anno Salutis 1364. Ea Præcepta hæc sunt:

Fili mi, ante omnia diligenter in eam curam incumbe, vt diligas Deum: nemo enim potest esse saluus, nisi Deum amet.

Caue, ne vnquam admittas peccatum mortiferum, sed omnia potius ferre velis genera tormentorum, quàm aliquam talem perpetrare culpam.

Cùm aduersa accidunt, feras æquo animo, & cogites te commeruisse, atque ita lucrum tibi inde accedet.

Cùm rebus prosperis frueris, humiliter agas gratias Deo, ne inde animo elatus, efficiaris deterior, vnde te oportuit fieri meliorem.

Crebrò confitearis peccata tua, deligasque tibi sapientes Confessarios, qui te possint instituere & docere, quid agere, quid vitare te oporteat: & coram illis ita te compares, vt audeant syncerè te reprehendere, & vitia tua indicare tibi.

Officium diuinum deuotè auscultes: faceſſant ibi fabulæ & nugæ, nec oculi huc atque illuc circumferantur: sed ores Deum ore, & etiam meditando corde, idq; potissimum sub Sacrificio post peractam consecrationem.

Animo sis pio & humano erga pauperes, & ea lamitosos homines, illisq; pro virib⁹ opituleris.

Si quid angat animum, id mox explices Confessario tuo, aut alicui viro bono; ita fiet, vt facilius id feras.

Da operam, vt quorũ vteris cõsuetudine & familiaritate, ij sint homines probi & integri, siue Religiosi illi sint, siue seculares, & cum illis libenter misce colloquia: porrò nequam & improborum commercia deuita.

Sermones, qui fiunt de Deo, publicè & priuatim, libenter audias: Preces quoque, & condonationes, siue Indulgentias studiosè expetas.

Amato bonum, odito malum omne.

Vbicunq; fueris, nemo ausus sit quicquã eiusmodi te præsẽte eloqui, quod alliciat ad mortiferũ peccatũ, aut alterius famæ deroget: nec vt quã tu de vllo malè loquaris obtrectandi animo. Nõ patiaris quêquã, te audiẽte, peruersè de Deo aut Sanctis eius loqui, nec id sinas impunè abire.

Crebrò gratias agas Deo pro bonis omnibus ab illo tibi collatis, vt dignus fias potioribus eius beneficijs affici & augeri.

In administranda iustitia sis rectus & seuerus &, ita vt leges præscribunt, eam exerceas erga subditos, neque ad dexteram, neque ad sinistram deflectens: pauperumque querimonias non reijcias, donec veritas innotescat.

Si quis habeat aduersum te querelam aut controuersiam, semper ab eo stes cõtra teipsum, donec rem certam comperias. Ita enim fiet, vt consiliarij tui fidentius iustam ferant sententiam.

Si quid possideas rei alienæ, etiamsi id acceperis à maiorib⁹ tuis, incũctãter restituas iusto possessori, vbi certò id tibi cõstiterit. Sin autẽ dubio

res est, cura vt viri sapientes accuratè & sine mora inquirãt: id.n. vel maximè studere debes, vt qui sũt in ditione tua, pace & iustitia fruãtur, in primis homines religiosi, & qui in Clero sũt.

Parentibus tuis debes amorem, reuerentiam, & obedientiam.

Beneficia Ecclesiastica non conferas nisi bene dignis, & qui nulla beneficia eiusmodi habeant, idõne ex consilio bonorum virorum.

Bellum, præsertim aduersus quemlibet Christianum, sine multo consilio vide ne suscipias. Si necessitas cogat suscipere, Ecclesias & insontes nullo patiaris damno affici.

Si qua existat vel tibi, vel subditis tuis contentio, vel bellum, quoad poteris, componere & sedare coneris.

Vide vt bonos habeas Prętores & Magistratus, & de illis solerter inquiras vti se gerant.

Semper sis addictus & deuotus Romanæ Ecclesiæ, & eius Pontifici haud secus, atq; spirituali patri morigerum te præbeas. Da operam, vt impensæ tuæ moderatæ sint, & rationi cõsentaneæ.

Sub finem hortor & adiuro te; fili mi, si me contigerit ante te migrare ex hac vita, vt toto regno Franciæ pro anima mea cures offerri Deo preces & Missæ Sacrificia.

Adextremũ, fili charissime, quidquid potest boni bonus & pius parens precari filio suo, id ego precor tibi. Sacrosãcta Trinitas, & Sãcti oẽs seruẽt te ab omni malo, præstetq; tibi Deus gratiam recte sẽper agẽdi, & ipsius voluntatẽ faciẽdi, ita vt ille per te honoretur, & nos possimus post hãc vitam pariter esse cum illo, eumq; contemplari, & laudare per infinita secula seculorum. Amen.

Satis fusè demonstratum est, quàm necesse [illegible] Magistratus diligenti sanctorum hominum [illegible] sua doctrina, nec non sancta vita teneras adhuc puerorum animas ita imbuere, ne suo tempore tanquam muta simulachra sine voce, sine vita, [illegible] ne motu, in amplissimis Reip. subsellijs sedeant, & aptius de fabulis AEsopicis, quàm de Tabulis & Statutis Ciuitatis disputent.

SIGNVM LX.

Eleemosynas largas dare. Vide Triũphũ Virtut.

ELEEMOSYNAS LARGAS DARE.

1. ANno Christi 382. sub Imppp. Gratiano, Valentiniano, & Theodosio aduersus validos mendicantes est promulgatum Edictum. (L. [illegible] *valid. mendic. Cod. Theod.*) Effusa namque [illegible] tas Christianorum, pauperibus bona erogan[illegible] alliciebat ad mendicandum validos etiam, [illegible] *S. Hieron. epist. 26.*

Ausonius in Gratiarum Actione pro suo Consulatu ad *Gratianum Imp.* AEgrotantes, ait, [illegible] cos Traianus visere solebat: hactenus in eo [illegible] mitas prædicãda est. Tu & visere solitus, & [illegible] deri; præbes ministros, instruis cibos, fomen[illegible] dispensas, sumptum adijcis medelarum, consu[illegible] ris affectos, reualescentibus gratularis: in [illegible] vias de vna eius humanitate progrederis? Leg[illegible] nibus vniuersis, vt in communi Marte euen[illegible] quid aduersi acciderat, vidi te circumire [illegible] ria: Satin saluę, quærere: tractare vulnera [illegible] rum, & vt salutiferæ apponerentur medelæ, [illegible] vt non cessaretur, instare. Vidi quosdam fab[illegible] tes cibos, te commendante sumpsisse: audiui [illegible]

firm[illegible]

ſermantia ad ſalutem verba profari, occurrere deſiderijs ſingulorum: huius ſarcinas mulis aulicis vehere, his ſpecialia iumenta præbere, illis miniſteria perditorum inſtaurare lixarum: aliorum egeſtatem tolerare ſumptu, horum nuditatem velare veſtitu: omnia agere indefeſsè & benignè, pietate maxima, oſtentatione nulla: omnia præbere ægris, nihil exprobrare ſanatis.

2. Coniux Theodoſij Imp. *Placillæ*, non Imperatorio Principatu, ait Theod. *lib. 5. c. 18.* ſe inſolenter extulit, ſed diuinum, quo flagrabat, deſiderium augere ſtuduit: quippe beneficij magnitudo amorem erga Dominum multo reddidit ardentiorem. Itaque ad eos ſubleuandos, qui mutilata corpora, membraque omnia labefactata haberent, nihil non diligentiæ & curæ adhibuit: atque ad eam rem non ſeruorum ſeu ſtipatorum opera vſa eſt, ſed illa ipſa hoc fungi miniſterio, adire eorum hoſpitia, & ſingulis neceſſaria ſuppeditare voluit; ſimili quoq; ratione, Eccleſiarum hoſpitia viſere, ægrotis in lecto decumbentibus curationem adhibere, tractare ollas, iuſculum guſtare, patinam illis deferre, frangere panem, offas porrigere, eluere pocula, omnia denique alia munera obire, quæ ſerui & ancillæ exequi ſolent. Atque illis, qui eam ab hoc genere miniſterij aocare ſtudebant, reſpondit: *Aurum diſtribuere decere Imperatorem, ſe autem pro imperio, ei, qui id ipſum dederat, illam operam* (manuum opus) *offerre debere.* Quinetiam percrebrò ſolebat marito dicere: *Semper te, mi vir, oportet cogitare, qui olim fueris, & qui iam ſis: iſta aſſiduò animo complectens, non te ingratum oſtendes erga patronum, ſed imperium, quod ſuſcepiſti, iuſtè & legitimè gu-*

Baron. *Anno Chriſti* 385.

Niceph. lib. 12. c. 42.

bernabis, atq; eo ritè administrãdo, eum, qui ipsum donauit, augustè sancteq; coles. Eiusmodi sermonibus semper cum viro habitis, semina virtutum eius animo mandata, præclarissimè commodissimeque rigauit. Hæc Theodor.

Tiberius II. Vide Baron. anno Christi 582.

3. Paulus Diac. *lib.* 18. *de gestis Rom.* ait: Erat in vrbe Constantinopoli Imperatorum Rom. Palatium sumptuosissimũ & maiestate atq; amplitudine Imperij dignũ. *Tiberius Constantinus* Imp. ingentẽ pecuniæ vim redimendis captiuis, exstruendis hospitijs publicis, fundandis Monasterijs, donando pupillis expenderat, nimia hac in pauperum profusione eò fermè redactus, vt sumptus pro mensæ principali deessent. Quæ quidem felix indigentia fuit: illud enim solum Principes Catholici bene collocatum debent credere, quod pro Christi gloria expẽderunt. Rectè namq; ait Nazianzenus: *Christum debitorem habere potius quàm omnia possidere, qui pro frusto panis regnum largitur.* Verùm tantum aberat, vt egestate Imp. erubesceret, vt eã potius gloriosam sibi faceret, nisi quòd insultationẽ molestè ferebat Augustæ (Sophiæ Iustini Imp. viduæ) inopia istam insultantis: animis enim molestia affectis, non tantæ acerbitati est proprius dolor, quãtæ hostis capitalis ex incõmodis suis lætitia. Ab eadẽ increpatus quòd erga pauperes & Ecclesiã liberalior esset, magno animo respondit: *Nõ deerit Deus nisi pecunia fisco nostro: thesaurizemus in cælis, & nõ deerit nobis in terris.* Quod euentus cõprobauit. Nã Deo, qui propter se ad paupertatem redactus nunquã deserit, ita volente, Tiberius quodam die per Palatiũ deambulans, vidit in pauimento domus tabulã marmoreã (lapidẽ marmoreum) ...

Philo: *Diuitiarum pulchritudo est, non in crumenis, sed in egenorum auxilio.*

Cruc...

Crucis Christi signũ insculptum erat, humi stratam. Itaq; vocato ex domesticis quodam, *dicto citius*, inquit, *saxũ hoc, in quo Redẽptoris mũdi Crux sculpta est, aufer: nã Crucem, qua frõtem nostrã & pectora, vt ab hostibus tuti simus, munimus, pedibus conculcari indignũ est.* Leuata & erecta tabula, artifices, nihil aliud sub ea latere existimantes, aliã quoq; sub ea tabulã idem signũ affabrè sculptum habentẽ inueniunt, qua amota, tertium saxũ, perinde vt priora, Crucis effigie insigne reperiunt, eoq; è profundo educto, ingentẽ ibi thesaurum defossum inuenitũt, habentẽ supra mille auri centenaria (centũ millia aureorũ, circiter millionẽ coronatorũ.) Itaque Tiberius maximas Deo gratias agens, cum fuisset hactenus liberalis, deinceps etiã liberalior fuit, seu largiores, quàm ante eleemosynas fecit. Nam thesauros illos omnes pauperibus & Monasterijs distribuit. Quare iterum eidem Imperatori maximus thesaurus Narseis Eunuchi, (qui in Italia Dux militię sub Imp. Iustiniano fuerat,) à sene quodam, qui solus eius conscius erat, patefactus fuit, Deo sic disponẽte, propter maximas eius & perpetuas in pauperes largitiones. Fuit autem auri vis & argenti tanta, vt ad ea effodienda multis opus fuerit diebus. Minimè ergo verendum, ne eleemosynas in pauperes conferendo, in paupertatem incidamus. Nã nec diues vir sceleratus, nec pauper virtute præstans quisquã nominari potest. * Rectè Cass. Acquirit Princeps nobiles thesauros famæ, neglecta vtilitate pecuniæ. Et Nazianz. Deo donare aliquid, est accipere.

4. *Cosmus Medices*, qui fuit Magnorũ Ducũ Hetruriæ primus, multa expẽdebat, vt opẽ afferret egentibus.

* *Paul. Diac. hist. Longob. lib. 3. c. 6. Greg. Tur. hist. Franc. lib. 5 c. 9.*

tibus. Cuidam igitur ex familiaribus, eum ni[illegible] liberalem appellanti, respondit: *Se in libro in[illegible]rum cum Deo rationum dati & accepti nunqu[illegible] potuisse eò peruenire, vt quæ deberet Deo solue[illegible] nam quò plura dabat, eò plura recipiebat, semper inueniebat se debitorem, Deum verò creditor[illegible]* Magnifica planè oratio & summo Principe d[illegible]na, quam videbatur ex S. Nazianz. didicisse, Orat. de amore pauperum: *Nunquam*, inquit, [illegible] *liberalitatem & beneficentiam vinces, quam[illegible] mnium tuarum facultatum iacturam feceris, [illegible]uis te etiam facultatibus adieceris.*

Manus pauperum est Christi gazophylaciũ.

5. *Ludouicus* sanctiss. *Rex Galliæ*, cùm esset [illegible] de pauperum amicus, volebat inter prandendum eorum aliquos sibi præsentes semper adesse, [illegible]bus de regia mensa cibos subministrabat: [illegible] quòd imaginaretur, Christum se habere co[illegible]uam. Solebat etiam sæpe, dum famuli prande[illegible] ipse suis manibus pecunias exspectantibus [illegible]stribuere pauperibus, & illos esse dictitabat [illegible] milites, qui regnum defenderent, & se id[illegible] illis stipendia soluere.

Vide Speculum Clericorum & Theat. hist. 5. Pæd. c. 7.

6. *Cimon* Atheniensis amoueri ex agris [illegible]pta atque vacerras iussit, quò poma fruges[illegible] qui egerent, ciuibus & peregrinis legere [illegible]rior facultas esset. *Plut.* Vtinam omnes d[illegible] Magistratus cogitarent, 1. eleemosynas larg[illegible]do nunquam minui opes: hinc enim S. Cle[illegible] comparat eleemosynam scaturienti puteo, [illegible] etsi haurias multum, denuo scaturientibus & [illegible]centibus aquis repletur; & vberibus, quæ si [illegible]geantur, rursum nouo lacte abundant. Ra[illegible] similem esse ait frumento in terram prote[illegible] quod cum fœnore redditur. 2. Eleemosynam [illegible]

In diu. Hom. 1.

here claues cæli: ideo enim Salomon fecit ostia sancti sanctorum ex lignis oliuæ, quæ misericordiæ Symbolum est, & Christus in cælum ascensurus, montem subijt Oliueti. 3. eum, qui dat pauperi pecunias, Deo fenerari. 4. vectigal hoc, à Christo impositum, ex charitate animoque prompto esse soluendum. Posset Deus vim terræ tribuere ad fruges semper copiosas progignendas, sed voluit diuina prouidentia, vt essent, qui tributum hoc colligendo, paupertatis molestias patienter tolerarent, & diuites eos subleuando charitatem exercerent. *Mendici Dei sumus*, ait S. Augustinus, *vt agnoscat ille mendicos suos, agnoscamus nos & nostros.* Prou. 19. *Serm. 5. de Verb. Dom. in c. 7. Eccl.*

SIGNVM LXI.

Eloquentem esse.

IA, QVAE AD VTILITATEM PVblicam faciunt, inuenire, & conuenienti oratione explicare, seu eloquentia valere.

1. PEriclem, qui Remp. Athenienſ. 40. annis gubernauit, concionantem tonare, & fulminare, atque adeò vehemens in lingua fulmen gerere dicebant. Idem liberis Athenarum ceruicibus iugum seruitutis eloquentia sua imposuit, imò Athen. Remp. suo arbitrio egit ac versauit. (*Cic. in Bruto. Plut. in Pericle.*)

2. M. *Cato Censorius*, antequam Reip. se daret, orationem, sicut alterum corpus & organum, non honestum modò, verùm etiam necessarium viro, qui non in obscuro sit, neque in otio victurus, continuo patrocinio eorum, qui operam suâ requi-

requirebant, in finitimis vicis & oppidulis ... ſtruxit & aptauit. Ac primùm acris habitor ... cauſſarum actor, deinde Oratorinſignis, in ... multi eum Demoſthenem togatum appellā... Oratio moribus eius conueniens, lepida ſimul ... grauis erat, iucunda & fulminans, facetā ... ſtera, ſententioſa & acris. Pro ſeipſo quad... gies ſexies reus cauſſam dixit, eſtque iem... abſolutus. Valuit enim plus eloquentia, ... humanis rebus dominatur, & innocentia, ... omnes inimicorum inſidiæ. *Plut. & Sabel. ...* *cap. 6.*

3. *Philippus Rex Macedon.* non minores re... tione, quàm prælio confecit, & magis ſibi ... bat, ſi quam verbis adeptus eſſet victoriam, ... ſi quos armis in ſuam poteſtatem redegiſſet. ... rum enim partem ſibi vendicare milites ... mabat; at illa ad ſuam vnius laudem perti... *Polyæn. lib. 4.*

4. Princeps Romanæ eloquentiæ & C... Romanus *Cicero* proſcriptorum liberis pe... ſit, vt fortunis & honoribus carere, quam ... uum bellum inteſtinum excitare mallent. ... lo Trib. pleb. Agrariam legem promulgan... agris populo in capita diuidendis, popu... quamuis famelicum & eſurientem, eloqu... ſua eò compulit, vt legem repudiaret, ... alimenta ſua abdicaret. Idem oratione ... Catilinam ciuem facinoroſiſſimum Vrbe ... Cùm interfecto Cęſare maxima eſſet in Vrbe ... ta ſeditio, eam ipſe & authoritate & ora... ſua ſedauit. Contra Catilinæ gregales con... bauit Platonis vaticinium: *Malis ciuitatem ... catum iri, vbi magna potētia & ſapientia ...*

Vide ſignum 51.

secunda fortuna cum iustitia. Plut. Ingenium ipsius multo felicius fortunatiusque futurum fuisset, si in meliora tempora incidisset. Labefactari enim iam tum cœperat status Reip. cùm Syllanis armis non solùm Italiæ oppida, sed etiam viæ ac tecta Vrbis ciuili sanguine redundauerant: cùm eodem impetu & concussa iacebat legum Senatusque autoritas, & vnà cum luminibus ciuitatis extinctis vox altera eloquentiæ illorum temporum oppressa conticuerat. Quo quidem in tempore cùm iste adolescens primùm accessisset ad Remp. specimenque ingenij ac libertatis eiusmodi dedisset, vt facile appareret, quantus postea ciuis esset futurus, nunquam ex illo tempore vsq; ad extremum spiritum destitit vel labenti adesse patriæ, vel priuatis ciuium amicorumq; temporibus succurrere. Itaq; propulsabat damna & pericula ab innocentũ capitibus, bonos ac fortes viros in ciuitate retinebat, popularibus resistebat, autoritatẽ Senatus tuebatur, occulta cõsilia præuidebat, imminentibus periculis longè ante occurrebat. Huius domus erat tanquam arx quædam oppressorum ciuium, asylum miserorum, perfugium exterarum gentium, cuius patrocinium implorabant populi ac Reges Orbis terrarum, ciues domi amplectebantur, Senatus cum ipsa Rep. tantis rerum momentis experiebatur periculosissimis temporibus, vt semel illius virtuti salutem communem, sæpe aliàs rerum prosperitatem tribuerit.

5. Veniebant ferrei milites à Mario & Cinna ad occidendum dulcem illum Oratorem *Antonium*: at feros & crudeles carnifices ita eloquentiæ viribus leniuit, vt arma deijcerent,

Vide vol. 1. Orat. Cic. Analysi Freigij illustratum.

rent, lacrymas profunderent. Sic eloquēs potius vi vocis, quàm Martis feritatem morum lenit.

Maxima certè dos est ductorum populi eloquentia, cùm contentionis ac discordiæ capitaucie ingenij, non gladij valeant abscindere. Vt enim eloquentia ducis in bello est caussa, quò minus in castris ardeat contentio: ita eloquentia ductoris populi est caussa, quò minus in vrbe sit seditio. Hinc Cæsar, Themistocles, & Xenophon fulmina belli & eloquentiæ, turbam militum. Cicero verò, & Demosthenes, eloquentiæ fulmina & fluenta, populi furorem mellitissimis linguis mitigârunt. Maior est vis in voce eloquentis, quàm in manu pugnantis. Præterea peritus Medicus morbos & vulnera periculosa putredine; ita eloquens populi moderator mores & vlcera ciuitatis à seditione seruat.

M. Iun. in Pol. quæst.

Non desiderari in Magistratu eloquentiam probare quidem videntur hæ rationes. 1. *ab inutili & superuacaneo.* Mores dicentis persuadere solent, non oratio. 2. *à damno.* Oratio, quò magis est ad ornatum & ostentationem composita, eius veritate abesse longius putatur. (*Plato in Eutycho. 3. ab exemplis eorum, qui eloquentia sua Reipublicæ nocuerunt.* Plura detrimēta publicis rebus, quibus adiumenta importare eloquentia consueuit, erupit pœnis scelestos, damnat bonos, in petiua consilia ducit, non seditiones modò turbasque populares, sed bella etiam inexpiabilia excitat. (*Arist. 1. Rhet. c. 1. Cic. 1. de Inuent. 1. de Orat. Quint. lib. 2. c. 17.*) Apud Rom. Tribuni plebis hominum seditiosi ac turbulenti plerunque eloquentia valuerunt. (*Cic. 1. de Inu. & in Bruto.*) 4. *à iudicio eorum, qui eloquentes ipsam eloquentiam odio prosequuntur.*

fecuti ſunt. Eiectus è Rep. Spartana fuit *Cteſiphõ*, qui ſe profitebatur quauis de re diem totum dicere poſſe. (*Plut.*) Athenis Oratores ἄνευ προοιμίου καὶ παδῶν dicere iubebantur. (*Ariſt. 1. Rhet. c. 2.*) Romæ olim Rhetores Vrbe eiecti fuerunt.

Quòd autem è contrario Eloquentia maximè in Magiſtratu deſideretur, ſequentia oſtendunt argumenta. 1. *à conditione Magiſtratus ab alijs hominibus diuerſa.* Qui nauim gubernant, munus remigum regendorum alijs committere poſſunt; & ſuos habent famulos opifices, qui etiam abſentibus magiſtris opus ſuum peragunt, & perficiunt. Diuerſa Magiſtratuum eſt ratio, qui opus habent duobus, νῶ κυβερνῶντι, καὶ λόγῳ ἐγκελευομένῳ: mente gubernatrice, in ſeipſis; & oratione, iubente ac mandante alijs quid faciendũ, aut omittendum ſit. (*Plut. de ger. Rep.*) 2. *à conditione populi, qui Magiſtratui tractandus.* Magiſtratus tractat populum admodum inſolentem, delicatum, contumacem, non obediẽtem in omnibus: ideoque neceſſe habet verbis & oratione multa, quæ impedimento ſunt, velut nodos quoſdam in ligno, aut abſceſſus in ferro mollire ac læuigare. (*ibid.*) 3. *ab incommodis diuerſæ populi tractationis.* Non melius tractari populus & in officio contineri, quàm eloquentia poteſt. Neq; enim niſi auribus hic ducitur, hoc eſt, diſerta oratione auribus percepta: & qui eum non auribus, ſed ventre, id eſt, epulis & conuiuijs, vel marſupio, largitionibus, & donis, pertrahere cupiunt, hallucinantur. Eſt enim ratio iſta ἄλογος primò & ἄτεχνος, caret arte ac elegantia,

Prou. *Entius quidem non tenetur auribus, ſed populus.*

gantia, etiam rustici atque agrestes homines vi
hac possunt. Deinde nihil tales ab ijs differunt
qui bestias tractant, quòd bestiæ quoque cicu-
rantur ac mansuetæ fiunt omnis generis cibarijs.
(*Plut. de ger. Rep.*)

4. *à vi & efficacia eloquentiæ*, & 5. *ab Exemplis*.
Veritatem enim ac iustitiam eloquentia defen-
dit; leges, iudicia, iura describit; hominum cu-
tus tenet, mentes allicit; voluntates quò vult
impellit; languentem populum incitat, effrena-
tum regit ac moderatur; seditiones aut anteue-
tit, aut sedat ac tollit. Testes sunt: *Theseus*, qui
agris Atheniensium populum eloquentia com-
pulit: (*Pausanias in Atticis.*) *Solon*, qui ad bellum
suscipiendum, & repetendam Salaminem Athe-
nienses oratione animauit: (*Plut.*) *Cyneas*, qui
multas ciuitates in Pyrrhi voluntatem pellent
vnde Pyrrhus Rex dicebat: Plus sibi vrbium a-
lius lingua, quàm armis suis partum esse: *Vlpia-
nus I. C.* qui solo linguæ & purpuræ præsidio in-
pe à militum ira Alex. Seuerum Imp. strenue de-
fendit: *Lamprid. Themistocles*, qui Atheniensium
persuasit, vt annuos reditus argenti fodinarum
qui viritim quotannis inter populum distribu-
bantur, ad ædificandam classem transferrent.
(*Plut.*) *Demosthenes*, quo loquente pacem & bel-
la Atheniensis populus suscepit, suscepta depo-
suit, fœdera cum Regibus iunxit, iuncta quoque
dissoluit: (*Idem.*) *Epaminondas* Thebanus, qui
cùm in Græciæ concilio de Lacedæmoniorum
tyrannide ac libidine dominandi multa dixisset,
vsque adeò Græcorum animos commouit, vt
Lacedæmonijs deficerent, & Leuctricæ calamita-
tatis otiosos spectatores sese exhiberét, ita pro-
lingua

lingua, quàm armis vicit Lacedæmonios. (*Probus.*)

6. *Ab vsu singulari eloquentiæ in seditionibus.* Quantum enim in ijs sedandis profit, ostendit Virgilius 1. AEneid. his versibus:

Ac veluti magno in populo cùm sæpe coorta est
Seditio, sæuitq; animis ignobile vulgus,
Iamq; faces, & saxa volant: furor arma ministrat:
Tũ, pietate grauẽ, ac meritis si fortè virum quẽ
Conspexère, silent, arrectisq; auribus astant:
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

1. Brevis oratio *P. Valerij* armatam plebẽ Rom. quæ, Regibus exactis, nimia libertate secesserat à Patribus, in pristinam modestiam reduxit: Populum, ait Val. *lib* 8. *c.* 9. noua & insolita libertate temerè gaudentẽ, oratione ad meliora & saniora consilia reuocatum Senatui subiecit, id est, vrbem vrbi iunxit. Verbis ergo facundis ira, consternatio, & arma cesserunt.

2. *Menenius Agrippa* cùm populus à Patribus secessisset, nec reuocari posset, etiam solus eum oratione sua flexit. (*Liu. lib. 2. Dionys. lib. 6. Plut. in Coriol. Appian. lib. 1. Plin. de Vir. illust. c.* 18.)

3. *Furius Camillus* populum Rom. migrare Veios volentem retinuit; atq; ita & oppidum ciuibus, & ciues oppido reddidit, oratione egregia, quæ extat *apud Liu. lib.* 5. *Plin. c.* 23.

4. *Pompilius Lænas* Consul plebis contra Patres seditionem concitatam, cùm authoritate, tum oratione sua sedauit. (*Cic. in Bruto.*)

5. P. *Scipio* militum seditionem ex diuturno partim otio, partim stipendijs non solutis ortam (o) posuit. (*Liu. lib. 28. Polyb. lib.* 11. *Alex. lib. 2.*)

Cauendum tamen Magistratui. 1. Ne iuuenilis sit & luxurians oratio. 2. ad Theatrum, hoc est, pompam ac ostentationem quandam conformata. Seneca epist. 115. Oratio fucata ostendit Oratorem non esse sincerum. 3. lucernam redolens, nimiumque diligens ac solicita & exquisita. 4. ad laudem captandam accommodata. Contra dandi opera, vt in oratione appareant mores non fictæ, sed aperti ac ingenui; animi magnitudo; & vera non simulata ac stulta dicendi libertas, veriæ prudens, & ex animo paterno profecta, non inimico ac hostili; sapientia & prouidentia, sed non temeraria atque inanis, verùm solicita de ciuium ac subditorum salute & fortunis; gratia atque persuasio idonea, sed in proposito bono ac honesto; sententiæ ac verba cum grauitate conuincta; nihil absurdum, ridiculum, ineptum, impium, alienum, continentia, &c. (*Plut. de ger. Rep.*)

Declinanda etiam prolixitas in dicendis sententijs, & studendum breuitati est. Nam prolixitas in dicendis sententijs habet ostentationem ingenij, eloquentiæ, & memoriæ; est molesta auditoribus, maximè ijs, qui curis varijs distracti, seu distracti, distentiq; tenentur. (*ibid.*) Hæc gaudent, seipsos loquendo, alios audiendo fatigant, raroque solidi quid adferunt. Quemadmodum enim vasa vacua plurimum sonant, ita quo minus docti ac sapientes sunt, plurimum verborum profundunt, & *verba* multiplicant. (*Ecclesiastes* 10. v. 14.) Contra vt gemmę, sculpturæ, pinetæ, non magnitudine, sed vel arte, vel pondere æstimantur; ita orationes non paginarum & versuum multitudine, verùm sententiarum bonitate & grauitate rerum ponderantur. (*Plut.*

ibid.) Ita tamen breuitati ſtudendum, ne inde obſcuritas aliqua oriatur, omittantur neceſſaria.

Hæc obſeruata ſi fuerint, eloquentia plurimũ cùm emolumenti, tum ornamenti adferet Magiſtratui, nec obſtabunt obiecta. Nam vt mores dicentis perſuadent, ita hanc ſimul ad rem neceſſaria eſt oratio, nec Orator, niſi vir bonus extiterit, hoc tam auguſto dignus eſt nomine ac titulo. Nec ad oſtentationem compoſita, & à veritate recedens probatur oratio. Contra abuſum eloquentiæ adhibendum eſt illud Ariſtotelis: *Commune eſt omnibus bonorum generibus, & maximè præſtantibus, ſola virtute excepta, vt ijs plurimi abutantur.* Et vſurpandum quod Quintil. *lib. 2. c. 17.* adfert: *Hoc modo nec Duces, nec Magiſtratus eſſe viles poſſe, ſi abuſus vſum tolleret.* Lingua ſimilis eſt clauo nauis, qui etſi minima ſit pars nauis, eam tamen mergere poteſt.

SIGNVM LXII.

EXEMPLA SEV FACTA PRAECLARA bonorum imitari, & ſuo viuo exemplo alios ad virtutis amorem inflammare, ſeu per virtutem ciuibus ſuis exemplum fieri.

Exemplo virtutum aliis prælucere.

1. SVet. 1. *de Cæſarib. c. 7.* refert *Iulium Cæſarem*, Quæſtorem in vlteriore Hiſpania, cùm Gades, quæ vrbs hodie Calis malis dicitur, veniſſet, animaduerſa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine, grauem ex imo pectore duxiſſe gemitum, & interrogatum gemitus cauſſam, reſpondiſſe: *Orem indignam, trigeſimo ætatis an-*

Vide signũ 64. & 76.

no, quem ego nunc ago, Alexander totum O- bem subegerat terrarum, & Babylone sese in- tium collocârat; ego verò nihil etiamnum egi me- morabile, quo viuus gloriam, mortuus famam re- linquam.

2. *Agesilaum Regem*, cùm quis interrogaret cur per acrem hyemem solo pallio tectus ebri- bularet absque tunica, homo tam proiectæ au- tis? *Vt*, inquit, *iuuenes hanc vitæ rationem imi- tur, cùm exemplum habeant, & extremæ senec- tis hominem, & Principem.* Sapienter admone- senibus ita viuendum esse, vt adolescentibus hibeant rectè viuendi formam: & vulgus mi- imitari libentius, quàm quod à viris princi- bus conspexerint factitari. *Plut.* Sic Cyrus, qu Xenophontem, moriens extremæ iam seneb- tis, negabat se vnquam sensisse senectutem ctam imbecilliorem, quàm fuisset adolescen- Maxima enim pars incommodorum, ob q vulgo malè audit senectus, ab intemperantia tæ proficiscitur. *Brus. lib. 6. c. 7.*

3. Dio, *lib. 2. de Audacia*, morem dicit fuis clarissimo viro *Druso Germanico*, vt omnium rorum Illustrium, qui in Italia sepulti erant, numenta viseret, idque eum fecisse, quoties cendus in expeditionem exercitus foret, &, id faceret, interrogatum respondisse, ideo se- numenta visitare Scipionum, aliorumque roum iam defunctorum, ad quorum, cùm in uis erant, conspectum tota contremiscebat ra, vt prosperam illorum fortunam con- rans, fortitudinem audaciamque compa- ret.

Vide de Conuiuijs, exemplum Theodosij.

4. *Marcus Aurelius Imp.* ad vxorem scripsit: Fe-

rum prodest lingua virtutes buccinare, si ad opera manus ignaua sit. Neque enim iustus dicitur, qui bonus esse cupit; sed qui ad virtutem summo studio & labore contendit. Et: Tantum temporis vitæ honestati impendamus, vt ne proferendo quidem verbo improbo spacium supersit.

5. *Antoninus Pius Imp.* cùm dilabentes ad Christianæ Religionis cultum sentiret gentiles, quò reliquos suo exemplo in officio contineret, dijs assiduè sacrificabat, nec vllum sacrificium per vicarium fecit, nisi cùm æger fuit. (*Iul. Cap.*) Præclarum est illud vsurpari à Principe: *Non dicta mea modò milites, sed & facta sequi debetis; nec disciplinam modò, sed exemplum quoque à me petere.* (*Liu. lib. 7.*) Longum certè iter est per verba, breue & efficax per exempla.

6. *Franciscus* I. Gallorum Rex; vt primùm litteras, à quibus sui Maiores semper abhorruerant, amare cœpit, statim secuta nobilitas est, deinde reliqui ordines tanto studio bonas artes conquisierunt, vt nusquam litteratorum exiterit copia maior. *Bodin. Methodi hist. cap. 6.*

7. *Carolus V.* dicebat: Sicut pleraque solis Eclipses magnæ rerum mutationes & seditiones sequuntur: ita è Principum vitijs etiam non maximis multa & maxima incommoda ad subditos redundant.

8. Cùm Græci dicunt à capite primùm computrescere piscem, indicant principem virum,

si turpitudini sese dedat, mox dare labem in plu-
res. Hinc cùm *Fridericus Traiectensis Episcopus*
inter epulas à *Ludouico Pio Imp*, admoneretur, vt
absque vllo personarum respectu ius diceret:
Rectè mones, inquit, *sed & illud à te scire cupio, ut-
trum piscem hic appositum à capite, an à caudam*
aggredi deceat? Cùm Imp. à capite, tanquam pre-
stantiore parte, inchoandum respondisset, subin-
tulit ille: *Ergo & tu Imp. renuntia prius incesto*
coniugio, quod contraxisti.

Vide Barō. Tom. 9.

Decet Magistratum subditis, vt authoritate,
ita & virtute prælucere. Hoc enim Moyses exi-
git ab ijs, qui secum gubernando populo præesse
debebant: *Date*, inquit, *viros, quorum conuersatio*
sit probata. Deut. 1. v 13. S. Basil. *Orat. 20. de Prin-*
cipatu ait: Necesse est huismodi viris mandare
Magistratus, ac aliorum constituere Duces, qui
cæteros omnes prudentia, constantia, ac vitæ sin-
ctimonia longè anteeant, vt virtutes, quibus præ-
ditis sunt, communes fiant eorum omnium, qui
eos imitantur. Nam ad mores eorum, qui
gubernacula tenent, componere se totos ij, qui
parent, solent: ita vt quales duces fuerint, tales
etiam necesse sit eos esse omnes, qui sequuntur,
& quales fuerint in Rep. Principes, tales, vt plu-
rimum, existere solent reliqui ciues. Item quem-
admodum si plures pictores vnius faciei formam
effingant, omnes imagines similitudinem quan-
dam inter se habebunt, eò quòd ad exemplar vn-
nius pictæ sint: sic etiam multi mores, si ad vnius
imitationem respexerint, in omnibus æquè bo-
nus vitæ character elucescet. Et *in c. 3. Esaiæ*: Qui
miserabili iugo voluptatum premitur, ac seruit
varijs ac multiplicibus concupiscentijs, seruit

Cic. 1. de Offic.

rùm sit peccati, inidoneus est, nec accommodus obeundo Principatui.

Magistratuum corrupti mores totam ciuitatem inficiũt, ergo necesse est, vt virtute alijs præluceant. Nec possunt alios iustè reprehendere, & coërcere, cùm audiant illud Catonis:

Turpe est doctori, cùm culpa redarguit ipsum

Vt parum prodest in planta facultas producendi fructum, si desit fructus: ita in Magistratu parui æstimatur gubernandi Remp. potentia, si desit virtus. Vtinam animaduerterent, se sine virtute nihil aliud esse, quàm errantes stellas sine luce, florentes plantas sine fructu. Decet ipsum non se bonum præstare duntaxat, (ait Xenoph. 1. Cyr.) verùm etiam pro subditis diligentiam adhibere, vt quàm optimi fiant. Ἄρχοντα δεῖ μὴ αὐτὸν μόνον ἀγαθὸν εἶναι· ἀλλὰ καὶ τῶν ἀρχομένων ἐπιμελεῖσθαι, ὅπως ὡς βέλτιστοι ἔσονται. Hoc autem assequetur exemplo suo. Nam populus eum, tanquam in excelsa positum, inq; clarissima luce versantem, curiosè intuetur, obseruatque, adeò vt mille Argos habeat, & dictorum factorumque suorum obseruatores atq; præcones. Notum est illud Claudiani de 4. Honorij Augusti Consulatu:

Aristot. 5. Pol. c. 9. Vide signum 28.

Vide de virtute.

Componitur Orbis.
Regis ad exemplum; nec sic instectere sensus
Humanos Edicta valent, quàm vita Regentis.
Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.

Nam vulgus (ait Cic. *epist. ad Sulpit. lib. 4. epist.*

3.) quod exemplo fit, id etiam iure fieri arbitratur. Quintil. ait *Declam.* 4. Hæc est conditio Principum, vt quidquid faciant, præcipere videantur. Et Plin. *in Paneg. Traian.* Vita Principis censura est, eaque perpetua, ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur, nec tam imperio nobis opus est, quàm exemplo. Theodos. Rex ait, (*apud Cassiod. c. 3. var. epist. 12.*) Facilius est errare naturam, quàm dissimilem fui possit Princeps formam Remp. Hinc Plin. sic affatur Traianum: (*in Paneg.*) cùm ipse sis optimus, omnes circa te similes tui effecisti.

Plin. Blandissimè iubetur, exemplo.

Cùm *Mardocheus* mortem, sibi, ac omnibus Iudæis propositam, multis cum lacrymis deprecaretur, eius exemplo Iudæi, quotquot [illegible] regno erant diffusi, vlulatu cōplerunt omnia.

** Esth. 4.*

Saulem, contra scitum Dei, Regi Agag, & [illegible] lioribus ouibus, atque pinguioribus armenis parcentem populus secutus est: (1. *Reg.* 15.) [illegible] pietatem *Manassis* maxima pars populi Iudæi imitatur. (4. *Reg.* 21. 2. *Par.* 33.) *Rex Ioab* (*ait Ioseph. lib.* 9. *Antiq. c.* 8.) à pristina religionis [illegible] facile desciuit, moxque & Principes populi [illegible] similem in modum deprauati sunt, adeò vt [illegible] antiquius haberent, quàm iuris & iustitiæ [illegible] temptum. Vt & Lactant. *lib.* 4. *Instit.* de [illegible] queritur: *Quoniam mores ac vitia Regis [illegible] genus obsequij iudicatur; abiecerunt omnes [illegible] tatem, ne exprobrare scelus Regi viderentur, [illegible] viuerent*, &c.

Vide de Peccati fuga.

Quare si Magistratus dissolutum habeat populum, de se conqueratur: aut enim à sua negligentia, aut à se necessariò vitia innascantur [illegible] portet. Nam, teste Damasceno *de S. Barlaam*

13. Huiusmodi Principatus atque Imperij natura est, vt semper subditi ad eos, qui rerum potiuntur, sese componant, eaque amare ac consectari solent, quibus Principem delectari sentiunt. *Alphonsus Arag. Rex* dicebat, eos, qui alijs præsunt, tanto priuatis hominibus meliores esse oportere, quanto honoribus & dignitate antecellerent. (*Panor. lib. 6. de gestis Alphonsi.*) Sentiens tum demum subditorum mores rectè formari posse, si hi, quibus Reip. gubernatio commissa est, vitæ inculpatæ exemplo præcedant, & viuum sint exemplar omnis virtutis. Idem dicebat: veluti herbæ quædam ad solis motum, ita populares semper vertuntur atque conformantur ad Principum mores. Rectè ergo Egesippus 2. *de Excidio Hieros. cap.* 5. ait: Sicut boni Principis vita probitatis quædam præscriptio, & per vniuersos viuendi forma est; ita Imperatoris colluuio lex flagitiorum est.

Imp. Basilius ait ad filium: Qua fronte eos, qui tuæ dominationi subiecti sunt, ad pudicitiam, cæteraſque virtutes seruandas cohortaberis, si eas ipse non seruaueris? Nam quæ facientem te viderint, eadem quoq; permitti sibi facere interpretabuntur: solent enim ad exemplum Principis mutari subiecti.

Est Magistratuũ vita instar speculi, quod quotidie subditi intuendo, sese ad instituta atque mores ipsorum conformant, siue ij probi sint, siue mali. Et vt solis defectio magnorum motuum plerumque argumentum trahit: ita Regum errores, etiam mediocres, magnam rebus humanis perturbationem adferre solent, dictitabat, vt supradixi, Carolus V. S. Ambr. ait: 2. *de Offic. c.* 12.

Qui

Qui consilium dare volet, alienam à vitijs cuh
dire debet prudentiam, quia nihil inquinat
incurrit in illam. Quis in cœno fontem requir
quis de turbida aqua potum petat? quis vult
iudicet causſæ alienæ, quem videt inutilem vi
ſuæ? quomodo potes eum iudicare consilio
periorem, quem videas mo ibus inferiorem
Auguſtus Cæſar, Orat. in Anton. *apud Dion.* lib.
fieri non poteſt, vt qui probroſam & volup
riam vitam traducit, viro aliquid dignum
conſulat, vel agat. Et *Sophocles* in Oedipo
bam in mentem Bona conſilia non cadunt. Ho
nes in primis ad alta iſta flectunt oculos, d
empla ſibi ſuis inde moribus ſumunt. *Salu*
Qui magno imperio præditi, in excelſo ætat
agunt, eorum facta cuncti mortales noscere
maxima fortuna minima licentia eſt. Quare
regulam maximè rectam eſſe oportet, ad qu
cætera diriguntur, ſic Magiſtratum. Et, vt in
poribus grauiſſimus eſt morbus, qui à capite
funditur: ſic qui ab illo. *Alexander Magnus*
uice leuiter incurua & panda fuit, quod certa
proceres & aulici imitati, quaſi ipſum ſic
gentes. Luxus in conuiuijs, veſte, ſupellectile
milia ad Veſpaſiani tempora nimis Romæ
luit, nec vel legibus potuit coërceri: at ſtatim
lo Principe, ſponte exoleuit, cauſſa in Tac
Annal. Præcipuus adſtricti moris auctor Vi
ſianus fuit, antiquo ipſe cultu victuque:
quium inde in Principem, & æmulandi am
lidiora quàm pœna ex legibus & metus.

Mali Magiſtratus lapidem ponunt, in quo
lij impingant, ipſimet ſic effecti *lapis offenſio*
petra ſcandali. (1. Pet. 2.) S. Gregorius autem

in Pastor. Qui in conspectu populi malè viuit, quantum in illo est, eum, à quo attenditur, occidit; quanto igitur grauius, si is etiam imitetur? Caueat igitur Magistratus, ac audiat prouerbiũ illud antiquiss. & grauiss. ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι ὕδρωψ: alijs Medicus, cùm ipse vlceribus scateas, aut illud: ἰχθὺς ἐκ τῆς κεφαλῆς ὄζειν ἄρχεται: piscis à capite fœtere incipit, hoc est, contagione Magistratus reliquum vulgus inficitur.

SIGNVM LXIII.

EXPERIENTIA MVLTARVM rerum ornatum esse.

Experientia rerum instructã esse.

1. Demades, optimè in Rep. versatus, cùm aliquando interrogaretur, quem in sapientia quærenda præceptorem habuisset? *Tribunal*, respondit, *athenienſium*: existimabat enim in foro, & in rebus agendis experientiam quauis institutione Philosophica potiorem esse. Certè qui sua decoxerunt, re quidem opitulari non possunt; attamen consilio iuuant alios, ne profusiores sint quàm oportet; & qui diu cum tenaci morbo colluctati sunt, optimè commonstrant alijs, quomodo vel vitari malum vel sanari queat: & qui fregerunt nauim, soluentibus ostendunt vitanda pericula.

2. *Tyrtæus Harmonæus* interrogatus, quidnam in ciuili vita præ cæteris esset sapientius? respondit, experientia: acies enim ingenij eruditione quidẽ acuitur & expolitur; at vis agendi multis experimentis rerumque tractatione. *Stob. ex Plut.*

Hinc

Hinc Philopœmenes dicebat: Doctrinam debe
ad facta tendere, non otij aut inutilis loquacit
tis cauſſa vſurpari. *Plut.*

3. Cùm *Paulus AEmilius* per loca prærupta
rupiſſet in Macedoniam, & vidiſſet inſtructa
hoſtium aciem, exhortante Naſica, vt proce
inuaderet hoſtem: *Facerem*, inquit, *ſi tua ea
ætatis, verùm multarum experientia rerum
hibet, ne ex itinere ſtatim cum inſtructa acie
grediar.* Idem.

4. *Antigonus* interrogatus, quem è ſuæ ætat
Ducibus præſtantiſſimum iudicaret? Pyrrhu
reſpondit, ſi ſeneſceret. Optimum fore pronu
tiauit, ſi rerum experientiam ætas adiunge
Neque enim magni momenti eſt eruditio, ſi
ſus experientiæque adminiculo.

5. *Dux Albanus* ſcientiam aiebat nudam ra
lectione paratam ſimilem eſſe lacu compl
quæ verò rerum vſu adipiſcitur aquis pur
limpidis. Quorum enim mentes varijs rer
euentibus illuſtratæ ſunt, perſpicaciores i
ijs, quorum vita quietis & vmbratilibus ſtu
traducta fuit. Hinc qui cæteris eruditione
ſapientia præſtant, apertè fatentur, ſe
prudentiæ & ſolertiæ fiduciam non tam
multis, quod aiunt, magiſtris, quàm
viuis, id eſt, rerum experien-
tia accepiſſe.

(:)

SIGNVM LXIV.

FAMAM ET EXISTIMATIONEM BONAM venari, ac tueri, tanquam adiumentum ad res prosperè agendas & prosequendas.

Famam bonã venari.

1. *Tiberius Cæsar* apud Tac. 4. *Annal.* vult vnum insatiabiliter esse parandum Principi, prosperam sui memoriam: nam contemptu famæ contemni virtutes. Ibidem asserit, Principi præcipua rerum ad famam esse dirigenda. Nam (vt ait Plinius, *Paneg.*) ea non imaginibus, & statuis; sed virtute, & meritis prorogatur: & (vt ait Iul. Scal. epist. ad Silu.) misera est foris fama, nisi sit præsidium domi.

Vide Signa 62. & 76.

2. *Iul. Cæsar* animaduersa in Gadibus (oppido Hispaniæ, in quam gubernandi caussa missus erat) Magni Alexandri imagine, ingemuit, & quasi pertæsus ignauiam suam, quòd nihil dum à se memorabile actum esset in ætate, qua iam Alexander Orbem terrarum subegisset, missionem continuò efflagitauit ad captandas quamprimùm in Vrbe maiorum rerum occasiones. *Suetonius cap. 7.*

Alexander obiit anno ætatis 33.

3. *Themistocles* virtutum stimulis agitatus inquietas noctes & insomnes exigere solebat, quærentibusque, quid noctu in publico versaretur? respondit; quia me trophæa Miltiadis de somno excitant. *Val. lib. 8. Plut.*

4. *Cicero* longa epistola à Lucceio ciue Romano (*lib. 5. ad fam. epistola duodecima*) petijt, vt Catilinariæ coniurationis historiam, ad propagandam nominis sui famam scribere vellet. Quòd si illo non impetraret, scripturus erat de se multo-

multorum tamen (inquit) exemplo & clarorum virorum.

Baron. Tom. 2.

5. *AElius Adrianus* Princeps magna diligentia rerum suarum historiam scripsit, &, ne ei nominis sui inscriptio fidem adimeret, sub liberorum suorum nomine edidit. (*Spartian.*) Vtinam Ethnici non fuissent animalia gloriæ vanæ.

6. Vera solidaque laude pascendus est animus Magistratus: nam, vt ait Poëta: *Fax mentis honestæ Gloria*: &, vt ait S. Bernardus Serm. 10. super Cant. *Fama virtutem reddit illustriorem, tametsi non maiorem.* Quia Dionysium Iuniorem pater in vitio ac delitijs ita educauerat, vt neque ex ergastulo in lucem prodiret, neque vllis omnino disciplinis imbueretur, nec veræ laudis gustum vllum haberet, cum adulatoribus perniciosissimis tantisper voluptatibus indulsit, dum ex illa tyrannide, veluti ex carcere deturbaretur. Qui autem bonæ famæ cupidus erit, non modò infamiam & vitæ turpitudinem fugiet, sed etiam intelliget verum decus in sola virtutis actione versari, qua regat improbos, tueatur bonos, fictaque fortium ac sapientium, laudibus ac premijs, cum improborum ignominia sempiternis prosequatur.

Duo autem obseruanda laudem aucupantis, vt illam maximè paret initio rerum agendarum: fama enim, vt ait Tac. *lib.* 13. *Annal.* in nouis coeptis validissima est. 2. vt famam extremo coeptis non assumat, seu, vt non in fama duntaxat, sed in conscientia etiam gloriæ & honestatis fructus reponat.

Sic fecit *Demetrius Phalereus*, (quem Cassander Macedonũ Rex Atheniẽsibus præfecerat)

cùm ob virtutem & præclarissima gesta trecentæi statuæ ab Athenienſibus erectæ fuiſſent, & poſt Caſſandri obitum, æmulorum inuidia in AEgyptum fugere compulſus, accepiſſet eas omnes diſiectas eſſe, & in matulas per ignominiam conflatas, ridens ait: *Statuas quidem euertere inuidi potuerunt, virtutes autem & præclara gesta, quibus præmia imagines illæ exstiterunt, nunquam abolere poterunt.* Qua voce declarauit, veram præmia à conſcientia meritorum præberi, quę neque inuidia aboleri, neque lotio, aut ventris ingluuie inquinari poſſunt. *Franciſc. Patr.* è *Plut.* Huc pertinet illud Auguſtini, *epiſt. ad Secundinum Manichæum: Senti de Auguſtino quidquid libet, ſola me in oculis Dei conſcientia non accuſet.* Quanta cura habenda ſit de bono nomine, docet Syr. *cap.* 41. & vtilitatem huius curæ docet Salomon *in Eccleſiaſte, c.* 7. *& in Prou. c.* 22.

SIGNVM LXV.

FAMILIAS ANTIQVAS conſeruare.

Familiæ antiquas conſeruare.

NON numero ac multitudine, ſed bonitate ciuium Reip. felicitas æſtimanda eſt, nec illa iudicanda beata, quæ ex promiſcua hominum colluuie ciues multos temerè colligit, ſed quæ primas & antiquiſſimas familias maximè conſeruare ſtudet. (*Iſocr. de Pace.*) S. Scriptura aſſerit, eſſe priuilegium & beneficium regionis, concedi ei Regem nobilem. Syr. 10. *Beata terra, cuius Rex nobilis eſt.* Eſdræ 1. c. 2. filij Berzelaitæ templo eiecti fuerunt, quòd ex antiqua ge-

nealogia non descenderent. Horat. *Fortes creantur fortibus. Neque imbellem feroces generant aquilæ columbam.*

Augustus laudatur, quòd (magnum existimans sincerum atque ab omni colluuione peregrini seruilis sanguinis incorruptum seruare populum) Romanam ciuitatem parcissimè dedit: Liuiæ pro tributario quodam roganti, ciuitatem gauit, immunitatem obtulit: facilius sese æstimans passurum fisco aliquid detrahi, quàm Romanæ ciuitatis honorem vulgari. *Suet.* Claræ iam sunt Resp. non paucæ factæ ob claras & nobiles familias.

SIGNVM LXVI.

In Familiâ suam optimos admittere.

OPTIMOS QVOSQVE IN FAMILIAM SVAM ADMITTERE ADMINISTROS, EOSQ; IN OFFICIO CONTINERE.

APud Xenophontem barbarus quidam adolescens, cùm equum, eximiæ bonitatis, quem habebat, libenter se alicui spectatæ virtutis donaturum esse dixisset, idq; apud Cyrũ professus esset: *Ego verò*, ait Cyrus, *ostendam tibi quando, etiamsi clausis oculis ieceris, aberrare talem non possis.* Simulq; eum glebã humi sublatam confertissimũ agmen amicorũ, quos assidue circa se habebat, iacere iussit, &, *Quemcunq;, inquit, eorũ contigeris, illi equũ tuum dono dato, neq; ullus sit, ne aberraueris. omniũ eadem est virtus, eadem temperantia, eadẽ multis spectata documenta fortitudo.* Si de omnibus hominibus idẽ dici posset, vt vnus alio magis idoneus nõ esset, qui in

Muret. Orat. 4. in Pontificis surrogat.

milliam boni Magistratus, vel etiã in ipsum Senatum reciperetur, non magna deliberatione opus foret. At vnus alio lõgè magis idoneus est, ergo.

Non solùm autem Magistratus opes,& diuitiæ, dignitasue;sed etiam animi securitas,& oblectamentum in amicorum & familiarium sapientia, virtute, & fide consistit. Vnde Dion ad Dionysium scribit: Non vidimus Principes in Tragœdijs argenti inopia, sed amicorum penuria concidisse. Princeps, qui multos homines virtute & sapientia claros sibi coniungit, fidelibusque amicis stipatur, multis oculis, quæ sunt illi speculanda, prospicit; multisque auribus omnia, quæ sunt audienda, cognoscit, vt labi & errare non possit. *Vide Signum 38.* *De oculis & auris Magistr.*

Si in amicorum, vt loquitur Seneca, *de Tranq. animi cap. 7.* legendis ingenijs damus operam, vt quàm minimè inquinatos assumamus,quanto potiore ratione Principibus curæ esse debet, vt domestici ministri vitæ sint integræ, &, quoad eius fieri potest, inculpatæ? præiudicata enim ministrorum probitate, magna Principis innocentiæ animis subditorum ingeneratur opinio, vt non dicam, quàm periculosum sit prauis vti ministris. *De claritate seruientium crescit fama dominorum.*

1. *Alexander Seuerus* Palatium suum comitatumque omnem purgauit, abiectis ex aulico ministerio cunctis obscœnis & infamibus : nec quenquam passus est esse in Palatinis, nisi necessarium hominem : iureiurando deinde constrinxit, ne quem ascriptum, id est, vagantium haberet, ne annonis Remp. grauaret, dicens, malum tutorem esse Imperatorem, qui ex visceribus prouincialium homines non necessa-

rios, nec Reip. vtiles pasceret. Idem neminem vnquam ad colloquium & familiaritatem admisit, nisi integra probitatis fama. Verebatur scilicet, ne pestilēti oris afflatu sanctissimos mores corrumperet.

Vide de officijs.

2. *Iulianus* à Mamertino (*in Paneg.*) sic compellatur: Omnibus nugis remotis, optimum & doctissimum quemque perquiris. Si quis probis virtutibus bellicis & laude militiæ, in amicitia habetur, vltro ad familiaritatem vocatur. Quemque in administratione Reip. innocentem fortemque & strenuum præbuit, in consortium muncrum receptatur. Regendis prouincijs non familiarissimum quemque, sed innocentissimum legis, omnes à te augentur pecunia, locupletantur diuitijs, honoribus honestantur.

3. *Basilius Imp.* huiusmodi consilium dat Leoni Principi: *c.* 18. Consiliarijs vtere ijs, qui rebus proprijs bene consuluerunt, rectèque eas administrārunt; non autem qui per imprudētiam male. Nam qui suis rebus malè prospexerit, numquid ille bene consuluerit alienis. Huc pertinet illud Isocr. *Orat. de pace*: De publicis negotijs deliberaturi, eos in consilium adhibeamus, quibus in priuatis rebus nullos anteponeremus. Rationem dat Socrates, *apud Xenoph.* Cura, inquit, rerum priuatarum multitudine solùm à Reip. gubernatione differt; in cæteris verò similes sunt.

Vide Speculum Cleric.

4. *S. Elzearius Comes* adeò fuit seuerus in disciplina familiæ, vt apertè diceret, nollle quenquam suo pane vesci, quem mortali peccato implicatum sciret, idque exequebatur. Scandalum enim expellebat, quem cognorat turpe aliquid admisisse. Multas etiam leges præscripserat, quas

ab omnibus volebat seruari, & hanc inter alias, vt omnes aulici ac milites quoque, quos domi habebat, singulis hebdomadis peccata Confessione expiarent; blasphemias autem, imò verò Sacramenta, leuiter ac temerè pronuntiata, nullo modo tolerabat. Quia etiam sanxerat, ne quisquam alterum offenderet, quòd si faceret, statim in gratiam rediret, volebatque omnes in summa pace & concordia degere. *Platus de Offic. Card. cap. 23.*

5. Theodor. *lib. 5. c. 36.* asserit *Theodosium Imp.* aulam suam veluti scholam instituisse, in qua ad pietatem se suosque exerceret.

4. *Sigismundus Imp.* Reges ac Principes in terris beatos esse aiebat, si exclusis superbis, mansuetudinis & humanitatis cultores in curiam adsciscerent. *AEn. Syl. lib. 2. de Alph.*

7. *Constantius Chlorus* ex multis Christianis, qui in eius obsequijs erant, cupiens explorare, quibus potissimum credere posset, finxit (neque enim nostra sacra susceperat) se impio deorum cultu instaurando, aula exigere velle, & spoliare honoribus, quicunque Christi religione repudiata ad patriam superstitionem non redirent. Ea denuntiatione multos nutare necesse fuit, quorum non erat in pietate stabilis & fixa sentẽtia. Alij in religione perstiterũt, gratia Principis & honoribus potiorem suam salutem arbitrantes. Constantius ea arte suorum animis exploratis, mutata ratione in contrarium, eos, qui defecerant, à se remouit, qui Deo infideles extitissent, ijs nihil magnæ rei tutò credi persuasus; qui perstiterant, eos clarissimos ac fidelissimos habuit.

Vide Theatrum hist.

Hac, aut simili arte Principem aulicorum mores explorare quid prohibet?

8. *David* fortis. & felicis. Rex, quem ad effi-

Ad aulæ ministeria fortissimi milites deligendi, vt ad virtutẽ excitentur prouinciales animi.

giem optimi Principis diuini libri proponũt, ꝛ
gendis populis, sacrisq; patrijs administrandis
viros fortissimos præfecit, aulæ ministeria obire
constituit singulis per annũ mensibus præcipuam
copiarum duces, singulos magnæ regij exercitus
parti cũ imperio præfectos. Proh sapientiã mira-
bilẽ, atq; humana maiorẽ prudentiam, vt mirum
non sit ea arte promerẽdi milites, exiguo quam-
uis censu, angustis quamuis regni finibus, multis
gentibus iugum imposuisse, filioq; Salomonis
liquisse imperium ipsis Ægypti & Mesopotamiæ
finibus terminatum, Nilo atq; Euphrate dilatis-
ctissimis fluuijs, quod fore aliquando diuinis vo-
ticinijs erat pronuntiatum. Psalm. 100. v. 7. ac
Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam, qui loquitur iniqua, &c.

9. *Henricus Castellæ Rex*, cognomẽto *Notho*, moriens filio suo consilium memorabile reliquit. Prouincia tria hominum genera versari, qui fidem, qui Petro Regi hosti suo, qui neutris adhæsissent. Primis data beneficia conseruaret, honores, præmia; sed ita fidei eorum credẽdum, vt perfidiæ leuitatemq; vereretur: alteris satis tutò rescommunes posse cõmendari, cõstanti hominibus ingenio offensam officio compensaturis, fidem diligentia atq; industria approbaturis: postremis in officio contineret iurisdictione, legum cura, regni ne vllam partem attingerent, quippe priuata commoda publicæ saluti potiora semper habituri.

Maxima quæq; domus seruis est plena superbia.

10. Verissimè scribit Cominæus *lib.* 3. Caro. Nullum maius indicium bonæ mentis Princeps potest ostendere, quàm vt adiungat sibi, & familiares

liariter vtatur,) viros virtute & fama celebres: nam omnes statim iudicabunt eum talem esse, quales ij, qui apud illum. Qua quidem in re maximè prouidus erat ac diligens *Ludouicus XI.* nam qui virtute aliqua singulari præditi essent, eos magno in honore semper habuit. Huc pertinet illud Senecæ *epist.* 94. Nulla res magis animos in prauum inclinabiles reuocat ad rectum, quàm bonorum virorum conuersatio. Paulatim enim descendit in pectora, & vim præceptorum obtinet, frequenter audiri, aspici frequenter. Occursus, me hercule, ipse sapientum iuuat, & est aliquid, quòd ex magno viro vel tacente proficias. Nec tibi facile dixerim, quemadmodum prosit, sicut intelligo profuisse. Minuta quædam, vt ait Phædon, animalia cùm mordent, non sentiuntur, adeò tenuis illis & fallens in periculum vis est; tumor indicat morsum, & in ipso tumore nullum vulnus apparet. Idem tibi in conuersatione virorum sapientium eueniet, non deprehendes quemadmodum, aut quando tibi prosit, profuisse deprehendes.

Contra quis non vsu deprehendit, animos nostros depraui assidua frequentique prauorum conuersatione? *Serpunt*, ait Seneca epist. Paræn. *Vitia, & in proximum quemque transiliunt, & contactu nocent.* Hinc Agapetus ad Iustinianum Imp. Qui cum hominibus improbis semper versatur, cum vel pati, vel discere malum aliquod necesse est: qui verò vnà cum bonis degit, vel imitationem honestorum edocetur, vel diminutionem vitiorum condiscit. Baron. ad ann. Christi 527.

Adhæc sæpe boni Principes ministrorum peperam gestis rebus enormiter infamantur, atque adeò quidquid ab aulicis peccatur, in Principis infamiam cuditur, eique, ceu omnium auctori, imputatur. Ideo Isocr. ad Principem suum ait: Nullius improbi ministerio vtitor: nam quicquid ille deliquerit, tibi, velut auctori, imputabitur. Neque id mirum, cùm non careat scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. (*c. qui potest 23. q. 3.*) Hinc Mecœnas hortabatur Augustum Cæsarem: Nulli amicorum aut officialium tuorum nimia est indulgenda potentia: sed ita ijs moderandum, vt neque culpam aut reprehensionem conijciant. Quicquid enim rectè, vel secus egerint, id vero tibi adscribetur; talemque te cunctis censebunt, qualia eos facta exercere permiseris. *Dio lib. 52.*

11. *Aurelianus Imp.* seruos ac ministros peccantes coram se cædi iubebat. *Vopiscus.*

12. *Claudius* seruum suum, qui quendam illustrem virum probro affecerat, in forum missum flagris concidit. *Dio lib. 60.*

13. In aula *Traiani* tantum vbique erat silentium, tam altus pudor, vt ad paruos penates & rem angustum ex domo Principis modestiæ & tranquillitatis exempla referrentur. *Plin. Pan.* Atque hoc est, quod Cicero à Q. Fratre Asiæ Proconsulari imperio administrante postulabat: *Sint*, inquit, *hæc fundamenta dignitatis tuæ, in primis integritas, & continentia; deinde omnes qui tecum sunt, pudor.*

14. Huc pertinet elegans hæc Constitutio *Constantini Imp.* quam ad vniuersos Prouinciales scripsit: Si quis est cuiuscunque loci, ordinis, dig-

nita-

gitatis, qui se in quemcunque Iudicum, Comitum, amicorum, vel Palatinorum meorum aliquid veraciter & manifestè probare posse confidit, quòd non integrè atque iustè gessisse videatur, intrepidus ac securus accedat, interpellet me, ipse audiam omnia, ipse cognoscam, & si fuerit comprobatum, ipse me vindicabo: dicat securus, & bene sibi conscius dicat; si probauerit, vt dixi, ipse me vindicabo de eo, qui me vsque ad hoc tempus simulata integritate deceperit: illum autem, qui hoc prodiderit, & comprobauerit, & dignitatibus, & rebus augebo. Hanc Constit. edidit, vt Magistratus, & sibi ministrantes in officio continêret. (*Ex l.* 4. C. *Theod.* de accus. Baron. Anno Christi 325.)

15. Quia *Reges Galliæ* morum integritatem à suis, maximè domesticis, desiderabant, sic loquûtur in Palatinis Constit. Qui in Regia contumeliam aut verba famosa in alium iecerit, quiue mentiri alterum', etiam propulsandæ iniuriæ gratia, dixerit, mox carceribus tradatur', pœnaque pro atrocitate iniuriæ ei representetur: Qui in cœnaculo Regis, aut Reginæ alium mentiri dixerit, aliamue contumeliam intulerit, illicò ad supplicium rapiatur. Qui in Regia pugno, aut armis quem pulsauerit, vel percusserit, pugno an capite pœnas luat. Et: Tenebitur Præfectus Prætorio quotquot hebdomadibus summariè inquirere in omnes noxas, easque referre ad sanctius nostrum Consilium, vt hoc pacto rerum perperam in Curia nostra gestarum reddamur certiores. *Lib.* 18. *Constit. Henrici* 3. *t.* 32.

(:)

SIGNVM LXVII.

NON PERMITTERE, VT *dies festi violentur.*

ANno Christi 469. *Imp. Leo* de sanctiss
Festis diebus eiusmodi promulgauit sa
ctionem: Dies festos, Maiestati altissimæ dedic
tos, nullis volumus voluptatibus occupari, n
vllis exactionum vexationibus profanari. Dom
nicum itaq; diē ita semper honorabilem decer
mus venerandū, vt à cunctis executionibus ce
setur. Nulla quemquā vrgeat admonitio, nulla
deiussionis flagitetur exactio, taceat appari
aduocatio deliteſcat, sit ille dies à cognitio
alienus, præconis horrida vox ſileſcat, respo
è controuersijs litigantes, & habeant fœder
teruallum, ad sese simul veniant aduersari
timentes, subeat animos vicaria pœnitudo, p
conferant, transactiones loquantur. Nos
tamen religiosi diei oria relaxantes quem
patimur voluptatibus detineri. Nihil eode
sibi vendicet Scena Theatralis, aut Circen
tamen, aut ferarum lacrymosa spectacula, l
Vide Theatrum hist.

SIGNVM LXVIII.

FIDEM CATHOLICAM PROPVGnare, & fidem politicam in publicis & priuatis rebus datam seruare.

SIne fide, ait Paulus ad Rom. 11. impossibile
placere Deo: cur ergo sine fide vera placere
nobi

nobis Magistratus? cur in Curia ciuitatis Catholicæ votum & vocem haberet acatholicus? Quis èturbida aqua, ait S. Ambrosius, 2. *de Off. c.* 8. & 12. potum petat? quis in cœno fontem requirat? quis vtilem alienæ causſæ iudicet, quem videt inutilem vitæ suę? Quonam modo potes iudicare consilio superiorem, quem vides moribus inferiorem? *Vide Triumphum Virt.*

Adhæc vel nuda Magistratus verba oraculorũ instar esse debent, quibus plus insit firmitatis ac constantiæ, quàm alteri cuiuis obligationi. Et: Fides est iustitiæ ac omnium confœderationum fundamentum, (*Cic. 1. & 3. de Offic.*) & sanctissimum humani pectoris bonum. (*Seneca epist.* 89.) Vnde Romani Fidei imaginem in Capitolio proximam Ioui, seu prope Iouis simulachrum, teste Catone Censorio, religiosissimè collocabant: vt enim ille tutor humani generis tunc credebatur, sic & Fides; nec vlla res, ait Cic. vehementius Remp. quàm illa continuit. Quia, vt inquit Arist. *in Rhet. ad Theod. cap.* 15. infirmatis violatisque pactis, tollitur inter homines omnis commerciorum vsus. Hinc Isocr. *Orat. ad Nicoclem de Regis Instit.* Perpetuò, inquit, in id studium incumbas, eamque reuerentiam præ te feras, vt verbis tuis maior sit fides, quàm aliorum iuramento. Euripides. Res pulchra est lingua, cui fides inest. *Cic. 3. de Offic.*

1. Hinc *Attilius Regulus* fide data hostibus, mahit dirum supplicium in manu Carthaginensium subire, quàm fidem datam violare. *Cic. 1. de Offic. Gell. lib. 6. c. 4. Val. lib. 9. c. 2. Augustin. lib. 18. de Ciu. Dei c. 3.*

2. Ale-

2. *Alexander Macedo* cùm ab eo res quæda contra fidem datam poſceretur, reſpondit, Principem non decere à fide diſcedere.

3. *Alphonſus Rex Arag.* tantum valere dicebat Principum verbum ad fidem ſeruandam, quantum priuatorum iuſiurandum. *Panor. lib. 1. de rebus dictis & factis, Apoph. 58. Vide Panarium* Buſaeum *verbo Iuramentum, & Petrum Ribad. de Princip. Chriſt. lib. 2. c. 15.*

4. *Franciſcus I. Galliæ Rex*, dum Carolus V. Cæſar, citatis equis, paucis ſociatus comitibus in Flandros rebellantes, ſeu turbidos Gandenſes properaret, &, ſola Regis fide nixus, Lutetiam reciperet, ac ſuaderent nonnulli ab eo quibus extorquendum nunc inermi, & auiculam cum incluſam retinendam, memoria dignum reſponſum dedit: *Abſit, abſit à nobis tam turpis & ſi perfidiæ nota. Etiamſi fides toto Orbe exulet, tamen Regibus tenenda eſt, qui ea ſola aſtringi poſſunt, qui nullo metu, nulla pœna, niſi virtutis & pudoris uerentia, vt eam præſtent, cogi poſſunt: alios leges pœna coërcet, Principes pudor & fides.*

5. *Ioannes Valeſius Galliæ Rex* in prælio ab Anglis captus, & fide de reuertendo data dimiſſus, ſin minus pacta implerentur, cùm omnia præſtare non poſſet, quæ conuenerant, ad hoſtem redire maluit, quàm fidem violare, cùm tametſi filium obſidem dediſſet. Sciebat enim ſe nexu fidei à promiſſionis non liberatum, tametſi filium obſidem reliquiſſet. Cùm enim obſides ſint inſtrumenta deiuſſorum, qui principali accedunt obligationi, quo magis aduerſario cautum ſit, non tollunt illi principalem obligationem. *Belleforetus.*

6. *Amurathes Turcarum Imp.* cùm à filio ſuo

garetur, ne Dibrensium præsidium, iuxta fidem datam, per medium suum exercitum incolume ire permitteret, cùm tot mala ab ipso perpessus esset, filio nequaquam acquieuit, sed respondit, nullam inter mortales necessitatem esse maiorem quàm fidei seruandæ, qua sublata, neque imperia, neque aliud quidquam permanere, & in claro Principe, qui magnarum rerum imperia spe & animo complexus est, aut veram, aut simulatam saltem fidem esse debere, vt hominũ concilientur, & alliciantur ingenia. Perfidiam enim & feritatem destruere regna, vrbes, populos. Homines beneficijs & liberalitate esse deuinciẽdos, crudelitate atque odio apud ipsos nihil profici. *Martin. Barl. vide Theat. hist. de sædifr.*

7. *Theodosij Imp.* tam certa fuit beneficiorum promissio, vt iam accepta viderentur cùm sponderet: vota enim hominum non fallebat, aut fatigabat, nec muneribus adhibebat (vt Pacatus loquitur) artem difficultatis. Nam, vt Neoptolemus ait, apud Sophoclem,

Promissam temerâsse fidem, exprobratio magna est.

8. Cùm *Sigismundus Imp.* veterano militi promissa exigenti dixisset: *immoderata fuit, amice, petitio tua*, respondisseque miles: *Poteras negare cum peterem, nunc autem sine turpitudine quod promissum est rescindere non potes*, subiecit Imp. *Si ex duobus alterum nos facere oportet, rerum quàm famæ iacturam potius subibo.* Certè Principis est vnum habere calamum, & vnam linguam. Vnde Dauid Rex ait: Psalm. 88. *Irrita non facta quæ de labijs meis processerunt.*

Promissa tamen iniqua, aut turpia nõ sunt seruanda.

uandâ. Deus enim turpium & inhonestarum ...ctionum sponsor esse nequit: imò interdum est contra officium fidem seruare. (*Ambr.1. de Offic. Cic.3. de Offic.*) Isidorus (*22.q.4.c. in malis, & c. inter cætera*) ait: *In malis promissis, rescinde fidem turpi voto, muta decretum: quod incautè vouisti, ne facias.* Turpis est promissio, quæ scelere ad-impletur. Itaque longè iustius fecit Dauid, quòd non stetit iuramento de perdendo Nabal, quàm Herodes, qui propter iusiurandum occidit S. Ioannem Bapt. (*q. 4. c. quòd Dauid.*) Agesilaus Lacæd. Rex cùm vrgeretur improbè à quodam vt promissum præstaret, atque idem crebrò repeteret, quasi nefas esset negare, respōdit: *Rectè, si iustum est quod petis, faciam; sin minus, nequaquam faciam: non enim promisi, sed dixi.* Plut.

Alphonsus Arragoniæ Rex cùm quidam ei dimisset decere Principem non ea solùm quæ verbo promisit præstare, sed & ea, quæ vel nutu affirmauit, respondit: *Rectè dicis, sed decet etiam petentes, vt ea tantum à Principibus efflagitent, quæ sunt iusta, & honesta; sin minus, satius est promissa non stare, quàm in leges iustitiæ peccare.*

Gell. Maximè seruanda est fides in fœderibus. Hinc 1. Romani fœdus feriebant fœdata per sacrificium porca, hoc est, de saxo contusa, cum imprecationibus, vt sic cæderentur, qui rupto fœdere à promissa fide discederent.

2. *Philippus Maced. Rex* tantum fœderibus tribuit, vt suas cū Romanis pactiones singulis diebus bis in memoriam reuocari, atq; adeò præ legi sibi curaret. Vide Ioan. Molanū de fide Rebellibus seruāda. c.4.5.11. & P. Heribertum Ros-vveydum de fide hæreticis seruanda.

3. *Augustus Cæsar* cùm maximum præmiũ pronuntiâſſet ei, qui Crocotã latronum Principẽ ei exhiberet, Crocotas, re intellecta, Auguſtũ adire, & promiſſum prẽmium petere non dubitauit, qui non modò veniã latroni, ſed etiã impenſum prẽmium, decies ſeſtertium (25. millia Philipp. ſiue ducatorum Italic.) dari iuſſit. Dio lib. 56.

4. Erant *Ferdinando I. Hiſpaniæ Regi* filij tres, Alphonſus, Garcias, Sanctius: hic vt erat natura violentior, patre mortuo, cœpit fratres exagitare, & Alphonſum Monaſterij ſeptis occludere. Qui confugit ad Almenonem Toleti Regẽ Maurum, benignè recipitur; dum illic eſt, accidit vt capilli eius (præſente Almenone) ſic erigerentur, vt, quamuis manu preſſi non ſubſiderẽt. Id Mauri vites prodigij loco acceperunt, quaſi ad imperiũ Toletanum quandoque erigeretur Alphonſus. Regem itaque hortantur, vt tollat eum è medio. At ille tantum abfuit, vt illorum cõſilio acquieſceret, quin non multo poſt, fratre Sanctio ex inſidijs trucidato, Regno illum reſtitueret, viaticũ præberet, & ſe illi itineris comitem aliquanto præberet. Nouem, vel circiter, annis poſt, mortuo Almenone, eiuſq; filio primogenito, Alphõſus eius regni adit hæreditatem, in quo paulo ante ſeruus quodammodo detinebatur. * *Prouidentia Diuina.*

Etſi autem, ſi per hoſtem ſtet, quò minus conuentorũ fides ſeruetur, fidem fallere licet. Nam: *Fallere fallentem, fraudemq; repellere fraude,*
Exemploq; licet ludere quemq; ſuo:

In his, quæ vna & eadem ſponſione comprehenſa ſunt, & in promiſſionibus, quarum altera alterius cauſa facta eſt; tamen perfidiam perfidia vlciſci, ſemper turpiſſimum fuit: imò fides

* *Annal. Hiſpan. Anno 1070.*

fides nullis ex caussis violanda est, aut labefacti-
da. Nam, quid aliud est fidē fallere, inquit Doc.
Ioan. à Chokier, *in Thes. Pol. lib. 2. c. 14.* (ex quo
hæc delibo.) quàm omnem pietatem, omnem
religionem euertere? quàm naturæ legem, at-
que iura omnium gentium violare? quàm tol-
lere è vita vitæ societatem? Quid minus decet
Principem, quàm doli, fraudes, insidiæ, quam
consilia sua non ad humanæ societatis fidem,
sed ad rem suam vafrè referre? *Agesilaus Rex*
dicebat: Regiæ dignitati non astutiam, sed
bonitatis excellentiam conuenire. (*Xenoph.*) *Sa-
lomon Rex* prudentiss. ait Prou. 17. *Non decet
Principem labium mentiens.* Tertull. *lib. 2. ad
Marc.* Improbi hominis est mendacio fallere,
quòd ædificare mendacium sine demolitione ve-
ritatis nemo queat. Lactant. *Mendacium semper
aut fallit, aut nocet.* Vide de Mendacio, & de Ve-
ritate.

Ne publico quidem bono fraudes commi-
cendæ sunt. Deut. 25. *Dominus auersatur omnem
iniustitiam.* Syr. ait c. 7. *Ne velis mētiri omne men-
dacium,* (etiam, vt ait Augustin. *epist. 8. & 9.* [illegible]
Dei laude.) Ipsa naturę principia suggerunt [illegible]
bonos bene agier oportere, ac sine fraudatione
vnde & ipsi Ethnici inhonestum vtile esse pe[illegible]
gârunt. (*Cic. 3. de Offic.*) Thucyd. *lib. 4. hist.* [illegible]
Fraus cùm omnibus fœda est, tum verò ijs, [illegible]
maiori dignitate præditi sunt; imò fœdior [illegible]
aperta violentia: quia vis iure potentiæ infer[illegible]
fraus verò ab insidijs iniusti propositi gra[illegible]
Hinc *Alphonsus Arrag. Rex* eum demum Prin-
cipem laudabat, cuius simplex verbum tantum [illegible]
dixi, ad fidem valeret, quantum priuatorum ho-
minum iusiurandum.

9 2 c. Omne.

Ad [illegible]

Adhæc fidei violatores, fraudulenti, atque perfidi grauissimis diuinitus mactantur supplicijs, cùm non modò in Deum impij sint, sed etiam totius humani iuris & generis euersores. Aristoteles *in Rhet.* ait: Periurium, & diuinam vltionem, & humanam infamiam incurrere. Demosth. *Olynt.* II. Fieri non potest, vt iniustus, periurus, & mendax potentiâ firmam retineat; quia (*Val. 9. c. 6.*) occultum & insidiosum malum, perfidia, tantum incommodi humano generi adfert, quantum salutis bona fides præstat: imò hoc magis est detestandum, quo magis occultum, & ineuitabile. Nam aperta odia armaq; palàm depelluntur, fraus & dolus obscura sunt, eoque ineuitabilia. *Tac. 4. hist.*

Qui alteri fallaciam intendit, is eadem non rarò perit. Hesiod.

Qualia vir patrat, talis manet exitus illum:
Arte alium qua quis capiet, capietur eadem.

Tissaphernes Persarum Dux cum Agesilao fœdus non ex animo, sed metu, percusserat, hac lege, vt Græcas ciuitates sineret liberè suisque viuere legibus. Mox ingentibus copijs à Rege suo accersitis, bellum illi denuntiauit, ni Asia decederet. Hoc fœdus violatum libenter arripuit Agesilaus, Legatis hilari vultu respondens, se magnam habere gratiam Tissapherni, quòd periurio suo & Deos, & homines sibi infensos reddidisset, aduersæ verò parti propitios. Rectè sensit, absque prouidentia Dei nihil geri in rebus mortalium, magisque fidendum diuino fauori, quàm humanis consilijs, aut viribus. Cæterùm exercitum mouit velut in Cariam impressionem facturus, quò cùm Tissaphernes, ignarus doli, co-

geret militem, Agesilaus repente mouit copias in Phrygiam, vbi cùm multas cepisset vrbes, magnamque pecuniarum vim abstulisset, dixit amicis: *Fœdera quidem violare præter caussam impium est, cæterùm hostibus imponere & iustum est, & lucro sum.* Vir bellandi auidus, ab iniustis tamen bello abhorrebat, nec eius suscipiendi caussam dare voluit, datam feliciter arripuit, rem turpe putauit dolis in illũ vti, qui violato fœdere periurio fefellisset & Deos, & homines. Plut.

Cùm *Ladislaus Vngarorum Rex* instinctu aliorum fœdus cum Amurate factum temerè fregisset, ipse cum triginta millibus perijt. Bonin. *lib. 6. hist. Vngar. Dec. 3. Iouius in Amurate.* Proxè *hæc in Theatro hist.* Sæpe etiam perfidiosi nobile, omniq́ue posteritate (firmis alioqui imperij fundamentis) destituuntur. Hinc Salomon Prou. 10. *Nomen impiorum putrescet.* Et Syr. 1. *Cessare facit Deus memoriam eorum à terra.* Sæpe etiam iustæ vindictæ Deus delictorum pœnam posteros conuertit. Eurip.

Vide Hom. Iliad. 8.

Crimina sæpe luunt nati scelerata parentum.

Plut. *de sera Nũ vind.* Qui ex scelerata nati stirpe, hunc decet, quẽadmodũ in hæreditatem alieno, ita & in prauitatis succedere supplicio. 1. Hispanus quidam Præses cuiusdã oppidi Mediolanensis, cùm Nobilem quendam captiuum teneret, coniuxq́; eius liberationem, oblata prius magna pecunia, peteret, Hispanus hac conditione se ei redditurum maritum promisit, si prius copiam ipsi faceret, quod cùm obtinuisset, mulieri reddidit maritum, sed prius interfecit. Quare delata ad Gonzagam summum Dux Mediolanensis Præfectum, in Hispanum mandat

Perfidiæ mercedes.

conijcit, cogitque eum ducere interfecti nobilis coniugem. Ducta illa, reque deliberata, Hispanum capitali supplicio affecit, & porrò omnes eius facultates mulieri attribuit.

2. Cùm *Albertus Brandeburgicus*, bellis inter Carolũ V. & Gallos sæuientibus, perfidiã cõmissoriã patrasset, mordicante conscientia, veniã redeundi in Germaniã, atq; inducias sui purgãdi ab Ordinibus petit, verùm nequitiã eius ferre amplius nõ valente Nemesi, vitæ ipsius stamẽ inopinanter abscidit, egregio rerũ humanarũ inconstantiæ & vltionis exẽplo: cùm is, qui tot hominũ armatorũ millibus circũfusus, nominis sui formidine omnia olim cõpleuerat, & Germaniã omnẽ ferè prædæ exposuerat, mox, alternante vices fortuna, à cunctis desertus, tãetsi receptus in præsidiũ fidei Cæsaris, in extrema miseria, hostibus ipsis despicabilis, vitã finiuit. *Thuanus* 12. *hist.*

3. *Daniæ Rex Christiernus II.* Procerũ quorundã factione Suetici regni gubernacula cũ suscepisset Anno 1520. contra datã fidẽ, sacra Synaxi firmatã, in regia Holmensi 94. Proceres, ad conuiuiũ euocatos, capite multauit, corporaq; inhumata toto triduo ante Prætorii iacentia, tandẽ extra vrbem remouit. Verùm pro tam nobili in suos perfidia accrudelitate, Suetica plebs regno illum exterminauit. *Ioan. Mag. lib. 4. Olaus* 8 *c.* 39.

4. Cùm *Ludouicus Burgundiæ Dux* in Italiam aduersus Berengarium II. Imp. descendisset, ab eo prælio superatus & captus, magna Berengarij humanitate liberatus est, pacta tantùm lege, vt se viuo cum copijs in Italiam non reuerteretur. At Ludouicus, flocci promissa faciens, in Italiam haud multò post, ingen-

tibus munitus copijs redijt. Verùm ab eodem Berengario rursum superatus, captus & lumi-bus priuatus est. *Bapt. Fulg. 9.*

5. Cùm *Tassilo Boiorum Rex*, gener Desid[illegible] Longobard. Regis, aduersus Carolum Magnum infeliciter pugnâsset, coactus est cum Carolo pacem pacisci: verùm non multo post Tassilo, violatis pactis, & fœdere cum vicinis Hunnis & Auaris inito, bellum vix sopitum renouauit. [illegible] indignantibus & bellum fastidientibus subditis destituitur, & fidei violatæ accusatus Carolo [illegible]ditur, legeque Salica regni administratione [illegible]mouetur. Regni ergo priuatione multatum [illegible] filio Dedone, quò nouarum conspirationum [illegible]casiones omnes vtrique adimeret, in Monast[illegible] amandat, quod non procul ab Heidelberga [illegible] Laureati habet. *Auent. in Annal. Boior.*

6. *Carolus Borbonius* cùm à Mediolanensi[illegible] magnam pecuniæ vim pro militum stipendijs [illegible] egisset, eumque propter exactiones & con[illegible] bella numerare recusassent, tandem pro[illegible] Mediolanensibus, si 30. aureorum millia [illegible] in menstruum stipendium darent, ducturum [illegible] illicò extra vrbem & prouinciam Mediolanensem exercitum, & quia ipsos huiusmodi pro[illegible]sis aliàs deceptos fuisse sciebat, arctissimo [illegible]mento se obstringit, simulque Deum orat, [illegible]dem fallat, primus hostilium tormentorum [illegible]bus sibi caput auferret. Hac spe immunitatis [illegible]ti Mediolanēses maxima cum difficultate (si [illegible]dem vniuersa ciuitas exhausta erat) pecuniam corraserunt, & militibus stipendia persoluerunt. Verùm, nihilo mitius deinceps, quamuis ad [illegible]statem extremam plerique adigerentur, ab [illegible]

storibus ipsisque militibus(frustra implorata fide Borbonij)tractati sunt. Hoc facto paulo post Borbonius Cæsareanum exercitum ad Florentiã, &,cùm ab hoc conatu depulsus esset, ad Romam occupandam duxit, vbi dum ipse, acriter vrgens oppugnationem, antequam nebula discuteretur, mœnia transcendere conatur,globo, incertum à suis,vel ab hoste traiectus interijt.*Guicciard.lib.* 5.*Bellatus* 8.

Aliquando impostoribus seu fraudum architectoribus nendum est, quod alterius colo adaptarunt, quod exemplis probaui non paucis in Theatro historico ante locum de pœnis æternis. Manet etiam plerunque fallaces & perfidiosos orbitas.1. Pausanias (*in Arcad.*) existimat *Philippum* Macedonem Tragicum exitum habuisse, omnemq; eius posteritatem deletam fuisse, quòd temerè pacta conuenta fidemq; datam hosti violaret. Itaque eo interfecto, vnicus Alexãder Magnus successor relictus est, quo mortuo, Duces inter se imperium diuiserunt.2. *Franciscus Sforza* à Mediolanẽsibus præfectus exercitui contra Venetos,Mediolanensium arma in ipsos conuertit, & obsesso atque ad deditionem coacto Mediolano,Dux Mediolanensis salutatus est, cuius filius Ioannes Galeatius Sfortia à suis ciuibus in ipsa Ecclesia paternam perfidiam suo sanguine luit.*Sabell. Ennead.*7.

3. Cùm *Henricus Valesius III. Galliæ Rex* Ducem Guisium,velut sibi infensum è medio tollere decreuisset,Comitia indicit Blæsis, ad quæ vt quàm citissimè vnà cum cæteris Principibus veniat Guisius, hortatur : paret consilio siue iussioni, adque Regem citatis equis properat, quantũuis

alij monerent, non esse quod nimium Regi fide-
ret. Perbenignè à Rege excipitur, summæ regni
dignitates ei decernuntur; imò regni administra-
tio, & tantum nõ regium nomen tribuitur. Atcõ
diuturna fuit hæc illi felicitas: in hoc enim Rex
curas cogitationesq; cõferebat, vt quocunq; mo-
do posset, Guisiũ trucidaret. Itaq; quò incautũ in-
tercipiat, quendam aulicum ad eum ablegat cum
mandato, habere Regẽ ardua quædam & arcana
cũ illo conferenda, priusquã ad Sacramenta Cõ-
fessionis & Cõmunionis accederet: (erat enim ut
dies sacer Dagoberto sanctissimo Galliarum Re-
gi.) Veniret itaq; ad cubiculũ, vbi Rex eum per-
stolabatur. Parietes cubiculi pretiosissimis ex-
cumquaque tecti erant aulæis, & sub illis octo
carij, ad hoc scelus perpetrandum à Rege con-
tuti, latitabant. Guisius cùm cubiculum ingre-
deretur, Regem non inuenit, (is enim in aliud
interius secesserat,) & horrore suffusus, insidias
suspicari cœpit. Leuatis vna parte aulæis, mox
vnum ex latronibus videt, quem collo appreh-
sum humi prosternit. Actutũ alij septem stri-
gladijs & pugionibus prosiliunt, Guisiumq; ab-
stiliter inuadunt. Vnus illorũ suram illius per-
tit, graueq́ue vulnus infligit, alius pugionem in
collum adigit, quidam gladium illius tenere, ne
posset stringere, tandem accurrit, qui à tergo ille-
lethale vulnus impegit, alij alia addiderunt. De-
fessus itaque, vulneribusq; consumptus magna-
nimus Princeps concidit, altaq́ue voce opem &
misericordiam diuinã implorat, moxq; post ali-
quot plagas, mandato Regis inflictas, tollitur
medio, contra fidẽ datam, & corpus in rogũ im-
ponitur, inq; cineres redigitur; corpus, inquam

Lib. 1. Mercurij Gallo-belg.

Anno 1588.

eius, qui paulo ante Galliam hæreticorum dominatu insigni virtute liberârat. Haud dum lapsus erat ab hoc facinore septimus mensis, cùm à quodam F. Clemente non dissimili dolo Rex necatur. Nam cùm nonnullas litteras Regi legendas dedisset, fingens se alias quærere, cultrum promit, & capulo tenus in ventrem Regis adigit, adactumque in vulnere reliquit, atque ita eadem fraude, quam alij parauerat, paulo post Rex occubuit, nullis relictis liberis, ac ne quidem agnatis, delata in alienam familiam Gallorum Monarchia. Hæc ex Annalibus Ianſonij. Discant hinc Principes & Magistratus, *Deum etiam in hac vita*, (vt Gregoras monet) *sæpe iusta mensura facinora pensare solere, vt illustribus documentis mortales erudiantur, vlq; terreantur, qui vindicta Numinis, omnia perspicientis, præ suis cupiditatibus negligunt.* Vide P. Becanum de fide hostibus seruanda, & libellum meum Germanicum de officio hominis Catholici inter hæreticos viuentis.

Vide Theatrum hist.

SIGNVM LXIX.

FOEDERA ET SOCIETATEM NON temerè cum quibuſuis inire, nec temerè semel facta fœdera mutare, aut violare.

RAtiones fœdera improbantes sunt. 1. Vbi plures Principes, qui se pares existimât, fœdere & societate coniunguntur, facile inter ipsos suspiciones & controuersiæ oriuntur: vnde fit, vt res magnæ spe incerta in difficultates multas incidant, & tandem euanescant. (*Guicciard. lib. 7. hist.*) 2. Socij & confœderati nouarum rerum moli-

M. Tun. in quæst. Pol.

molitionibus ſtudent, propter vel metum potentiæ vicinorum, vel emolumenti ac commodi ſpē, quibus nolentes volentes fœderati ac ſocij implicantur. (*Thucyd. lib. 2. in Orat. Corcyræorum.*) Opes leuiorum ita exhauriuntur: quandoquidem ingenti mercede ſocietates & fœdera paratur, non minoribus ſumptibus aluntur, & conſeruantur. Nec ſemper eſt tutum fœderatis ac ſocijs credere. Qui enim his nimium fidunt, ſæpe ſe & ſuos perdunt. Sic apud Rom. ſub vmbra fœderis ſeruitutem plurimi ſunt paſſi. (*Liu. lib. 18. dec. 33.*) & *Ioannes Tranſyluaniæ Princeps* Solymanni fœdus & auxilium infeliciter confugit. (*Iou. lib. 28.*)

Pro fœderibus militant hæ rationes. 1. ad bellum feliciter gerendum fœdera & ſocietates ſunt neceſſariæ: proinde conſiderandum, quænam copiæ iam ſint paratæ, aut paratis adiungi queant, qui ſocij & amici ſint Reip. (*Ariſt. 1. Rhet. cap 5.*) Cicero docet 3. *de leg.* Senatori neceſſarium eſſe, noſſe Remp. & quibus ſocijs, amicis, ſtipendiarijs illa vtatur. 2. augent gloriam, & potentiam noſtram. (*Thucyd. lib. 1. in Orat. Corcyr.*) Communibus, ijſque potentibus hoſtibus nulla ratione commodiore, quàm ſocietatibus & fœderibus occurri poteſt. (*ibid.*) 3. Natura ipſa ſocietates & auxilia communia conquirere videtur: quandoquidem homini duplices manus, ſocias aures, oculos geminos tribuit, vt robuſtius perageretur officium, quod duorum ſocietate complendum fuit. (*Caſsiod. lib. 3. epiſt.*) Quid eſt tam validum aut potens, quod amicorum copias ſimul iunctas, opes copulatas, manus ſocietas vincere, aut diſſoluere poſſit? Demoſt. Orat.

in Phi-

in Philip. 3. Πόλεως ἔγωγε πλοῦτον ἡγοῦμαι συμμάχους, πίστιν, εὐνοιαν. Vrbis opes esse existimo, socios, fidem, beneuolentiam.

Carolus V. statim initio Imperij, & ipso ætatis flore totum se dedit amicitiæ Regis Gallorum Francisci I. qui tum temporis recens ad imperiũ euectus erat. Hinc se ad Angliæ, Lusitaniæ, Hungariæ, Daniæ, Poloniæ Regum amicitias & fœdera ineunda composuit. Emanueli enim Lusitaniæ, secundisque nuptijs Francisco I. iam dicto, Eleonoram; Christierno Daniæ, Norvvegiæ, Sueciæ, Isabellam; Ludouico, Pannoniæ Bohemiæq; Regi, Mariam, sorores suas matrimonio collocauit. Ferdinando autem fratri Annâ prædicti Ludouici Regis sororem, (qua affinitate duo illa regna acquisiuit:) sibi verò Isabellam Lusitaniæ Regis filiam despõdit. Quibus affinitatibus & fœderibus ad tantum amplitudinis & potentiæ gradum euectus fuit, vt non solùm subditos in officio contineret, verùm etiam vicinorum hostium & barbarorum impetus & conatus adeò comprimeret ac frangeret, vt immanis ille Christiani nominis hostis, tanquam Numẽ quoddam, vel Naturæ miraculum Carolum & formidaret, & reuereretur. Rectè ergo Patrocles Xenophontæus *lib. 6. rer. Græc.* dixit: Oportere homines, dũ maximè viribus florent, ea acquirere, quæ illis quandoq; vsui esse valeant, vt cùm necessitas ingruerit, paratum, quò refugiant, præsidium habeant.

Parandi autem sunt socij. 1. Qui non mediocri valeant potentia, & in proximo habitent. Notum enim est illud prouerb. Procul qui habitant amici, non amici. (*arist. Rhet. c. vlt.*) & Hadrianus

Imp. rectè dicebat, in caducum parietem non esse inclinandum. 2. non multi, sed pauci, ijq; potentes, & constantes; non ventosi, & leues. Arist. 8. Eth. c. 7. *Perfecta*, ait, *cum multis amicitia nemo intercedere potest*. 3. qui eadem Politiæ formâ & religione viuunt. Raban. *Non possunt inter esse iura pacis, inter quos est bellum fidei*. S. Ambros. 3. de Offic. *Quî fieri potest, vt homini sit amicus, qui Deo fuerit infidus?* Deus per Prophetas & Viros suos facta cum impijs fœdera minus probat, & habent plerumque exitus parum faustos & fœlices dos, imò cum infid. & hæreticis inire societatem vetitũ est. Exod. 34. & Deut. 7. Christus ait, Matth. 18. *Si Ecclesiã*, &c. 4. Qui paribus legibus & conditionibus nobiscũ societur. Non enim erit societas leonina, vt cõmodum omne ad vnum redeat. Thucyd. 3. *hist*. Mutui metus æqualitas societatem fidelẽ facit, firmamq; conseruat. Si impares conditionibus, vt iure clientelę, in amicitia potentioris Resp. aliqua veniat, timendum est, ne Dominũ potius, quàm sociũ sit habitura, nisi certis temporũ interuallis fœdus sit definitum, (si perpetuum,) & Resp. in protectionis literis ita Maiestatis excipiat, & protectoris militem sua vrbe munienda & occupanda excludat. Rectè enim Brutus Tribun. pleb. dixit: Vnam esse tenuium aduersus potentiores securitatis cautionem, vt potentes, si nocere velint, non possint. *Liu. lib. 9.*

Cum infidelibus & hæreticis non expedit fœdus inire: quia societas talium fœderum non est diuturna, propterea quòd minus est fida, (fere fidem frangit.) Nam, vt Ioan. Salesberiensis, Episc. Carnot. inquit: *Quo modo seruabit fœdus*

dam, qui primam fidem irritam fecit? Nec amicitia est firma, aut libertas tuta, vbi animorum exultat conuentio. (Polycrat. lib. 6.) Accedit quòd miles, suopte ingenio parum religiosus, frequenti hæreticorum contubernio excutit religionem.

1. Hinc *Carolum*, cognomento *Simplicem Francorum Regem* reprehendit Fulco Rhemensis Ecclesiæ Præsul, quòd fœdus cum Nortmannis ferire vellet. Premebatur Carolus potentia Odonis Comitis Parisiensis, cum quo varia bella gesserat, deque regno diu decertârat. Viribus ad extremum destituitur, nulla salutis spes allucet, nisi à Nortmannis, qui tum temporis Gallias, ac potius Christianissmum fortiter debellabant. His se iungere certis conditionibus parat Carolus, vt ne ab Odone competitore regno exigatur. Fulco Regem acriter dehortatur, ne faciat: Quis, inquit, qui vobis, sicut oportet, fidelis est, non expauescat, vos inimicorum Dei amicitiam velle, & in cladem ac ruinam nominis Christiani pagana arma ac fœdera detestanda suscipere? Nihil enim distat, vtrum quis se paganis societ, an, abnegato Deo, idola adoret. Nam si, vt ait Apostolus, bonos mores colloquia praua corrumpunt; quanto magis corrumpitur castitas animæ Christianæ inimicorum ex consilijs & societate? Neque enim poterit non imitari quod assiduè viderit, quin potius assuescet paulatim, & quasi vinculo malæ consuetudinis trahetur ad facinus. Certè progenitores vestri Reges, depositio gentilitio errore, diuino cultui sese humiliter subdiderunt, & à DEO semper auxilium expetierunt, propter quod & feliciter regna-

regnauerunt, & Regni hæreditatem ad suos posteros transmiserunt. Vos contra nunc Deum relinquitis, (dicam certè, licet nolens, quia Deum relinquitis, cùm vos eius hostibus sociatis.) Vnde & meritò Prophetica illa vox ad vos dirigitur, quæ quondam ad Regem Israël similia facientem directa est: (2. Par. 19. Ios. 9.) *Quia impie præbes auxilium, & his, qui oderunt Dominum, amicitia iungeris, idcirco iram Domini mereberis. Et certè cùm deberetis malis præteritis terminum ponere, & rapinis & deprædationibus pauperum renuntiare, & pro his omnibus pœnitentiam agere, nunc ad maiorem iram Dei prouocandam his, qui Deum ignorant, & in sua feritate confidunt, nec coniungitis. Credite mihi, quia sic agendo, nunquam ad Regnum peruenietis, imò velociter disperdet nos Deus, quem sic irritatis.* Hæc Fulco. Vtinam hæc notarent Caluinistę cum Turca Christiani nominis hæreditario hoste societatem ineuntes, & perpetuam ex ea infamiam sibi accersentes.

2. *Ioannes Palæologus Imp. Orientis*, bellis conflictatus, per plerosque Græciæ Principes, cum Amurate I. consœderationem inijt, qua ex reditum ad ipsam Europam illi aperuit, simulque Græciæ toti cladem longè maximam importauit. Nam audacia Principum repressa, Turcæ in rebium Græciæ præsidio remansêre, & insuper captus Amurates regionis amœnitate, oculos ad Europam adiecit, in quam cum LX. millibus hominum penetrans, Philippopolim, dein Adrianopolim, aliasque vrbes loci ingenio munitissimas occupauit. Licet, ait ille, ad infidelium amicitiam se conferre, & societatem cum ijs contrahere, cùm contra infideles, non cùm contra fideles,

ſes, eorum auxilia aduocantur. Sic Iudas 1. *Mach.* 8. pepigit fœdus cum populo Rom. & Ionathas 1. *Mach.* 11. cum Demetrio.

Cùm autem contentiones & controuerſiæ inciduntinter fœderatos, non illicò ad arma perueniendum; ſed hæ componendæ, & dirimendæ ſunt iudicijs. Cauendum verò, ne quis ante iudicium de poſſeſſione deijciatur, (*Thuc. lib.* 1.) & cogitandum: Quidquid ex multis partibus conſtat, ita natura comparatum eſſe, vt aliqua pars laboret, quæ non illicò reſecanda, aut expellenda eſt: quia ita reliquũ corpus aſpectu turpe redditur, & totum breui interit. (*Dion Hal. lib.* 8.) Sãciuntur & confirmantur fœdera iureiurando, cuius violati vltor & iudex ſolet eſſe ipſe Deus, vti ſigno præcedenti probatum eſt. Denique non licet inire ſocietatem cum apertis Tyrannis, ne eorum foueatur iniquitas: (*Liu. lib.* 4. *dec.* 4. *nũ.* 14.) nec cum ijs, qui cauſſam iniuſtam agunt, ne iniuſtitia defendatur. (*Polyb. lib.* 3. *num.* 14.)

SIGNVM LXX.

FORTITVDINE ARMATVM ESSE.

Fortem eſſe.

1. *Alphonſus Aragonum Rex*, ob magnas inſperataſque victorias nunquam omnino mutatus dicitur, imò ei in omni fortuna vultus idẽ, idem habitus, ſermo idem fuit. *Panor. lib.* 4.

2. *Athilus Suecorum Rex* Roluonem F. è Dania reducem ſplendido conuiuio exceperat, in quo cùm varius ſermo incidiſſet, rogatus Rex quæ virtus Regiam dignitatem magis ornaret, reſpõdit: *Liberalitatem Regibus & Principibus ſummum præſta-*

præstare ornamentum, seque in eius studijs magis quàm aliarum virtutũ exercitijs delectari. Dein iussus Roluo dicere, quæ virtus milites magis decoraret? affirmabat, *militares homines nullâ virtute plus quàm patientia commendari.* Quam sententiam, obiecto contra focum nudo latere, ita probauit, vt à præsentibus non modò vt peritus disputator, sed vt efficax virtutum executor diceretur. Athilus dona in præsentes plurima liberaliter erogauit, & inter cætera torquẽ aureum ingentis ponderis collo Roluonis appendit. *Ioan. Magnus lib. 2. c. 20.*

Fortes in tolerando.

3. *Agesilaus*, cùm apud Mantineam pugnaretur fortissimè, admonuit Lacedæmonios, vt cæteris omissis omnibus, in vnũ Epaminondam intenderent vim prælij, dicens: *Solos cordatos esse vnos fortes, hosq; solos esse auctores victoriæ.* Itaque si *hunc*, inquit, *ceperimus, facile cæteros in potestatẽ nostram redigemus*: quod & euenit. Hac prudẽtia consuluit suis, qui haud dubiè fuerant perituri.*

** Plut. vide de Magnan.*

4. Cùm *Darius* numerosissimũ exercitũ instruxisset aduersus Alexandrũ Magnum, admonitus Alexander, (qui tã profundo somno erat correptus, vt vix interdiu posset expergisci,) vt consideratè contra tantũ hostium impetũ omnia ageret, respondit: *Magna animi molestia me Darius liberauit, qui vires suas omnes in vnum contraxit, vt liceat vno die de summa rerũ decertare.* Plut. & Q. Curtius. Sic Magistratus acri sint oportet ad cogitandum ingenio, & feroci ad audendũ animo.

Animosè dictum.

5. *Agis* Archidami filius, audiens quosdã abhorrere ab hostium multitudine, ait: *Non percontandum quot, sed vbi sint hostes, vt audacter inuadantur*, significans, non à militum numero pendere victo-

victoriam, sed à fortitudine, reiq; agendæ celeritate. Statim enim videtur velle cõgredi, qui quęrit, vbi sint hostes. *Plut.*

Idem milites sic adhortatus est: *Ita prandete commilitones mei, tãquam apud inferos cœnaturi:* (q. d. ne cibo vinoq; graues venite ad prælium.) *Plut.* Tribuitur & Leonidæ. *Vict. lib. 2. c. 2.*

6. Cùm *Alexander Seuerus Imp.* Artaxerxẽ Persarum Regem magno militum exercitu Romanũ inuasurum Imperiũ audisset: *Fortes*, inquit, *viros, atq; moderatos, decet optima quidẽ optare, sed ferre etiã quæcunq; accidunt cõtra animi votũ.* Fortitudinis enim est rebus prosperis non extolli, infaustis nequaquam deijci animo. *Herodian. lib. 6.* Hinc Saxonũ Præsul Anshelmus in Monostichis:

Non læta extollant animũ, non tristia frangant.

7. *Constantinus Magnus Imp.* tantã ex Christi nomine Crucisq; (quã in cęlo viderat) virtute fiduciã animo cõceperat, vt ardua quæq; ac dura, dixerim & ἀδύνατα, illi facilia, plana viderentur & secura: Oraculo namq; illo semel persuaso: *In hoc vince*, vel *vinces*: semper sibi idẽ visum est esse vocale, illudq; Propheticũ veluti cælesti classico iugiter intonari: *Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo, portas æreas conteram & vectes ferreos confringam.* Hinc Nazarius, *in Panegyr. Constant.* Per infestas acies interritus vadis, densissima quæq; perrũpis, deijcis, proteris; nihil te permouent tubarũ fractæ voces, horrendus militũ clamor, permixta casibus vulnera, illisi cominus gladij, cadentium graues gemitus, arma latè strepentia, & in vnum quendam sonitum diuersi fragoris acta confusio, &c. Inuadis primus aciem, solus irrumpis, obumbrant euntem telorũ irriti iactus,

Barõ Tom. 3. Anno Christi 312.

Flor. 4. c. 8. *Magnæ indolis signum est sperare semper.*

Esa. 45.

Loquitur de pugna Constantini aduersus Maxentiũ.

iactus, sonat ictibus vmbo, virtute ducis cæteri incalescentes, maiori impetu ferũtur in hostem. Non qui bellorum euentus solet esse, per varios & volubiles casus Mars dubius errauit; nec fortunæ vicissitudo, quæ plerumq; prosperis rebus triste aliquid agglutinat, victorum lætitiam vulnerauit: sed tanta hostium, & tam ampla cædes, tã fœlix & incruenta victoria fuit, vt credas non bello ancipiti dimicatum, sed solas impiorum pœnas expetitas. Hæc Nazarius.

Fortes affectibus animi non sunt obnoxij.

Cæl. lib. 23. cap. 24.

8. Scribit Sext. Aurelius *M. Antoninum Imp.* & cognomine Philosophum, ab vitæ initio tranquillum fuisse, adeò vt ab infantia vultum nec gaudio mutarit, nec mærore. *Q. Capitolin.*

9. *Henricus* VII. *Imp.* ea fuit animi tranquillitate, vt nulla vnquam prosperitate efferretur, nulla deijceretur aduersitate, quanquam plures quotidie experiretur aduersitates. *Cuspinianus.*

10. Egregius admirator Homeri fuit semper *Alexander Magnus*, adeò vt illum ad verbum edidicerit, ac dormiens ceruicali suppositum haberet. Hic si quando in colloquijs aut conuiuijs occidisset de carminibus Homeri concertatio, alia alia præferentibus, hoc vnicè præferebat, quod est de Agamemnone scriptum:

Iliad. γ.

ἀμφότερον βασιλεὺς ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής.

Dux bonus, atq; idem validus pugnator in armis.

Quasi eundem deceat, qui bonus est Rex, fortem etiam esse pugnatorem.

11. Fortis præcipuè animi & magni est constanter & æquiter ferre extrema quæque, & fortunã nouercantem rectis æquisq; oculis adspicere. Cic.

tero (*de Amic.*) refert Lælium ob id habitũ esse sapientẽ, quòd omnia sua in se posita esse diceret, humanosq; casus virtute inferiores esse putaret. Et Plut. *de cupid. vitæ*, ait: *Virorũ fortium esse animi statũ in periculis rectũ & immobilẽ conseruare.*

12. Cùm *Mithridates* victus & captus esset ab Eunone Rom. duce, sui semper similis & constãs, in hæc verba prorupit: *Mithridates terra mariq; Romanis tot annos quæsitus, sponte adfuit: vtere vt voles prole magni Achemenis, quod mihi solum hostes non ademerunt.* Tac. lib. 12.

13. Cùm *Pertinax Rom. Imp.* ab amicis suis admoneretur, vt militum Prætorianorum crudeles insidias, qui ipsum è vita tollere conabantur, effugeret, populique auxilium imploraret, præclarè respondit: *Indecorũ esse ac illiberale, minimeq; dignum Imperatoria Maiestate atque ante acta vita latebris, aut fuga sibi salutẽ quærere.* Herod. l. 2.

14. *Octauius* Consul, cùm vrbi Romæ à Cinna Marioque periculum immineret, ab amicis atq; aruspicibus suasus, vt abiret, vocem Consule dignam emisit: *Se cùm Consulatum gereret, patriam nisi cum vita non relicturum.* Itaque cùm Consularem sellam, Consularibus cum ornamẽtis conscendisset, quanquam tunc quoque essent, qui fuga sibi vt consuleret hortarentur, optimo equo ad fugam oblato, ipsèque Censorinum à longè venientem videret, quem ad se perdẽdum missum esse sciebat, nunquam aut loco, aut vultu immutatus est, sed intrepidus eodem loco manens, fæuiente Censorino caput amisit. *Fulg. 3. c. 2.* Cic. in epist. *Ferenda est fortuna, præsertim qua abest à culpa.*

15. *Franciscus Gallia Rex* sui similimus semper

fuit, tametsi apud Carolum V. captiuus in Hispania detineretur: vt & ipse *Carolus V.* res seu lætas, seu acerbas accipiendo, vultu nunquam mutabatur. Tanta erat oris, oculorum, & totius vultus Cæsarei constantia, & quasi perennis quædam serenitas. *Guicciard. & Zenocarus lib. 5. Caroli.*

16. Exerit fortitudo vim suã in vincendis animi perturbationibus, iuxta illud Prou. 16. 32. *Qui dominatur animo suo,* (affectibus,) *melior est expugnatore vrbiũ.* Et illud Cic. *in Paradoxis*: Cui tandem liberè imperabit, qui non potest suis cupiditatibus imperare? refrænet prius libidines, sperat voluptates, iracundiã teneat, coërceat auaritiam, cæteras animi labes repellat, tum incipiat alijs imperare, cùm ipse improbissimis dominis, id est decori ac turpitudini, parere desierit. Hinc Cicero (*pro M. Marcello*) laudat Iulium Cæsarem, quòd M. Marcello, acerrimo suo inimico vitam condonâsset: *Aduersarium*, inquiens, *nobilitate, ingenio, virtute præstantem non modò extollere iacentem, sed etiam amplificare pristinam eius dignitatem, hæc qui faciat, non ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum Deo iudico.* Hac de causa rex Ptolemæus AEgypti Rex aliquando vnum ex Scripturæ Veteris Interpretibus percunctatus esset, quid Regibus esset omnium difficillimum (*teste Aristea lib. de 72. Interp.*) respondit: Seipsum vincere. Seneca *epist.* 113. Imperare sibi, maximum imperium est. Cauendum Magistratui ne iudicaturus, propter metum quod sentit, non proferat: (*Plato 2. de leg.*) animus propter fortitudinem consilio priuetur, ac turbetur: (*Prou. 16. de fort.*) flectatur precibus, aut misericordia, aut potentia; indeque minus in improbos animad-

uerat

iperat: (*Plut. in Pelopide.*) aut defatiscat mollitie, nec perficere valeat, quæ animo concipit, (*Plato in Gorgia.*) Duo ab egregijs Principibus exspectantur, sanctitas domi, & in armis fortitudo: (*Aurel. Victor in Traian.*) & duo sunt, quibus Resp. rectè gubernantur, domi concordia, foris fortitudo. (*Polyb. lib. 6.*) Sit labor in negotio, fortitudo in periculo, industria in agendo, celeritas in conficiendo. (*Cic. pro lege Manil.*)

SIGNVM LXXI.

FORTVNAE, OB INSTABILITATEM eius, non fidere; sed fragilitatis humanæ semper meminisse.

Fortunæ nihil fidere.

1. SESOSTRIS (teste Nicephoro *lib.* 18. *cap.* 39.) Rex AEgyptiorum illustris ac felix, opibusque clarus, plurimas & maximas nationes seruituti subegit, (sibi subiecit,) vnde (ex eo successu) in proteruam arrogantiam sublatus, curru ex auro lapidibusq; pellucidis ac pretiosis cõstructo vehi solitus est, qui à quatuor Regibus, ab ipso deuictis, trahebatur. Cumq; vnus ex Regibus sæpe respiciens rotam, quæ voluebatur contemplaretur, percunctatus Sesostris, cur ita respectaret? (cuius rei gratia oculos tam frequenter in rotam conijceret?) *intuens rotæ volubilitatẽ*, inquit ille, *cum sæpe eam admiror, in qua summa citò fiunt ima, & cogito fortunæ instabilitatem, aliàs excelsa humiliantem, aliàs humilia exaltantem.* Cùm Sesostris istam parabolam, seu potius ænigma intelligeret, noluit currum à Regibus deinceps trahi.

Vide de Superbia.

Hanc historiam cùm Theodorus Mauritij Imp. Legatus Chagano Persarum Regi olim narrâsset, barbari fastum sic contudit, vt vicissitudinis rerum humanarum memor, cum populo Rom. pacem fecerit. Rectè ergo ait Val. lib. 4. c. 7. *Optima vindex insolentiæ est, varietas humanæ conditionis.* & Lucan. lib. 1. *Summisq; negatum stare diu.* Rectè etiam Apelles interrogatus, quare fortunam sedentem pinxisset, respondit: *Quia stare loco nescit.* Hinc Ouid. 5. Trist. de ea sic canit:

Passibus ambiguis fortuna volubilis errat,
Nec manet in certo fixa tenaxq; loco.

Et Iuuenal. Sat. 7.

Si fortuna volet, fies de Consule Rhetor:
Si volet hæc eadem, fies de Rhetore Consul.

Pij Magistratus, non admittentes fictam istam & commentitiam Ethnicorum Deam, Fortunam, sapientissimæ, potentissimę, ac præsentissimæ gubernationi diuinæ prouidentiæ (quæ circulum istum humanarum rerum voluit) se committunt. Deum liberrimum omnium rerum moderatorem, auctorem, & actorem extollunt, ipsiusq; iudicia adorant.

2. *Crœsus Lydorum Rex* consultus à Cyro ac bello suscipiendo contra Tomyrin Reginam, a qua tandem occisus est: *Si tibi, ait, esse videtur immortalis, nihil est opus, vt meam tibi sententiam dicam: sin verò te quoq; agnoscis hominem, illud in primis discito, talem humanarum rerum circulum esse, qui rotatus eosdem semper fortunatos esse non sinit.* Brus. lib. 2. c. 37. ex Herod. lib. 1. Solon dicebat ad Crœsum: *Non est fas beatum censere, quem his vitæ fluctibus iactatur, antequam ingressus est portum: Nā potest tempestas interuenire.* Hinc Ise-

Lyr

Lusus fortunæ variatur imagine Lunæ:
Crescit, decrescit, constans consistere nescit.

3. Cùm *Philippo Macedoni* nuntium esset allatum, vna die multas res feliciter ac prosperè gestas esse: (nam eodem tempore vicerat in Olympijs, & Parmenio Dardanenses prælio fuderat, & Olympias ipsi masculum fœtum erat enixa:) porrectis in cælum manibus, exclamauit: *O fortuna, pro tot tantisq; bonis, leui quopiam malo me afficie.* Vir cordatissimus non insolenter gestijt ob rerum successum, sed fortunæ indulgentiam suspectam habuit, cuius ingenium esse nouerat, vt quibus exitium molitur, his prius nona rerum prosperitate blandiatur. (*Plut. Fulgos. lib. 7. c. 2.*) Paucis fortuna currum à carceribus ad metam sine offensa, aut euersione perduxit.

4. Cùm *Agrippa Rex Iudæorum* à Claudio Imp. auctus maioribus honoribus, ad curam sui regni esset missus, Catenam auream à Caio Imp. sibi datam, pondere parem illi ferreæ, quæ regias manus vinxerat (monumentum aduersæ fortunæ mutatæ in prosperam) Hierosolymis suspendit in sacrario super Gazophylacium: quæ doceret spectatores, & sublimia posse corruere, & Deum valere omnia erigere denuo. Omnes enim admonebantur per hanc catenam consecratam, quòd Agrippa leui de caussa priuatus dignitate sit vinctus, paulòq; post, cõpedibus solutus, splẽdidiorem, quàm ante principatum adeptus sit: eã esse naturam rerum humanarũ omnium, vt celsissima quæque prolabantur facile, rursumq; inclinata restituantur in pristinum fastigium. *Ioseph. antiq. lib. 19. c. 5. & lib. 18. c. 8.*

5. *Philippus, Rex* iam iam nominatus, post nobi-

lem in Cheronea victoriam, insolentius se gessit, factusq; paulo est asperior. Archidamum Agesilai F. ista res malè habuit, istũ ob prosperiorem euentum ita cristas surrigere. Quare ita ad rendendam ferociam scripsit: *Si vmbram tuam metiri volueris, haudquaquam nunc maiorem deprehendes, quàm fuit ante victoriam.* (Eiusdem imbecillitatis aleæ nos sumus obnoxij.) Idem Philippus in palęstra prolapsus, cùm surgens in puluere vidisset corporis vestigium: *Papè*, inquit, *vt minimam terræ partem natura sortiti, Orbem appetimus vniuersum.* At filij ambitioni Orbis fuit angustus.

6. *Catharina, Henrici* VIII. *Regis Angliæ* vxor dicere solebat, malle se fortunã moderatam, quam secundam, vel aduersam; quarum tamen altera si optanda esset, hanc potius, quàm illam eligeret, propterea quod quibus fortuna acerba est & misera, solatia nunquam desint: fortunatis verò, hoc est ijs, quibus omnia secunda prosperaque accidunt, nec ratio, nec iudicium adest, adeò corruptus est animus lætitia rerum secundarum.

7. *Alcibiadem* Athen. imp. quasi duæ fortunæ partitæ sunt, ait Valer. *lib.6.c.9.* altera, quæ ei nobilitatem eximiam, abundantes diuitias, formam præstantiss. fauorem ciuium propensum, summa imperia, præcipuas potentiæ vires, flagrantissimum ingenium assignauit: altera, quæ damnationem, exilium, venditionem bonorum, inopiam, odium patriæ, violentam mortem inflixit; nec aut hæc, aut illa simul vniuersa, sed variè perplexa, freto atque æstui similima.

Rectè ergo ait *Seneca epist.* 92. Quid est, quo

non fortuna, cùm voluit, ex florentissimo detrahat, & quod non eò magis aggrediatur & quatiat, quò speciosus fulget. Et Philoct. apud Sophoc. *Extra damna qui pedes habet, quæ ingruere possunt prospicere debet mala.*

8. *Dionysius Syracusanus* naues possidebat 400. pedestres copias ad centum millia hominum, equitum nouem millia: ciuitas verò Syracusiorum maximis portubus erat instructa, mœnibusque altissimis munita. Reconditum insuper frumentum ad centum modiorum myriadas, atque armamentarium scutis, gladijs, hastis, tibialibus innumeris, thoracibus, & catapultis plenum: adhæc socijs infinitis fœderatisque pollebat. His rebus confidens Dionysius, adamantinum imperium obtinere se rebatur. Sed postquam eò furoris peruenit, vt fratres suos morte multasset, vidit inde proprios filios crudelissimè mactari, virgineum pudorem filiabus eripi, atque post illa nudas trucidari; affines aut viuos comburi, aut dissecari, inque mare proijci. Tandem ipse in extrema necessitate vitam senex transegit, sedensque in tonstrinis risum hominibus commouit, atque in media Græcia turpiter versatus, miserrimam vitam traduxit. *Ælian. var. hist. lib. 4.*

Ludibrium fortunæ. Syracusis eiectus Corimbi ludū aperuit. Cic. 3. Tusc. Iustin lib. 21. Val. lib. 6. cap. 9. Testulæ conuersio.

9. *Xerxes* exercitum longè copiosissimum, decies centena millia hominum, in Græciam duxerat: tandem ad Salaminem maximam cladem passus, parua cymba fugiens, redijt in Asiam, & aliquanto post Artabani gladio ceruicem suam præbere coactus est. *Herodotus & Iustinus.*

Hæc Doct. Ioan. à Chokier Thesaur. Pol lib. 5. c 18.

10. De *Agide* ait Plut. Qui breuissimo spatio

maximas perpetrauit res, & parum abfuit, quin vniuerſa vno ambitu potitus ſit Peloponneſo: puncto temporis rurſus ab omnibus excidit.

11. *Valerianus Imp.* potentiſs. ab hoſte Perſa interceptus, 15. annos ignominioſam ſeruitutem, adeò vt quoties equum Rex conſcenderet, non manu Valeriani, ſed dorſo ipſius procumbentis adiuuaretur. *Aurel. Vict.* Idem tradit Philip. Leonizer (*lib. 1. de Turc. orig.*) de Bajazete Turcarum Principe, niſi quòd hic, quo magis oſtentatui haberetur, catenis vinctus aureis a Tamerlano Tartarorum Rege micas ſub eius menſa, quò famem ſedaret, colligere cogebatur.

12. *Pompeium Magnum* AEgyptiorum ſpadones turpiter trucidârûnt, nec ſatis fuit ad mortem egiſſe, niſi & caput eius, quod paulo ante gentis terror exſtiterat, ſocero (hoſti) dono darent. *Lu. Plut. Dio.*

13. *Iulius Cæſar*, præter omnium exſpectationem 23. vulneribus confoditur, vel à ſuis neceſſariis, vel fidiſſimis amicis, atque id frequenti Senatu, quo in loco ſingulorum ora & oculos in ſe dictatorem conuertebat. Rectè Auſonius:

Si fortuna iuuat, caueto tolli:
Si fortuna tonat, caueto mergi.

14. Ab Auguſto Cæſare vſque ad Conſtantinum Magnum, curriculo 300. vel circiter annorum, numerantur Imperatores 43. qui violenta morte occubuerunt, vt non ſit mirum, ſi Diocletianus, alijque, fortunæ mobilitatem conſiderantes, imperio ſeſe abdicârint, & in priuatam vitam ſe receſſerint. Rarò enim (inquit Pompon. Lætus) permanent vſq; ad exitum ſucceſſus, & ſi primo Auguſto fuiſſe videantur, tamen & acceptæ in Ger-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nania clades, & domesticæ libidines (filiarum,) hominis felicitatem turbauêre; &, quod minus ferri debuit, Liuia vxor venenatas porrexit ficos, vt cunctantem in sene animam citius educeret.

15. *Aman* apud Assuerum Regem Persarum tantà pollebat gratia & auctoritate, vt solus ab Regina Hester cum Rege ad conuiuium inuitaretur, de quo etiam apud suos magnificè gloriabatur. Verùm quo die in conuiuio exceptus fuit, eodem strangulatus perijt, etiam iubente Rege, cui intimus erat, etiam in gratiam Reginæ, quæ inuitauerat, etiam in eodem patibulo, quod Mardochæo parauerat. *Hester 17.*

16. *Holofernes* Assyr. Dux, qui se nocte beatiss. putabat, & post iucundissimas epulas concupitis amoribus frui sperabat, & Bethuliæ ciuitatem, quam diu obsederat, iam iam in manus suas dedendam non dubitbat, ea nocte ab inermi muliere capite abscisso interijt, totumque cum vita exercitum amisit. *Iudith 13.*

17. *Balthasar* nihil tali suspicatus, vna nocte & vita & regno exutus fuit. *Dan. 5.* & idem Assuero accidisset, nisi coniurationem ministrorum Mardochæus detexisset. *Hester 2.*

18. Galliæ Reges *Chilpericus & Ludouicus* à subditis regno pulsi sut. *Franciscus I.* post tot insignes victorias tandem victus capitur: *Henricus* III. à Monacho trucidatur: *Henricus IV.* à scurra, in medijs vijs, in ipso ipite vrbium Lutetia, ipso triumphi, aut certe sequenti inaugurationis Reginæ die confoditu Anno 1610. 14. Maij.

19. *Henricus IV.* Imperagies cum hoste dimicasse dicitur, & tamen post decursos amplissimos honores, tandem ab impio filio in vincula con-

ijcitur, nec soluitur dum anima solueretur vin-
culis seruitutis humanæ. *Ex Annal. Germ.*

20. In *Gallia Richardus* Principis Gallensis fi-
lius, cùm tanto honore affectus fuisset, quanto
ante illum in Anglia nullus, in senectute ab ho-
ste captus, miser & egenus reliquum vitæ spa-
tium traduxit. *Polyd. Virg.*

21. *Christiernus Rex Daniæ*, rerum gestarum
gloria florens, tandem regno exuitur, & in capti-
uitate moritur. *Idem.*

22. *Amurathes* Turcarum Imp. dixit: Omnia si-
bi licere statuit stolida mortalium temeritas,
vbi semel aliquo secundarum rerum incremen-
to delinitus est animus: inde vix sui compos
mens, & præsentis iam impatiens fortunæ,
modò hac, modò illac pererans, otia alio-
rum turbat, & pro libidine aucupatur bella,
donec miserrimo tandem exitu inanium lux
cogitationum pœnas. *Vide le Crudel. & Theat.*
hist. Rectè ergo Syr. cap. 1 *Multi Tyranni sede-*
runt in Throno, & insuspicabilis portauit diade-
ma, &c. & Dauid Psal. 36. *Idi impiũ*, &c. Magnus
Rex Oedipus, à sceptro deolut⁹ ad sarcophagi,
ait apud Eurip. *Ego, qui excellui omnes Reges sa-*
pientia, nunc quid sum, nisi euanescens vmbra, vel
cadauer, vel volatile somnum?

Fortuna cùm ridet, sæpius in præcordijs vere-
nũ gerit: vitrea enim est, frangitur, cùm splen-
det, seu, cùm omnia prosperè ac feliciter nobis
succedere, & euenire videntur. Calamitas est
flagrum, quo pellimur ad officium; & ipse Ma-
nasses exclamat in vinculis: *Miserere*, &c. (2.
Par. 33.) Cæterùm in rebus prosperis, in pace,
in plenitudine panis, cum Iobi filijs (*cap.* 1.)
supra

ſupini & incauti, ſed periculosè ludimus.

23. *Gilimer, Rex Vandalorum* in Africa, diu felix fuerat, opes, terraſque victorijs quæſierat, vertit ſe fortuna, & Beliſarius, à Iuſtiniano Imp. miſſus, cum exigua manu hominem euertit. Acie victus, fugit in Numidiæ excelſum montem Papum, atque illic obſidione aliquamdiu tolerata, deſperans ad Pharum miſit, qui mandato Beliſarij obſidebat, actum ſuper deditione, ſimulque petitum panem ſibi mitti, ſpongiam, & citharam. Panem fami releuandæ, ſpongiam ſiccandis oculis, citharam leniendo animo. Dedit ea Pharus, & mox ſeſe Gilimer, qui ad Beliſarium deductus, nil niſi riſit. Deſipere eum è cladibus homines cenſebant, ſed vera ſapientia incerta æc, rerum vſu edoctus, ridebat, & hinc in triumpho cùm per pompam Bizantij ad Iuſtinianum in ſublimi ſolio ſedentem eſſet adductus, dixit *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Multa ſimilia exempla habet Simon Maiolus, *in diebus Canic. Tom. 4. Colloq. 1. de ludibrijs fortunæ.*

SIGNVM LXXII.

FRVGALEM, SEV TEMPERANtem, & ſobrium eſſe circa alimenta. *Frugalem eſſe.*

1. AGeſilaus Re, quod ad corporis curam attinebat, nilla in re melius habebat, quàm hi, quibuſcũ viueat; à ſaturitate quidẽ & crapula in totũ abſtines; ſomno verò ſic vtebatur, non vt ille dominaretr, ſed vt ſeruiret negotijs: aduerſus æſtum ve) & frigus ſic erat inſtructus, vt qua-

vt quatuor anni temporibus vnica solùm veste vteretur. Cæterùm cùm in tentorijs inter milites ageret, velut vnus quilibet è numero, nihilo meliorem culcitram habebat, quàm cæteri: idq; assiduè habens in ore: *Principis esse non mollitie delitijsve*; (cum quibus quasi cum domesticis hostibus pugnabit:) *sed temperantia, ac fortitudine priuatis hominibus antecellere.* Plut.

Idem cùm audiret quendam admirari, cur cum cæteris Lacedæmonijs tam frugali cibo & vestitu vteretur? *Optimam*, inquit, *messem metimus libertatem, quæ sine frugalitate esse nequaquam potest.* Significabat, nihil æquè libertati esse contrarium ac voluptatem: ibi diu libertatem esse posse, vbi luxus regnat; & nullam esse voluptatem ingenuis suauiorem libertate. *Vide plura de Conuiuijs.*

Natura parvo cultu est contenta. Cæl. lib 9. c. 13. Curt. li. 1.

2. *Cyrus Maior* rogatus ab hospite, ad quem deuerterat, quid ad prandium apparari iuberet? *Nihil aliud*, inquit, *quàm panem: nam sperome paruum cœnaturum.* Ecce Regi barbaro panis pro obsonio, & sitim aquæ pro deferebant cœnam. *Ammianus lib. 21.*

Idem suos admonere solebat, vt aquam biberent consuescerent, & fierent hydrootæ. *Xenoph.*

3. *Darius*, fugatus ab Alexandro, cùm aquam turbidam & cadaueribus inquinatâ bibisset, negauit se vnquam bibisse iucundius: nunquam delicet sitiens biberat. *Cic. 5. Vsc.*

Desiderijs (fame & sitis) condiuntur cibus & potus.

4. Nec esuriens *Ptolemæus* (Igi filius) edere, cui cùm peragranti AEgyptu, comitibus non consecutis, cibarius in casa pàs datus esset, nihil visum est illo pane iucundo. *Ibid.*

5. Cùm *Dionysius* Tyrannus *Phidityæ* Lacedæ-

dæmoniorum cœnauisset, negauit se iure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum: tum is, qui illa coxerat, minimè mirum, condimenta enim defuerunt. Quę tandem, inquit ille? Labor in venatu, sudor, cursus ab *Eurôta*, fames, sitis: his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur. *Ibid.*

(*Phiditia* erant publica Lacedæm. conuiuia, eaque frugalissima: *Eurôtas* verò erat fluuius, in quo Spartana iuuentus natando se exercebat, & sudorem abluebat.)

6. *Artaxerxes*, Cyri Iunioris frater, in fuga cùm aridis ficis & hordaceo pane vesceretur: *Dij boni*, inquit, *cuiusmodi voluptatis hactenus inexpertus fui.* Eidem siti deficienti Peribarzanes Eunuchus, cùm aliud non liceret, à rustico quopiam sordidum vtrem detulit, putris aquæ *cotylas* octo continentem. Eam aquam cùm Rex ebibisset, se nunquam potasse vinum iucundius, nec vllam aquam, quãuis purissimam sibi visam suauiorem confessus est. Ac post eum hominem, qui Eunucho aquam dederat, è paupere diuitem fecit. Tanti refert in tempore dare munus. *Xenoph.* 1. *Cyripæd.* (cotyla, vel hemina continet dimidium sextarij.)

7. *Alexander Magnus*, repudiatis coquis lautioribus, dixit se meliores secum habere coquos, ad prandium, vel ientaculum, iter nocturnum; ad cœnam verò prandium frugaliter sumptum. *Sabell. lib. 4. Enn. 4. ex Plut.*

8. *Romulus* legitur vini fuisse parcissimus. Is ad cœnam vocatus, cùm ibi minimum bibisset, dicunt illi familiares: *si ad istum modum bibant omnes homines, vinum fore vilius*: ille respondit:

Imò

Imò verò carius, si quisq; bibat quantum volet: nam ego bibi quantum volui.

9. *Iulius Cæsar* coquos omnes eiecit è Palatio, dicens: Non opus est mihi coquis, cùm simplicissimis cibis contentus esse possim.

10. *Augustus Cæsar* exceptus à quodam cœna perparca ac penè quotidiana, cùm à conuitatore dimitteretur, insusurrauit illi: *Non putabam mihi tibi tam esse familiarem*: nec tam ieiunum apparatum interpretatus est contumeliam. Plat. *Macrob. 2. Satur. c. 4. Bruson. lib. 2. c. 2.*

11. *Alcumenes* Telecri filius, cùm quidã ei obiiceret, quòd parcè frugaliterque viueret, cùm facultates amplas possideret: *Decet enim*, inquit, *eum, qui multa possidet, pro ratione, non pro libidine viuere.* Significans pernicioſas esse diuitias, ni adsit animus diuitijs superior, qui possit earum vsum non ex copia, sed ex necessitate moderari.

12. *Lacedæmone* coquos esse non licebat alium, quàm carnis duntaxat. Qui verò quamuis cupedinariam aliam artem nouisset, eijciebatur Sparta. *AElian. lib. 14 de varia hist.*

13. *Romani veteres* in agris hortos suos habebant; ex hortis viuebant, damnantes pulmentaria, quæ alio egerent pulmentario. Plin. lib. 20. c. 4. Nec vllas epulas habebant, quas populi oculis subijcere erubescerent: erant enim adeò parum contenti, vt frequentior apud eos puls visa quàm panis esset. *Val. Max. lib. 2. c. de inst. ant. Plin. lib. 18. c. 8. Gell. lib. 12. c. 9.* fiebat autem puls aqua, frumenti, & fabarum, aut hordei farina.

Vsus frugalis alimentorum.

14. *C. Fabricius Luscinus imp.* post pacem cum Samnitibus factam, cùm grandem pecuniam [illegible] offere-

ferre videret, ad splendorem domus victumq; necessariam, planas manus ab auribus ad oculos, & infra deinceps ad nares, ad os, & gulam, deinde porrò ad ventrem imum deduxisse, & legatis earum offerentibus ita respondisse fertur: *Dum illa omnibus membris, quæ attigisset, obsistere & imperare posset, nunquam quidquam defuturum, neq; se pecuniam eam, qua sibi vsui non esset ab ijs accipere, qui ea maximè opus haberent.* Gell. lib. 1. c. 14. lib. 4. c. 8. lib. 3. c. 8. Val. Max. lib. 4. c. 3.

15. *T. Sempron. Gracchus* Rom. Consul cibario pane, vilique mensa vtebatur, ac cum operarijs sæpe vescebatur: in exercitu aquam potare solebat, per ardores æstiuos aliquantulo permixtam aceto. Volat. lib. 14. c. 2. Anthrop.

16. *Masinissam* Regem, nonagesimum ætatis annum agentem, meridie ante tabernaculum stantem, vel ambulantem capere solitum cibos legimus. Front. lib. 4. c. 3.

17. *Titi Vespasiani* filij conuiuia non profusa, sed iucunditatis plena semper fuêre. Quo sapientissimus Princeps docere voluit, ornari & exhiberi cœnam vultu potius placido, & sermonibus familiaribus ac iucundis, quàm multo ciborum apparatu. Pont. c. 7. de Contin.

18. *Tacitus Imp.* lactucas plurimum esitabat, identidem prædicans se somnum lactucarum vsu mercari. Sabell. lib. 7. Enn. 7.

19. *Numa Pompilius* edixisse fertur, ne pisces, qui squamosi non essent, in Viscerationibus haberentur, nullam aliam ob caussam, quàm ne nimis magno in funeralibus cœnis mercarentur obsonia. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 7.

SIG-

SIGNVM LXXIII.

Gloriam nõ aucupari.

NON QVAERERE AVT VENARI ex regimine gloriam aut laudem humanam.

1. QVia hæc non est sufficiens præmium virtutis, cùm nil ea sit fragilius & leuius. Certè nimis exile esset præmium pro tot laboribus quos Magistratum subire oportet.

2. Cùm sæpe pro salute ciuium propriam gloriam & existimationem debeant contemnere. Hinc *Torquatus* filium, alioqui victorem occidit, quòd contra eius mandatum, cum periculo multitudinis, ob gloriam dimicâsset. Boni Magistratus ad regendum mouentur, vt à Deo præmium laborum, & charitatis, ac solicitudinis erga multitudinis bonum exhibitæ exspectent, (vt ait Thomas *de Regim. Principum c. 7.*) & nihil aliud quærunt, quàm beatam subditorum vitam. Vsitatus mos erat apud Persas, vt manè surgenti Regi lecto nuntiaret quidam, vt euigilaret ad curandum populum, quem Deus illi commiserat. Reges eorum peragrabant omnes Prouincias, vt viderent quid opem Regiam desideraret, (vt inquit Plato fecisse Minoem Cretensium Regem) vt iustitia coleretur, & egentibus subueniretur, atque oppressis, & bonum Regis nutibus executioni daretur. Est enim Magistratus, non solum in generali, sed etiam in particulari curam subditorum habere, eos à malis & iniurijs tueri, & eorum vitas ac res ab hostibus internis & externis conseruando, ac eos via religionis, iustitiæ, & alia-

Notent hæc Episcoporũ Vicarij in Pontificalibus vt vocant, & spiritualibus.

aliarum virtutum ad æternam beatitudinem dirigendo.

Gloria est ingenio crocodili prædita: nam fugientem sequitur, sequentem fugit. Hinc Epigramma:

Gloria, si fugias, crocodili more sequetur:
Si profugam sequeris, longius acta fugit.
Esto quod es, quod sunt alij, sine quemlibet esse:
Quod non es, nolis; quod potes esse, velis.

Certè gloria vera est filius laboris, &,

Falleris, esse aliquid si cupis, esq; nihil.

Seneca: *Gloria est vmbra virtutis, inuitos comitatur.* S. Thomas, *aureo opere de Regimine Principum*, Regem Cypri docuit, ipsum Regem ratione esse regendum: regimen iniustum esse atque peruersum, si priuatum, non publicum, commodum quærat: & quoniam mundanus honor, & hominum gloria, Regiæ solicitudinis non est sufficiens præmium, ideo exspectandum esse à Deo præmium. Non enim, ait ex Augustino, Christianos Principes, quia diutius imperârunt, vel imperantes filios morte placida reliquerunt, vel hostes Reip. diminuerunt, vel ciues, aduersum seinsurgentes, & cauere, & opprimere potuerunt; sed felices eos dicimus, si iustè imperant, si malunt cupiditatibus, quàm gẽtibus quibuslibet imperare, si omnia faciunt, non propter ardorẽ inanis gloriæ, sed propter charitatem felicitatis æternæ. Tales Imperatores Christianos felices interim dicimus spe, postea reipsa futuros, cùm id, quod exspectamus, aduenerit. Hæc S. Thomas ex Augustino, quæ postea sapientissimis rationibus firmat, dum & monstrat præmium Regum

tenere excelsum gradum in beatitudine cælesti: quare & bono regimini studendum esse, ob bonum suiipsius, atque ob id, quod inde percipitur, fructus, cùm sic quoque magis diuitiæ, potestas, honor, & fama potius, quàm ex improba administratione consequantur. Cæterùm Regem in regno debere esse sicut animam in corpore, & sicut Deum in mundo, qui cuncta ordine, propria operatione, loco disponit: sic tamen, vt distinctæ sint administrationes Sacerdotalis & Regia, & suum vnaquæque præstet officium, &c.

M. Aurelius Imp. ad Regem Trinacriæ scribit: Hoc est gloriæ ingenium, eum quærit, à quo non cognoscitur; cum eo loquitur, à quo non auditur; cum eo rem habet, à quo visa non est; eum insequitur, qui ipsam fugit; eum honorat, à quo peruipenditur; nolentem vult, non petenti se offert, ignoto se credit. Denique hoc gloriæ est peculiare, quòd eum deserit, à quo magni æstimatur, & cum eo manet; à quo parui penditur. Prouidi vitores, non qualis sit locus, sed quænam eò via ducat, quærunt: ad eundem modum viros præstantes & excellentes, non decet mox oculos adiuvare gloriæ, sed eos in via tantùm virtutis, quæ gloriæ arcem ducit, defigere.

Quoniam vera gloria ex radice virtutum proficiscitur, & virtutem, ceu corpus vmbra, sequitur, ideo non est eius, qui virtuti ac rectè fidei insistit, gloriam anxiè aucupari, aut ambire. Datum gloriæ desiderabis (ait Plut. *Opusc. Philos. de Princip. deb. disp.*) quantum satis est ad conciliandam tibi in rebus gerendis auctoritatē, quæ in te nascitur, quòd vir optimus habearis. Hoc enim est, quod Cic. insinuat 2. *de Offic.* his verbis: Sum-

mam & perfectam gloriam constare ex tribus, si diligit multitudo, si fidem habet, si cum admiratione quadam honore nos dignos putat.

1. *Agesilaus Lacedæm. Rex* nullius gloriæ dulcedine tangebatur, quam non suis sibi laboribus comparâsset, cumq; mortem obiret, seriò mandauit his, qui aderant, ne quam vel statuam, vel imaginem in suum honorem erigerent, inquiens: Si quod præclarum facinus gessi, hoc erit monumentum mei; sin minus, ne omnes quidem statuæ, cùm sint vilium ac nullius rei opificum opera. † † *Plut. & Xenoph.*

2. Iactanti cuidam quòd Lysandrum in cælum laudibus tolleret, atque aduersus obtrectantes tueretur, *duo*, respondit, *mihi sunt boues ruri, & retractantibus ambobus, noui certè vter ignauus sit, & vter ad laborem strenuus.* Qua allegoria sensit vir magnus, veram virtutem non egere laudibus humanis, cùm ipsa secum ducat suam laudem ac decus. Cæterùm, qui nihil egerunt præclari, his opus est præconibus. *Plut. Xenoph.* Rectè Socrates apud Stob. *Inanes vtres ventus inflat, sic stultos homines opinio.*

3. Cùm *Vipsanius* Consul ad Senatum referret, Claudium Cæsarem ad singularem clementiam Patrem Senatus esse appellandum, ipse cohibuit Consulem (ait Tac. 1. *Ann.*) vt nimium assentantem.

4. Cùm M. *Antoninus* Rhodum insulâvi ac impressione expugnâsset, & in ingressu passim salutaretur Rex & Dominus: *Nec Rex sum*, inquit, *nec Dominus; sed Regis ac Domini interfector.*

5. Cùm *Traiano Cæsari* quamplurimi deferrentur honores, reliquis posthabitis, *Optimi* cognomento contentus fuit: *Felicis* cognomẽ reiecit, quòd

non moribus, sed fortunæ datur; & *Magni*, eni plus inuidiæ, quàm pulchritudinis inest. Hinc meritò à Plinio, *Paneg.* in hunc modum laudatur: Scis vbi vera Principis, vbi sempiterna sit gloria, vbi sint honores, in quos nihil flammis, nihil senectuti, nihil successoribus liceat. Arcus enim & statuas, aras etiã tẽplaq; demolitur ætas, & obscurat obliuio; negligit, carpitq; posteritas; contra contemptor ambitionis, & infinitæ potestatis domitor ac frænator animus, ipsa vetustate florescit, nec ab vllis magis laudatur, quàm quibus minimè necesse est.

6. Inter caussas, quæ Carolum Burgundum, cognomento Audacem, in ruinam & exitium præcipitem egerunt, præcipuam recenset Comineus (*lib.* 7.) illius familiaris, ambitionem, & ad antiquorum Principum gloriam ascendendi cupidinem, quæ, inquit, illum iracundum reddebat, & promptum ad bellum vicinis omnibus temere & sine caussa inferendum. Perijt in obsidione Nanceana. *Vide in loco de Pace, exemplum Augusti.*

7. *Ferdinandus*, Henrici III. Castellæ Regis frater, tutor nepoti suo Ioanni II. octo menses unus à fratre institutus, atque in publicis Regni Comitijs à Castellæ Proceribus populoque obtinere rogatus, vt relicta nepotis tutela, ipse regnum vellet, arbitratus est omnia Regum commoda, perfidiæ nota labeque maculata, nihil sibi commodi allatura; quapropter oblatum sibi regnum cum ipso Regno titulum renuit, spreuit, reiecit: vnde cognomine *Iusti* meritò cohonestatus est. Quam iustissimi Principis integritatem moderationemque Deus post aliquot annos Regnis Aragoniæ & Siciliæ compensauit, & liberos nepotesque

Psalm. III. *Potens in terra erit semen eius*, &c.

aeſq; eius ſumma felicitate cumulauit: nam non ſolùm plurimorum regnorum acceſſione eos auxit, (Neapolis, Caſtellæ, Legionis, Luſitaniæ, atque adeò totius Hiſpaniæ:) verùm etiam eorum Imperium ad nouum Orbem vſque propagauit. *Reuſner. in oper. Geneal. in ſtirpe Legionenſi.*

8. *Veneta Reſp.* ſedente Iulio II. Pont. Max. libertatem penè amiſit: quia cæteri, qui ditiones in Italia obtinebant, animaduertentes, aut ſuſpicantes ad Imperium totius Italiæ Venetos, Piſanis iam attentatis, adſpirare, contra illos icto fœdere conſpirârunt: quod prudentiores illius Reip. Senatores ſatis ante prouiderant, ideoque, dum de oppugnandis Piſanis conſultabatur, in alia ibant illi omnia, moti, totam Italiam iam ipſorum magnitudinem ægris oculis adſpicere, proinde hanc Piſanam affectatam dominationem cunctis permoleſtam fore: quia etiam indevexationes, & pericula maiora, quàm quis ſuſpicari poſſit, exſpectanda eſſe, longeque illos aberrare, qui ſibi perſuadebant, cæteros Principes otioſiſſimos tanti incrementi ſpectatores fore, & paſſuros, vt Veneto Italis iam formidando imperio ea Piſanæ ciuitatis oportunitas adiungeretur. *Ex Guicciard. Amiratus lib. 1. diſſert. Polit. diſc. 6.*

SIGNVM LXXIV.

GRATVM ESSE IN DEVM, PRAECEPTORES, AMICOS, & OMNES BENEFACTORES

Gratum eſſe.

1. CONSTANTINVS MAGNVS, cùm ſplendidam & glorioſam de Maxentio Tyranno reportaſſet

tâsset victoriam, eam Deo, non militum robori, de beneficio gratus, acceptam tulit: Ego, inquit, Orat. ad sanctum Cœtum cap. 22. *& prosperam meam fortunam; & meas res omnes pietati acceptas refero*, &c. Cùm ergo hæc & similia (inquit Euseb. *lib. 1. Vit. Const. cap. 33.*) Deo omnium deo & auctori victoriæ, eximium Dei famulum Moysen imitatus, ceciniſſet, Vrbem Romam ingressus est: pietate verò in Deum, tanquam naturaliter menti insi a imbutus, non applausu populari, & strepitu insolenter se iactans, non laudum elatus præconio, sed præsidij à Deo allati admodum conscius, extemplò preces cum gratiarum actione auctori victoriæ impertijt, atque illustribus inscriptionibus columellisque erectis, omnibus hominibus salutaris Christi ſigni virtutem promulgauit, inque Vrbe media ingens illud trophæum (Crucis) contra hostes erexit, & hoc salutare signum, characteribus, qui nullo modo deleri poterant, in eo insculpsit, Romanorum, aliorumque omnium imperio subiectorum propugnaculum esse demonstrauit, palamque proposuit omnibus ad intuendum.

Exod. 15. *Cantemus Domino*, &c.

2. *Nero* magnis præmijs atque honoribus præceptorem suum *Senecam* affecit. Tac. ait 15. ann. eum ter millies sestertium intra quadriennium parauisse. Ipse *Seneca* sic (*apud Tac. lib. 14. ann.*) Neronem alloquitur: Tantum honorum atque opum in me cumulâsti, vt nihil felicitati meæ desit, nisi moderatio eius.

3. *Gratianus Ausonium* præceptorem ad Consulatum euexit. Auson. in Grat. act.

4. M.

4. *M. Antoninus Imp.* & Philosophus *Frontoni* præceptori suo statuam in Senatu posuit. *Procu-lum* Proconsulem fecit. Breuiter, tantum honoris magistris suis detulit, vt imagines eorum aureas in Larario haberet, & sepulchra eorum additis hostijs & floribus superornârit. *Iul. Capitol.*

5. *Carolus V. Imp. Hadriano* præceptori post varios maximosque honores delatos, apicem dignitatum (Summum Pontificatum) commendatione sua procurauit.

6. *Philippus II. Caroli V. filius*, Ecclesiæ Hispaniæ Primatum præceptori suo *Ioanni Martini* cõtulit, vt taceam alios honores, aliosque beneficentiæ & grati animi notas, quibus eum mirificè insigniuit. *Ex hist. Gall. P. Matthæi lib. 1. narr. 4.*

7. *M. Aurelius Imp.* scribit ad Pollionem amicum: Deos precor, vt obliuione prius sepeliatur vita mea, quàm nomini meo ingrati nota inuratur. Quicunque in amicum ingratus fuerit, in vniuersum ab omnibus meretur vituperari.

8. Rusticus quidam videns ad Regem *Artaxerxem* varia deferri donaria, nec aliud habẽs quod largiretur, vtraque caua manu haustam è proximo flumine aquam illi obtulit vultu alacri. Rex lætatus, iussit illi dari phialam auream, ac mille Daricis donauit hominem. *Plut.*

9. Hipparcho Euboico vita defuncto *Philippus* præ se ferebat, quàm illius mortem acerbè ferret: itaque cuidam volenti dolorem ipsius mitigare, dicentique: *Attamen ille tempestiuè decessit, iam natu grandis: Sibi quidem ipsi*, inquit Philippus, *tempestiuè decessit; sed mihi præpropere: Mors enim illum anticipauit, priusquam à me beneficiũ acceperit nostra dignum amicitia.* Plut.

10. Veteranus quidam cùm vocatus in ius periclitaretur, adijt in publico *Cæsarem Augustum*, rogans, vt sibi vellet adesse. Cæsar è comitatu suo selectum illicò dedit, eiúque litigatorem commendauit. Hîc miles vociferans: *At non ego Cæsar, periclitante te Actiaco bello, vicarium quæsiui; sed pro te ipse pugnaui*, simulque detexit cicatrices. Erubuit Cæsar, atq; ipse descendit in aduocationem, veritus ne non modò superbus, verùm etiam ingratus videretur.

Non reddere bona pro malis, malum est:
Reddere mala pro malis, peruersum est:
Reddere mala pro bonis, pessimum est:
Reddere bona pro bonis, æquum est:
Reddere bonum pro malis, optimum est.

SIGNVM LXXV.

Hæreticos conuertere, & punire.

PRVDENTER HAERETICOS ET *ignorantes conuertere, nec non eisdem, si sint refractarij ac turbidi, pœnas inferre.*

1. CONstantinus *Magnus* militum, qui veteris erroris tenaciores essẽt, arma Crucis symbolo signauit, vt paulatim ad veri Dei cognitionem & cultum hac ratione eos deduceret. Euseb. *in vita.*

2. In Go *Regulus Venedorũ*, (qui ad fontes Dryui & Saui habitant,) multos ex suis satrapis ea ratione Christianos fecit. Conuiuium lauté instruxit, & vilem plebeculam simul cum Equestri Ordi-

Ordinis Proceribus inuitauit, atque præ foribus nobiles recumbere iussit, pane duntaxat cibario & caruncula rancida pauit, vinumque fictilibus propinauit austerum. Sed agricolas, suæ mensæ adhibitos cœna lauta pauit, & vinum poculis aureis, & argéteis, & gemmatis proposuit. Cùm nobiles id indignè ferrent, ac in sui cõtumeliam fieri stomacharentur, respondit, se ideo rusticos ad mensam suam admisisse, quia essent sacro lauacro abluti; illos verò nobiles foris reliquisse, quòd sordibus Ethnicis squalentes, hircum impietatis olerent, nauseamque sibi facerent. Illi ergo, cùm graue ducerent ab epulis sui domini remoueri, certatim ad sacrum fontem properârunt.

De refractarijs hæreticis ait Tertull. (*adu. Gnost. c. 2.*) Ad officium hæreticos compelli, non illici, dignum est. Duritia vincenda est, non suadenda hæresis. S. Augustinus *epist. 50. ad Bonif.* scribit: Melius quidem esse quis dubitauerit ad Deum colendum homines doctrina duci, quàm timore pœnæ, vel dolore compelli? Sed non, quia isti meliores sunt, ideo illi, qui tales non sunt, negligendi sunt. Multis enim profuit prius timore, vel dolore cogi, vt possint postea doceri, aut quod iam verbis didicerunt, opere sectari. *Vide Theatrum hist.*

I. Lipsius, *Dialogismo adu. Diodorum* ait: Dedit quidem Deus homini liberam voluntatem; sed nec bonam infructuosam, nec malam voluit esse impunitam. At & de negotijs ciuilibus, si quid statuitur, nemo putat esse violandum, & præceptum de Religione calcabitur? Quis autem finis, si semel carceres hos aperis ad innouandum? Nulla *Ambrosius ad Valent.*

in re libentius, aut periculosius homines ludimus, vt est mens nostra vaga, & nouitate rerum lætissima. Assiduè audiendus fanaticus aliquis, aut simulator pietatis, qui mouebit χορθὰς τὰς ἀκινήτους. Atqui apud omnes gentes coërciti isti, & puniti. *Græcos* vides? Reperies Socratem & Protagoram damnatos, Anaxagoram & Aristotelem accusatos, ob nouitatem in religione. Quin Atheniensium talis hic calor fuit, (Iosephi verba sunt, *lib. 2. contra Appionem*,) vt eos, qui verbulum modò effarentur, præter leges de Dijs receptas, sine vlla venia punirent. Abis ad *Romanos*? par cura, & seueritas. Quotiens, *inquit Liu. lib. 39.* patrum auorumque ætate negotium Magistratibus datum est, vt sacra externa fieri vetarent? Et addit verissimam rationem, etsi in religione vanam: iudicabant enim prudentissimi viri omnis diuini humanique iuris, nihil æquè dissoluendæ religionis esse, quàm si non patrio, sed externo ritu sacrificaretur. Nec aliter secuti Romani fecêre & Principes ipsi. Quid *Iudæi*? quorum Resp. & religio extra controuersiam erat tum optima. Illi verò hic ita duri, vt nec cohabitationem admitterent cuiusquam à patria religione dissidentis. (*Ioseph. contra Appion.*) Quod idem in Hispania decretum olim legi in Concilio VI. Toletano, vt quisquis succedentium temporum regni sortiretur apicem, non ante conscenderet regiam sedem, quàm inter reliqua conditionum sacramenta polliceretur, nullum se non Catholicum permissurum in regno suo degere. Si verò, postquam ad regni gubernacula accessisset, huius ipse temerator existeret promissi, esset anathema

Anno 638.

mara-

maranatha in cõspectu sempiterni Dei, & pabulã efficeretur ignis æterni. Quin apud *Sinẽses* (vetus & cõpositum valde regnũ) etiã lex est: ne qua religio alia admittatur sine scito Regis, eiusque cõsilij, qui aliter, capitale ei sit. Quæ vna res progressum cursumq; ibi valde impedit nostræ religionis. Quid in Ecclesia Christiana veteri? Licẽtia effusa nunquam fuit, quamprimùm Principes & tutores illa habuit Christianos. *Consule libros* 11. *Ioan. Lensai de libertate Christiana.* *à Costa in epist. Ind.*

Theodosij Lex in cõuictos hæreticos statuit decẽ librarũ auri pœnam. (*in C. Theod. tit. de hæret.*) 1. *Pœna, mulcta.*

Theodosij, Valentiniani & Arcadij Lex fuit, qua omnis denegatur hæreticis facultas militandi: quin imò extra vrbis mœnia arcentur. *Cedren.* 2. *Priuatio munerum, & honorũ, est ignominiæ telum.*

Lex Iustiniani (*l.* 4. *C. de hær.*) vult gentiles, aut hæreticos nõ tangere Remp. sed solos Christianos Orthodoxos, datq; ijs ad conuersionem tres mẽses. *Constantinus* Arium, & Arianos deportari exilio præcepit. *Constantius* Aëtium propter confessionem dissimilis substantiæ mulctauit exilio. 3. *Exilium.*

Moyses in hoc genus seductores & pseudoprophetas mortem decreuit, & exercuit. Et meritò: nam si aliqui publicè ascendere cathedras, & è suggestu vitia docere, aut scholas aperire, libros- que edere de patrandis facinoribus auderent, nisi posset ordinaria potestas, extraordinaria esset accersenda, & bello pestis ista ableganda, quæ alioqui latissimè serperet. Cùm autem hæresis multo pestilentior cunctis flagitijs sit, hanc nisi solida Euangelij, ab ipsis Apostolis, vsque ad hæc tempora, interpretatio, ac veterum Patrum decreta & omnium Imperatorum ac Regum meliorum 4. *Mors.* *Deut.* 13. 17. 18. 3 *Reg.* 18. & 13.

leges

leges compescere possint, quidni perniciosissimus hostis arceatur & cadat? *Posseu. lib. 1. Bibl. selectæ.* Leo Papa ait *epist. 93.* Meritò patres nostri, sub quorum temporibus hæresis nefanda procupit, per totum mundum instanter egêre, vt impius furor ab vniuersa Ecclesia pelleretur. Quando etiam Principes mundi ita hanc sacrilegam amentiam detestati sunt, vt auctores eius ac plerosque discipulos legum publicarum ense prosternerent. Videbant enim omnem curam honestatis auferri, omnem coniugiorum copulam solui, simulque diuinum ius humanumque subuerti, si huiusmodi hominibus vsquam viuere cum tali professione licuisset. Et profuit diu ista distinctio Ecclesiasticæ lenitati, quæ Sacerdotali contenta iudicio cruentas refugit vltiones, seueris tamen Christianorum Principum Constitutionibus adiuuatur, dum ad spiritale nonnunquam recurrunt remedium, qui timuerint corporale supplicium.

Leu. 24. ait Deus: *Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur*: at hæreticus est blasphemus; vt Caluinus, qui Omnipotentiæ Dei derogans, fieri vel à Deo posse negat, vt quod in cælo est Christi corpus in altari quoque simul ad efficacissima verba Christi Seruatoris existat. D. Leo Pontifex *epist. 76* Anatholium Episcopum Constantinop. acriter reprehendit, quòd perniciosa quadam patientia hæreticos toleraret, & admonet, vt à Principe poscat opem ad eos comprimendos: Illud, inquit, sanè plurimum mihi displicere significo, quòd inter dilectionis tuæ Clericos quidam esse dicuntur, qui aduersariorum conniueant prauitati, & vasa iræ vasis mi-

sero-

fericordiæ miſceantur. Quibus inueſtigandis, & ſeueritate congrua coërcendis, debet diligentia tua vigilanter inſiſtere, &c. Heli quondam Sacerdos filiorum ſuorum delicta tolerando, cum ipſis Diuinæ iuſtitiæ ſententiam meruit experiri: quia ſegni indulgentia diſſimulauit plectere peccatores. Quantum itaque oportunitas inuitat officij, religioſiſſimum Principem (Leonem Imp.) dilectio tua ſtudeat frequentare, & non ſolùm regiam, ſed & ſacerdotalem ipſius mentem precibus meis obſecrare perſiſte, vt memor communis fidei, quam Spiritu ſancto docente ſuſcepimus, omnia hæreticorum machinamenta confringat, neque quidquã illis in Eccleſijs Chriſti licere patiatur, ne in eorum poteſtate ſint Diuina myſteria, quibus in domo Dei pro ſcelerum ſuorum magnitudine nec habitandi ius reſidet, nec orandi, &c. Intelligebat prudentiſs. Pontifex, ait Ioan. Lenſæus (*lib. de vnica R elig.*) has eſſe ſepij Principis partes, Eccleſiæ Præfectis aſſiſtere, ſuaque authoritate & ſeueritate opitulari, ad repurgandas pernitioſæ doctrinæ ſordes, atque confringenda, vt ait D. Leo, machinamenta hæreticorum, vt & Ezechias & Ioſias Sacerdotibus ac Leuitis in veteri Teſtamẽto potentiæ ſuæ præſidijs ad idololatriam exterminandam adfuerunt. *Vide Speculum Cleric.*

Ethnici tantam ſuæ, quamuis falſæ, religionis curam habuerunt, vt vi & armis eam retinerent, & in innouatores, ſeu nouorum Numinum cultores, diris ſemper exemplis animaduerterunt. Sic *Driopes* ille Athenienſis legem tulit, qua capitale cenſebatur eſſe, de Deo non rectè ſentire, ſiue de Religione nouos ritus adferre. (quod & *Iuſti-*

Iustinianus noster aduersus Manichæos sanxit, (l. 10. & 12. C. *de hær. & Man.*) Proinde *Athenienses Diagoram Philosophum* repulerunt, quia scribere ausus fuerat ignorare se, an Dij essent, & si sint, quales sint. Ijdem *Socratem* damnauerunt, quod nouam religionem introducere videbatur. *Val. lib.* 1. *c.* 1. Apud *Romanos* Mecœnas scribit ad Augustum: Eos, qui in diuinis aliquid innouare, odio habe, & coërce, non Deorum solùm causa; sed quia quędam noua Numina hi introducentes, multos impellunt ad mutationem rerum, vnde coniurationes, seditiones, conciliabula existunt, res profectò minimè conducibiles *Principatui*.

Sacerdotum est de doctrina iudicare. Mal. 2. *Labia sac.* curare, definita vt semel à populo retineantur; errantes reuocentur, docẽdo, corripiendo; qui sanari nequeũt, vt putrida membra à corpore corporis rescindantur. Et si nec isto modo pernicies arceatur, Catholici Principis opẽ implorare, vt ad cõmunis matris tutelam velit esse adiutor. Est enim, ait Doctor Ioan. à Chokier lib. 1. *Thesau. Pol. c.* 5. Præfectis quidem Ecclesiasticis spiritualis gladius, quẽ in sceleratos, suisq; in sceleribus obfirmatos exerũt subinde, dũ ab Ecclesiæ visceribus & Cõmunione diuellũt, diuinęq; protectionis nudatos præsidijs, in potestatem Satanæ tradunt, quo tanti mali, in quo versantur, magnitudine perculsi, tandẽ aliquãdo resipiscãt. Verùm cũ ea multorũ mẽtibus offusa sit caligo, vt animi mala, neq; pericula, nec videant, nec curent omnino, sola verò ea, quæ sensu percipiũt, pertimescant, alium gladiũ, qui & videatur, & sentiatur, & maiorẽ adferat metũ, educi subinde necesse est à propugnatoribus Ecclesiæ, quæ, tanquã pia & se-

cula

dula mater, omnẽ dat operã, vt profugientes à se filios, aut à suis auulsos vberibus, in gremiũ suũ redire cõpellat, modò per Ecclesię Præsules Excõmunicationis virga feriendo, modò per Reges & Principes, vbi priorẽ illã seueritatẽ contempserint, etiã exilij vel mortis interminatione terrendo. Nã quemadmodũ is, qui pestẽ patriæ, qui ciuiũ pernicié nefariè molitur, nõ vt perditus ciuis, sed vt hostis importunissimus infestissimusq; tractãdus est: ita illũ, qui nõ iã Christianorũ more Christianæ disciplinæ leges ac pœnas pertimescit, sed vt hostis omni ratione impugnat, omni arrogãtia contemnit, nõ vt perditũ Christianum Excommunicationis gladio coërceri, sed vt profanum & impium Dei atque Ecclesiæ hostem scelerosorum supplicijs affici par est.

1. Sic *Clodoueus Francorũ Rex* simulatq; Baptismatis Sacramento initiatus, & Rex consecratus fuit, declarauit subditis, ferre se nõ posse, vt Galliæ partem VVisigothi Arriani liberè possiderent. Bello itaque aduersus eos suscepto, prælijs secundis vsus, Galliæ finibus expulit.

2. *Theodosius Iunior* Cõcilij Ephesini auctoritate damnatum Nestorium, pulsum ex Oriente, exilio relegauit apud Oasim, vbi tabefactis omnibus eius membris, maximeque lingua consumpta, diuina manu percussus interijt.

3. *Valentinianus Imp.* præter exilium, capitalem etiam animaduersionem promulgauit cõtra Manichæos. *a* Rectè ergo S. Aug. ait, *b Ad fidem quidem nullus est cogẽdus inuitus, sed per seueritatem, mò & per misericordiam Dei tribulationum flagella solet perfidia castigari* (eorum, qui Baptismi aquis tincti, fidem semel receperunt.) *Nunquid quia*

a *l. 3. C. de hær. & Manich.*

b *lib. 2. contra lit. Petil. Tom. 7. cap 82.*

quia mores optimi libertate voluntatis eliguntur, ideo mores peßimi non legis integritate puniuntur? sed tamen malè viuendi vltrix disciplina præpostera est, nisi cùm præcedens bene viuendi contemnitur. Si quæ igitur aduersus vos leges cõstitutæ sunt, nõ eis benefacere cogimini, sed malè facere prohibimini. Et epist. 50. Tom. 2. *Vbi est, quod isti clamare consueuerunt, liberum est credere, vel non credere, cui vim Christus intulit? quem coëgit? Ecce habent Paulum Apostolum, agnoscant in eo prius cogentem Christum, & postea docentem: prius sperientem, & postea consolantem. Mirum est autem, quomodo ille, qui pœna corporis ad Euangelium coactus intrauit, plus illis omnibus, qui solo verbo vocati sunt, in Euangelio laborauit.*

Idem Augustinus lib. 1. contra epist. Gaudentij c. 34. Tom. 7. ait: *Quamdiu vos non tenetis Ecclesiam, quam prænuntiauerunt piscatores, Apostoli plantauerunt; tamdiu Reges, qui eam tenent, rectißimè ad suam curam iudicant pertinere, ne vos aduersus eam rebelletis impunè.* Et Tract. 2. in Ioan. Tom. 9. *Quomodo Potestates Christianæ redderent rationem de imperio suo Deo, nisi commouerentur aduersus detestandos dißipatores Ecclesiæ. Pertinet hoc ad Reges sæculi Christianos, ut temporibus suis pacatam velint matrem suam Ecclesiam, vnde spiritualiter nati sunt.*

4. Asserunt nonnulli *Ludouicum* Imp. 30. annos Purgatorij pœnas sustinuisse, propterea quod non satis viriliter hęresi Nicolaitarum restitisset. *Baron. Tom. 10. Anno Christi* 784.

5. Etsi *Leo Imp.* omni prorsus careret hæreticæ prauitatis contagio, tamen quia nõ cauit hæreticos, & indulgentius cum ipsis egit, dum Basiliscõ, Verinæ coniugis germano pepercit, & Zenonem, haud probè de religione Catholica sentiẽtem, generum sibi, & administratorem Imperij cooptauit, minus meruit à posteris laudari, præsertim cùm eiusmodi hominũ cõtubernio Rom. propemodum perdiderit Imperium. *Baron. Tom. 6. Anno Christi* 474. Rectè ergo pij Magistratus, ne libros quidem hæreticos asseruant, etsi eos legẽdi potestatem à Sede Apostolica obtinuerũt. Cogitant enim se, cùm ex hac vita decedendum est, nulli, nisi eadem potestate instructus sit, legare posse tale patrimonium, vnde aliquo inficiatur errore, atque ita vterque hæreditatem amittant æternam.

6. *Diocletianus & Maximianus Imperatores* ad Manichæos compescendos ac penitus submouẽdos dedère Rescriptum ad Proconsulem Africę, quod est in Codice Gregoriano tit. de Maleficis & Manichæis lib. 7. atque ita concluditur: *Iubemus auctores ac principes vnà cum abominandis scripturis eorum, seueriori pœnæ subijci, ita vt flammeis ignibus exurantur; consectaneos verò, & vsq; adeò contentiosos capite puniri præcipimus, & eorum bona Fisco nostro vindicari sancimus. Si qui sanè etiam honorati, aut cuiuslibet dignitatis, vel maioris personæ, ad hanc inauditam, & turpem, atque per omnia infamem sectam, vel ad doctrinam Persarum se transtulerunt, eorum patrimonia Fisco nostro associari facies, ipsosq; forensibus, vel Proconesibus, (al. frœnensibus) metallis dari. Vt igitur sanctus amputari mala & nequitia de seculo nostro*

Fixisse hanc hæresin altas radices in Africa, labores S. Augustini ad eam exstirpandam insumpti commonstrant.

stro beatissimo possint, deuotio tua iussis ac statutis tranquillitatis nostræ maturius obsecundare. Barō. Tom. 2. Anno Christi 287.

7. *Constantinus Magnus* in Concilio Arelatensi libenter tulit Fasces Proconsulum, & Magistratuum, ipsosq; Prouinciarum Rectores Christianos subijci ciuitatum Episcopis, imò ipsum auctorē fuisse par est credere, vt sanctissimi illi Patres eiusmodi de Prouinciarū Præsidibus Sanctionē promulgarēt: *De Præsidibus, qui fideles ad Præsidatum impetu prosiliunt, ita placuit, vt cùm promoti fuerint, litteras accipiant Ecclesiasticas communicatorias, ita tamē, vt in quibuscunq; locis ingesserint, ab Episcopo eiusdem loci cura de illis agatur, vt cùm cœperint contra disciplinam publicam agere, tunc demum à communione excludantur. Similiterq; & de ijs fiat, qui Remp. agere volunt.* Hac lege, in tam celebri Episcoporum conuentu, præsente, rogante, (vt par est credere,) atq; annuente Imperatore sancita, Schismatici atque hæreticis Præfecturis cæterisque Magistratibus excludendi penitus forent.

Baronius Tō 3. Anno Christi 314. Euseb. in vita Const. lib. 1. c. 37. 38. Conc Arel. cap. 7.

Idem non Arium solum mulctauit exilio, ut Sozom. *lib. 1. c. 20.* verùm etiam Episcopis omnibus & populis Edictum scriptum misit, vt tum illum, tum eius opinionis fautores impiorum numero ducerent: & si qui liber reperiretur ab illis scriptus, vt in ignem conijceretur: quòd si quis aliquem librum eius occultare deprehenderetur, ac non ilicò in publicum productum intenderet, vt capitis mulctaretur supplicio. Quin etiam epistolas ad ciuitates singulatim scriptas misit, quibus Arium, eiusq; fautores damnabat. In Edicto, quod extat apud Socrat. *lib. 1. cap. 6.* ita

Barō Tom. 3 Anno Christi 325.

Quem

quemadmodum Porphyrius, capitalis pietatis hostis, qui nefarios libros contra religionem Christianam nuper edebat, mercedem dignam laboribus recepit, & eiusmodi quidem, vt apud posteriora secula non ipse solum maximis probris vexatus fuerit, & turpissima infamiæ labe aspersus; verùm etiam impia eius scripta deleta penitus, & exstincta. Sic etiam visum est, Arium, & eius sectatores, Porphyrianos nuncupare, vt quorum sequuti sint mores, eorum etiam nomen habeant. Quin etiam, si quod opus ab Ario scriptum reperiatur, illud cremandum esse, vti non modò execrabilis eius doctrina funditus tollatur, sed etiam nullum monumentum eiusdem omnino relinquatur ad posteritatem. Illud etiam mandamus, vt si quis librum ab Ario compositum occultasse deprehensus sit, & eum non statim in medium adductũ igne combusserit, morte mulctetur: nam mox vt comprehensus fuerit, plectatur capite, &c. Huius Constantini sanctionis meminit Theodosius Iunior in Edicto, quod promulgauit aduersus Nestorium. *l. vlt. lib. Cod. Theodos.*

Inuidiosum ea ætate nomen, & ignominiosum.

Idem Anno Christi 326. quos obstinatos in schismate Meletianos esse cognosceret, & hæreticos post Nicænum Concilium in hæresi permanere, eos primùm, quos humanitas atq; benignitas non curásset, priuilegijs reliquis Christianæ legis cultoribus concessis, hac edita sanctione priuauit, & alijs oneribus obligauit: (*l. 1. de hæret. Cod. Theod. & Iustin. eod. tit.*) *Priuilegia, quæ contemplatione religionis indulta sunt, Catholicæ tantùm legis obseruatoribus prodesse oportet. Hæreticos autem atque Schismaticos non tantùm ab his*

priuilegijs alienos esse volumus, sed etiam diuersis muneribus constringi, & subijci.

Euseb. vit. Const. lib. 3. c. 61. 62. Baron Anno Christi 326.

Idem in alio Edicto aduersus hæreticos inter cætera ait: Cognoscite, quibus mendacijs vestra doctrinæ inanitas implicata teneatur, & quanus pestiferis quibusdam venenis vestra vita inficiatur disciplina, vt per eam integri ac valentes ad morbum, viui autem ad sempiternum interitum abstrahantur. O veritatis inimici, hostes vitę, internecionis auctores, & consiliarij pernicis apud vos veritati contraria, turpibus consentia maleficijs, ineptijs, & cõmentitijs fabulis ultantia, quibus certè mẽdacia struitis, premis insontes, fidelibus veritatis lucem denegatis, falsa visione, & specie pietatis semper delinquentes, omnia contagione vestra contaminatis, ex scientias integras & labe vacuas lethalibus plagis vulneratis, ipsum diem (penè dixerim) hominum oculis adimitis. Et: Patiemurne eiusmodi malorum contagionem longius serpere, præsertim cùm longa dilatio faciat, vt sani ac valentes ea tanquam pestifero morbo inficiantur? Curatur non cum maxima celeritate eiusmodi pestilitatis, vt ita dicam, radices animaduertuntur? pœna publica amputamus? atque quò ista vehementis pestis pernicies longius grassari impediatur, per hanc legem mandamus, ne quis vestrum publicum conuentus cogere audeat. Et propterea etiam iubemus, vt vniuersæ ædes vestræ, in quibus congressus illos celebrare cõsueuistis, penitus euertantur. Et hæc cautio eò vim suam porrigat, vt non modò nõ in publicis, sed ne in priuatis quidem ædificijs, aut in locis vllis separatis hinc vestræ superstitiosæ amentiæ factiones coeant.

Et: Mandauimus, vt omnia superstitionis vestræ loca, in quibus conuenire solebatis, omnia dico hæreticorum templa (si modò templa appellare conuenit) sine recusatione aut controuersia diruantur, & diruta absq; mora Catholicæ tradantur, & diruta absq; mora Catholicæ tradantur Ecclesiæ; reliqua loca publica Reip. vsui addicantur, ne vlla in posterum vobis conuentus celebrandi relinquatur facultas, &c. *Sozomenus addit lib. 2. cap. 30.* Hac lege promulgata istarum sectarum memoria magna ex parte deleta est. Et: Hac lege sancita, hæretici propter Episcopos & Clericos, qui eos assiduò obseruabant, facultatẽ minimè habuerunt, vel palàm, vel in occulto cõuentus peragendi. Qua de caussa complures eorum admodum perterriti, se Ecclesiæ Catholicæ addixerunt, &c.

Vox immortali laude, ipsoque Orbis Imperio dignissima.

1. Ad *Iouianum* cùm, summa militum voluntate, in suprema rerum difficultate, hostibus à tergo, à fronte insultantibus, post Iuliani Apostatæ cædem, Imperium fuisset delatum, præcisè negauisse, qui Christianus esset religione, non Christianis imperare posse: *Non possum*, inquit, teste Theod. lib. 4. cap. 1. *cùm sim Christianus, eiusmodi hominibus imperare, neq; regere Iuliani exercitũ, qui tam pestiferæ doctrinæ præceptis imbutus sit. Nam qui sunt ita instituti, hi diuina destituti prouidẽtia, tum ab hostibus facile expugnari, tum eisdem materiam ad lætitiam præbere solent.* Quibus verbis auditis, milites conclamare vno ore, ac dicere: *Ne animus tibi, ô Imperator, vlla astuet dubitatione, neq; nostri imperium, tanquam improbũ deuites: nam & Christianis hominibus, & disciplina veræ pietatis educatis imperabis. Siquidem qui sunt inter nos ætate prouectiore, hi à Constantino e-*

Baron. Anno Christi 363. Quasi miraculo electus Imp. recusat imperare gentilibus.

ruditi erant, qui autem adolescentiores, illi præceptis Constantij instituebātur. Tempus certè imperij Iuliani, qui iam morte occubuit, vt perexiguum, ita non satis ad erroris perniciem in animis eorum, qui eadē infecti erant, altius infigendam fuit. His persuasus Iouianus, ipsis dantibus, accepit habenas Imperij Addit Sozom. *lib.6.c.3.* detrectasse Iouianum exercitui assentire, quousq; milites se iridē Christianos esse clamassent. Idem affirmat Socr. *lib.3.c.19.* & ante hos omnes Ruff. *lib.2.c.1.*

9. *Gratianus Imp.* sanctionem promulgauit, qua hæreticorum omnium ora blasphema compescuit, ad Hesperium Præfectum Prætorio, ita scribens: *Omnes vetitæ legibus & diuinis & imperialibus hæreses perpetuò conquiescant*, &c. In Codice Iustinianeo additur: *Hæreticorum autem vocabulo continentur, & latis aduersus eos sanctionibus succumbere debent, qui vel leui argumento a iudicio Catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deuiare.* l.5. de hær. C. Theod. & eod. tit. Cod. Iustin. l. 2. *Baron. Anno Christi 379. Tom.4.*

10. *Theodosius senior*, Deo omnia accepta ferens, Imperium atq; vitâ, nihil antiquius habuit, quam de fide Catholica bene mereri. Hinc S. Augustinus, *de Ciu. Dei lib.5.c.26.* de eo ait: Ex ipso inter Imperij sui non quieuit iustissimis & misericordissimis legibus aduersus impios laborantibus Ecclesiæ subuenire, quam Valens hæreticus, sæuiens Arianis vehementer afflixerat, cuius Ecclesiæ membrū esse magis, quàm in terris regnare gaudebat. Extat in Cod. Theod. *l.2. de fide Cathol.* hoc aurea Sanctio ipsius: Cunctos populos, quos clementiæ nostræ regit temperamentum, in tali volumus religione versari, quam diuinum Petrum

Apo-

Apostolum tradidisse Romanis, religio vsq; nunc ab ipso insinuata declarat, quamq; Pontificē Damasū sequi claret, & Petrū Alexandrię Episcopū, Virū Apostolicæ sanctitatis. Hanc legē sequentes Christianorū Catholicorū nomen iubemus amplecti; reliquos verò demētes vesanosq; iudicantes, hæretici dogmatis infamiā sustinere, nec cōciliabula eorū Ecclesiarū nomē accipere, diuina primùm vindicta, post etiam motus nostri, quem ex cælesti arbitrio sumpserimus, vltione plectendos. *Baron. Anno Christi* 380.

Anno Christi 381. edidit *Theodosius Imp.* cum aliis *Impp. Gratiano* & *Valentioiano* aduersus hæreticos Sanctionem, in qua inter cætera hæc sunt verba: *l. 6. de hær. C. Theod.* Nullus hæreticis mysteriorū locus, nulla ad exercendā animi obstinationis dementiam pateat occasio: arceantur cunctorum hæreticorum ab illicitis congregationibus turbæ. ac si quid erectio factiosa tentauerit, ab ipsis etiam vrbium mœnibus, exterminato furore, propelli iubemus, &c.

Idem Anno Christi 381. Edicto vetuit, ab hæreticis (qui iā expulsi ab Ecclesijs erant, vetitique synaxes agere) fabricari Ecclesias intra vel extra vrbes, in quo addidit: (*l. 8. de hær. C. Theod.*) Omnia loca fiscalia statim fiant, quæ sacrilegi huius dogmatis, vel sedē receperint, vel ministros. Eodē Anno hæreticos infamiā notatos, intestabiles reddidit, & ne quid caperēt ex Testamēto prohibuit: (*l. 7. de hær. C. Theod.*) & hęc rescripsit aduersus Apostatas: *His, qui ex Christianis pagani facti sunt, eripitur facultas iusq; testandi.* * *l. 1. de Apost. C. Theod.*

Anno Christi 382. *Imppp. Gratianus, Valētinian°, & Theodos°* aduersus Manichęos, clādestinos cōuentus

uentus agentes, ediderunt sanctionem, qua cùm pluribus illos pœnis afficiant, eosdem iubent inquiri, omniq́ue solicitudine peruestigari. (*l. 9. de hær. Cod. Theod.*)

Anno Christi 383. cùm Theodosius Imp. Constantinopoli Concilium congregasset, vt hæreticos omnes sub vna fide connecteret, eos ad se vocatos, vt beneficẽtia prouocaret, officijs sibi deuincire conatus est: cumq́ue indulgentius, quàm par erat, cum ijs agere videretur, Orthodoxo si nonnihil commouit animos: veriti enim sunt, ne Imperator illorum circumuentus astutia, proceps abduceretur in hęresin. Quamobrem S. Amphilochius, Iconij Episcopus, cùm factis, tum verbis redarguit Imperatorem. Nam cùm forte intra Palatium, *ait Theodor. lib. 5. c. 16.* esset, videretq́ue astantem Imperatori filium Arcadium, qui nuper Imperator creatus fuerat, ipsum Imperatorem Theodosium salutauit quidem; sed filium sine honore dimisit. Imperator autem ratus Amphilochium oblitum officij, iubet ad filium accedere, eumq́; osculari. At Amphilochius respondit, satis esse, quòd ei honorem habuerit. Itaque Theodosius rem acerbè & grauiter ferens, probrum filio obiectum, iniuriæ loco sibijpsi illatæ numerauit. Tum sapientissimus Amphilochius, declarans Imperatori, quod animo instituebat, contenta voce: *Vides*, inquit, *ô Imperator, quàm ægrè ignominiam filij tui patiare; immò verò illis, qui in eum insultant, vehementer succensis. Credas igitur mihi velim, huius vniuersitatis rectorem Deum, eos, qui contra Filium suum vnigenitum loquuntur blasphemias, itidem detestari, & tanquam ingratos erga Saluatorem & Patronum suum,*

odio prosequi. Cuius institutum cùm hoc pacto intellexisset Imp. facta eius dictaque simul admiratus, legem protinus conscripsit, quæ vetabat conuentus ab hæreticis agi,&c.

Aduersus hæreticos, qui in Synodo Constantinopolitana non resipuerant, hæc edixit: *l.2. de Apost. Cod. Theod.* Omnes omnino, quoscunque diuersarum hæresum error exagitat, nullis circulis coëant, nullam colligant multitudinem, nullum ad se populum trahant, nec ad imaginem Ecclesiarum priuatos parietes ostendant: nihil vel publicè, vel priuatim, quod Catholicæ sanctitati officere possit, exerceant, &c.

Aduersus omnem hæresin hæc: (*l. 12. de hær. Cod. Theod.*) Neque publicis, neque priuatis aditionibus intra vrbium, atque agrorum, ac villarum loca, aut colligendarum congregationum, aut constituendarum Ecclesiarum copiam præsumat, nec celebritatem perfidiæ suæ, vel solemnitatem diræ communionis exerceat, neque vllas creandorum sacerdotum vsurpet atque habeat ordinationes. Eædem quoque domus, seu in vrbibus, seu in agris, in quibus passim turbæ professorum ac ministrorum talium colligētur, Fisci nostri dominio iuriq́ue subdantur; ita vt hi, qui vel doctrinam, vel mysteria conuentionum talium exercere consueuerunt, perquisiti, ab omnibus vrbibus, ac locis, propositæ legis vigore constricti, expellantur à cœtibus, &c.

Idem hæreticos sæpe damnatos, sæpeq́ue ex Oriente pulsos, iterum reuertentes, seq́ue fidelium cœtibus in ciuitatibus insinuantes, Anno Christi 384. recenti lege proscripsit: (*l.13. de hær. Cod. Theod.*)

S. Ambrosius epist. 30. *De negotijs ciuilibus si quid statuitur, nemo putat esse temerandum, ex præceptum de religione calcatur?*

Anno Christi 388. in expeditione aduersus Maximũ Tyrannũ scripsit cõtra hæreticos: (*l. 14. de hær. Cod. Theod.*) Hæresum sectatores ab omnibus locis iubemus inhiberi, à mœnibus vrbiũ, à congressu honestorũ, à Cõmunione Sanctorũ: instituendorũ Clericorũ non habeant potestatẽ congregandarũ congregationũ, vel in publicis, vel in priuatis Ecclesijs careãt facultate: nulla ijs faciendorũ Episcoporũ præbeatur auctoritas: ipsi quoque Episcopi nomine destituti appellationẽ huius dignitatis amittant: adeant loca, quæ hospitissimũ quasi vallo quodammodo ab humana communione secludant. His etiam illud nectimus, vt illis omnibus adeundi atq; interpellandi Serenitatem nostram aditus denegetur, &c. adiecit alias in eodem procinctu aduersus hęreticos sanctiones: atq; ita constrauit viam ad futuram victoriã, dum primùm expugnauit impietatẽ, eius sectatores legibus exagitans, manu altera aduersus hæreticos pugnauit, altera Maximum debellauit.

l. 15. de hær. C. Theod.

l. 16. de hær. C. Theod.

Anno Christi 391. quòd cuperet Orientalem Ecclesiam ab omni hæreticorum labe purgatam prorsus reddi, eiusmodi edidit Sanctionem: Hæreticorum polluta contagia pelli vrbibus, vicinis, proturbari, ac nullis penitus iubemus patere conuentibus, ne quoquam sacrilega cohortalium hominum colligatur. Nulla eorum peruersitati vel publica conuenticula, vel latiora erroribus secreta tribuantur.

l. 20. de hæret. C. Theod.

Anno Christi 392. aduersus hæreticos iterum scripsit: In hæreticis erroribus quoscunque constiterit vel ordinasse Clericos, vel suscepisse officium Clericorum, denis libris auri viritim

l. 21. de hær. C. Theod.

mul-

mulctandos esse censemus: locum, in quo vetita tentantur, si connuentia domini patuerit, Fisci nostri iuribus aggregari. Quòd si id possessorem ignorasse constiterit, conductorem eius fundi, si ingenuus est, decem auri libras Fisco nostro inferre præcipimus; si seruili fæce descendēs, paupertate sui pœnam damni ac vilitate contemnit, cæsus fustibus, deportatione damnabitur. Tum illud specialiter præcauemus, vt si villa Dominica fuerit, seu cuiuslibet publici iuris, & conductor & procurator licentiam dederit colligendi, denis libris auri, proposita condemnatione mulctetur. Verùm si quos talibus repertos obsecundare mysterijs, ac sibi vsurpare nomina Clericorum, iam nunc proditum fuerit, denas libras auri exigi singulos & inferre præcipimus. Vide *Augustin. epist. 50. 68. & aduersus Crescent. lib. 3. c. 47.*

Anno Christi 394. in ipso procinctu aduersus Eugenium Tyrannum, Occidentale Imperium occupantem, nouis Edictis Christi hostes insectabatur hæreticos, hæc rescribens: *l. 22. de hær. C. Theod.* Hæretici neque Episcopi faciendi potestatem, neque Episcoporum confirmationes licitas habeant. Et: Nec Antistites eorundem audeant fidem insinuare, quam non habent, & ministros creare, quod non sunt, &c.

11. *Arcadius Imp.* ipso ingressu in Imperium, Anno Christi 395. parētis Theodosij maximè pijs insistens vestigijs, nihil antiquius habuit, quàm Christianam religionem, ipsamq; fidem Catholicam sartam tectam seruare, atq; legibus communire. Ad Ruffinum Præfectum Prætorio ista rescri- *Pluribus hæretici exagitantur Edictis.*

reſcripſit: (*l.26.de hær.C Theod.*) Omnes pœnas, cuncta ſupplicia, quæ Sanctionis diuæ recordationis genitoris noſtri aduerſus hæreticorum ſunt pertinaces ſpiritus conſtituta, noſtro etiam decreto reparantes, decernimus: quidquid etiam his eſt contra meritum delinquentium, ſpe eorum rectionis, ſpeciali quadam ſanctione conceſſum, id irritum eſſe, &c. Et: Ne quis hæreticorum, quos iam leges innumeræ diui noſtri genitoris continent, audeat cœtus illicitos congregare, profanaque mente Omnipotentis Dei contaminare myſterium, nec publicè, nec priuatim, nec in ſecreto, nec palàm. Nemo audeat Epiſcopi nomen adſciſcere, vel Eccleſiaſticum Ordinem, eorumque ſanctiſſima nomina pollutis meritis vſurpare. Et ad Aurelianum Proconſulem Afr. (*l.28.de hæret. C. Theod.*) Hæreticorum vocabulo continentur, & latis aduerſus eos Sanctionibus debent ſuccumbere, qui vel leui argumento à dicio Catholicæ religionis & tramite deuiſ fuerint deuiare.

Idem inquiſitionem, aduerſus callidè ſe occ tantes hæreticos, habendam eſſe præcepit, ita ſcribens ad Marcellum Magiſtrum Officiorum (*29.l.de hær.C. Theod.*) Sublimitatem tuam omn ſtigare præcipimus, an aliqui hæreticorum vel ſcrinijs, vel inter Agentes in rebus, vel inter latinos, cum legum noſtrarum iniuria audeant militare, quibus, exemplo diui patris noſtri, omnibus & à nobis negata eſt militandi facultas. Quoſcunque autem deprehenderis culpæ eius finis, cum ipſis, quibus & in legum noſtrarum & in religionum excidium conniuentiam præſtiterunt, non ſolùm militia exui; verùm etiam

extra mœnia vrbis iubeas arceri.

Anno Christi 396. aduersus hæreticos rescripsit: (*l.* 30. *de hær. C. Theod.*) cuncti hæretici procul dubio nouerint omnia sibi loca huius vrbis adimenda esse, &c. Omnes Clerici hæreticorum ex sacratissima vrbe pellantur, neq; his finibus liceat conuenire, &c.

11. Anno Christi 398. ab *Honorio Imp.* (*l.* 34. *de hær. C. Theod.*) lex edita est, quæ etiam aduersus hæreticos domi recipientes capitale supplicium irrogauit: in fine eius legis dicitur: Codices eorum, scelerum omnium doctrinam & materiam continétes, summa sagacitate mox quæri ac prodi, exerta auctoritate mandamus, sub aspectu iudicantium incendio mox cremandos. Ex quibus si qui fortè aliquid qualibet occasione vel fraude occultasse, nec prodidisse conuincitur, sciat se velut noxiorum codicum & maleficiorum crimine conscriptorum retentatorem capite esse plectendum. *Baron. Tom. 5. pag. 65.*

Ioannes Chrysostomus Episcopus Constantinopolitanus haud potuit quieuisse quoadusque Ariani hæretici Imp. Arcadij mandato ab vrbe penitus pellerentur. Quod hac ratione consecutus est: opportunum enim ipse tempus nactus, Anno Christi 400. quando Imperator venit ad sacrum, fusto eum ad id vocante, (erat enim dies Epiphaniorum) cùm sic ipsum compellauit his verbis: *Dic mihi, ô Imperator, si quis huic pulchræ & pretiosæ* (ostendens coronam, quam habebat in capite) *quosdam abiectos & obscuros lapides inseruisset, videretur hoc tibi esse tolerandum, & non, tanquam vniuersa per illos afficeretur contumelia, egrè tulisses?* Cùm is autem veritatis sermoni annuis-

Metaphr. in vita Chrysost. & Chrysost. Tom. 1.

nuisset: *Quid verò*, inquit, *non existimas vniuersum Regem irasci, si in pia ciuitate, quæ omnino recte se habet, pars, quæ malè sentit, sinatur habitare: cùm oporteat vel ab illis exigere, vt conuertantur; vel si perseuerant, protinus expellere?* Hæc cùm audisset Imp. nõ distulit, nec est cũctatus; sed primos eorũ statim accersijt, & ex eis scire voluit, num in animũ inducerent, à fugiẽda desistere opinione, minatus exiliũ, & bonorum suorũ priuationem ijs, qui non parêrent. Cùm autẽ vidisset eos esse immedicabiles, minas deduxit ad effectum, & iussit eos expelli à ciuitate. Hoc effecit, vt nonnulli errorem dediscentes, se rectæ adiungerent opinioni. Addit ad hæc M. Diaconus, (*in Act. S. Porphyrij Episcopi Gazensis.*)

Imperatorem, cùm intellexisset complures suorum, vel in aula militantium, vel magistratibus fungentium, esse hæreticos; sed extrinsecus speciem præ se tulisse Catholicorum, eosdem Magistratibus pulsos, pecuniaq; mulctatos penitus reiecisse.

Anno Christi 405. *Imp. Honorius* diuersas leges contra hæreticos tulit, (quas citat Baronius, Tom. 5. *pag.* 230. ideoq; Deus magna ipsi anno sequenti contulit beneficia. Quantũ autẽ emolumenti Catholicę vnitati istarũ seueritas legũ attulerit, patet ex Augustino, *epist.* 18. *ad Vincentiũ*, vbi plurimus disputat bene consuli Schismaticis & hæreticis, si legũ seueritate (vt phrenetici vinculis) ad Catholicã Ecclesiam redire cõpellantur.* Anno Christi 1407. nouo Edicto hæreticos exagitat, & crimẽ hæresis Maiestatis delictum censet: ideoq; nouis à Deo ornatur beneficijs. Consule Theologiã Iuridicã Tiekleri, & Bellarm. disp. de Laicis §15.

* *Vide eundem epist.* 50. *ad Bonifacium, & Baron. Tom.* 5. *pag. mihi* 231.

SIGNVM LXXVI.

HISTORIOGRAPHOS BONOS amare, & diligenter legere.

Historias optimos legere.

EX lectione historiarum summa existit vtilitas (vti probat Ant. Possev. *Bibl. sel. lib. 1. c. 13. & 14.*) 1. Non solùm res gestas ab obliuionis iniuria vindicat; sed valet etiam ad vitam diutissimè producendam, quæ quidem videtur breuissima vitæ ignorantibus vsum, ac diligentibus hunc mundum, cuius figura præterit. Ex historia enim in mentes nostras admittimus, vti in hospitium, antegressas omnes ætates, ac tanquam peregrinos, qui varias obierunt Prouincias, excipimus: quamobrem fit, vt cuncta penè illa vidisse, ac semper vixisse existimemur, idque nullo periculo, plurima verò cum voluptate, dum & calamitates eorum temporum euasimus, attamen ex alijs, quæ possunt vsui esse nobis, addiscimus.

Producit vitam.

Vide signum 31.

Et verò amissam valetudinem recuperasse aliquos lectione historiarum certum est, quòd animus auocatus à mœrore, dum pascitur oblectatione nouarum rerum, imperium recipit in corpus, ac facit vt conualescat. Memoria parentum nostrorum vixit is, quem litterarum parentem vocârunt, *Laurentius Medices*, Florentinus Princeps. Hic cùm morbo laboraret, qui opera Medicorum non poterat abscedere, historiæ lectione illius, quæ de Conrado III. Imp. fertur, conualuit, qui visa Guelfi Bauariæ Ducis vxoris, & aliarum erga maritos, quos humeris efferebãt, pietate, obsidionem soluit, ac omnem

Historiarũ voluptas.

Sueuiæ oppidum Vinspergum obsidetur.

omnem hosti iniuriam condonauit. Cùm enim Guelfum obsidione diuturna fregisset Cęsar, nec vllis conditionibus à proposita susceptaque vrbis euersione deduceretur, ad extremum, victus nobilium fœminarum precibus, permisit, vt inuiolatæ abirēt, ea lege, vt nihil ex vrbe, nisi quod humeris efferre possent, exportarent. Tum illæ, confidentia maiore dicam, an pietate, Ducem ipsum, maritos, liberos, parentes, ab humeris suspensos gestare cœperunt. Ex quo Imperator tantam voluptatem cepit, vt, effusis præ gaudio lacrymis, non modò feritatem & iracundiam ex animo penitus deposuerit; verùm etiam pacem vrbi pepererit, & amicitiam cum hoste omnium acerrimo contraxerit. Quem non oblectaret, quòd neglecta supellectile maritos suos singula humeris extulerunt? *Abbas Spanheimensis, Gotfridus Viterbiensis, AEmilius lib. 7.*

Idem contigit *Ferdinando & Alphonso Hispaniæ ac Siciliæ Regibus*, qui valetudinem, quam Medicis non poterant, lectionis suauitate recuperârunt: alteri Liuius, alteri Q. Curtius valetudinem amissam restituit. Hic enim Capuæ adversa valetudine laborans, Medicis multa medicamenta adhibentibus, in grauissimo morbo Q. Curtij historias de Alexādri Magni rebus gestis descriptas legere cœpit, cuius lectione delectatus, cùm omnem morbi improbitatem superasset, sanitati restitutus dixit: *Valeat Hippocrates, & alij Medici; & viuat Curtius, restitutor sanitatis meæ.* (Panor. & AEn. Sylu.)

Veteribus historijs, inest veneratio antiquitatis: recentioribus, gratia nouitatis.

Ac non solùm corporis, verùm etiam animi morbos sic depellit historia, vt quorū vita mors esset, ea momento conuertatur in veram & salutarem

tàrem vitam, ex qua perennes vtilitates sibi & vniuerso mundo plurimi peperêre. *Ignatius*: is, qui Societatem Iesu condidit, vir vt illustris, ita militaris, cùm pro patria dimicans, grauissimè vulneratus, in hostium manus venisset, sic ex vna spirituali historia animo conualuit, vt post remedia corpori adhibita, multo maior & vtilior dux euaserit, quàm si sæcula plura in militiam impendisset. Præterea ad iusta bella suscipienda, adtuendam intrepidè patriam, ad Iurisprudentiam, Canonesque Patrum legitimos dignoscendos, ad meliores Rerump. & administrationum formas inspiciendas, constituendas, seruandas, augendas, ad ipsam (quod caput est, & ex quo pendent summæ omnium expeditiones militares) diuinæ Reip. tum ante, tùm post Christi aduentum in Ecclesia institutæ, faciem, ordinem, Magistratus; conuersiones item & casus Regnorum ac Rerump. agnoscendos, scientiarum denique veritatem eruendam mirificè conducit.

Lucullus cùm Roma bellicæ rei rudis in Asiam traijceret, ita illa nauigatione vorauit historias, vt obseruans quidquid futuræ administrationi vsui esse posset, Mithridatem deuicerit, & maximus imperator euaserit.

Sed & ad imitandum efficacissima est historia, quippe ex ijs, quæ cernimus ab alijs perducta ad effectum, sicut rationes & modi in oculos incurrunt, ita erigitur spes ad eadem aggredienda, ac vi quadam, quam secum quasi connatam ferunt exempla, semen in animis nostris altius spargitur, quod certè fructus edit vberiores, quàm è præceptis haurimus. Posteritatis contumelias (inquit Tac.) sentiebat Tiberius Augustus ex

ſuorum ſcelerum conſcientia; quare à multis abſtinebat, tegebat alia. Quare vel hoc nomine is ipſe Tacitus ſolam hanc ſcribendi legendiue hiſtorias putabat rationem aptiſſimam, qua à vitijs deterrerentur improbi, ad virtutem inflammarentur boni. Breuiter, hiſtoria eſt arca vniuerſæ antiquitatis, & tanquam in ſpeculo docet ornare & componere vitam ſuam ad alienas virtutes.*

*Plut. Thimoleon.

Certè diuina ipſa hiſtoria Spiritus Sancti afflatu tot Heroum geſtis quaſi luminibus interſtincta fuit, vt quibus verba non eſſent ſatis, hi geſtis amicorum Dei permouerentur.

Et ſi Barbari profanis hiſtorijs permoti tanta ſunt auſi, vt clariſſimam de ſe poſteris memoriam reliquerint, quidni hoc ipſum Chriſtianis pectoribus bonæ efficiēt hiſtoriæ, ac reliqui libri, ſed eum finem, in quem ſcribi ac legi debent, cordate legantur? Non ignotū eſt, quàm acutū calcar Cyrus Scipioni Africano, Achilles Alexandro Magno, hic Philopœmeni, Cæſar Turcarū Regi, Ludouicus Vndecimus Galliæ Rex Carolo Quinto addiderint, dum eorum hiſtorias, aut ne hiſtorias quidē; ſed vel poëmata Homeri, vel Xenophontis Cyropędiā legiſſent. At ſi hiſtorię Ducū & Imperatorū, qui religione ac fortitudine fuēre præſtantes, ſedulò verſentur, certiſſimè id fit quod de ſectorū vitis inquit Baſilius: *Quibus*, ait, *qui diligenter ſtudet, optimè ſuæ vitæ prouidet.* Quamobrē & fortium virorum, atq; ipſorū Martyrum imagines ob oculos perpetuò poni voluit Eccleſia, quæ contra earum fractores ſummo conatu vnanimis vbiq; ſe oppoſuit, ne efficaciſſima ad imitandum memoria tolleretur. *Quis enim* (inquit penè ſimilibus verbis Taraſius Patriarcha Conſtantinopolitanus,

ianus, aduersus Iconoclastas) coloribus expressum videns eum, qui decertat, & ignē despiciens, & nube flagellorum circumdatum; & in his Creatori confidenter spiritū emittentem, nō cadis circumfunditur lacrymis, & suspirijs ac gemitibus compungitur? Quis eum, qui se exuit ad grauia cruciatuum & suppliciorum genera patienda, & postremò tortum aspiciens, non cordis contritione pectus tundens recedit? Quis eum videns, qui pro Christo se tradidit lictoribus, compedibus, manicisque, & fidibus constringi, & deinde in supplicijs intolerandis fortiter expirare, non admiratur patientiam, inuictamque excelsi animi virtutem, & fidem? Quis alium spectans, qui nec vllum emittit verbum indignum pietate, & verò in lateribus interea, & in dorso laniatur, non emollescit commiseratione? Quis non impletur admiratione, & quatitur timore, cùm videt eum, qui pro fide patitur, omnia membra sua distribuentem ad Dei sacrificium & oblationem, quæ vsque ad musculos, femur, & talos scinduntur immisericorditer; non miratur, inquam, laboriosissimam in decertando patientiam? Quis eum adspiciens, qui leonibus obijcitur deuorandus, & dentibus eorum molendus, veluti cælestis panis, mensæ cælesti iam iam parandus, non fit animo particeps illius martyrici spiritualis conuiuij? Quis eum contemplans, qui acerba catena propter Deum exagitatus, & in altum sublatus, & loris, ac scuticis vibices habet extensas, & tandem gladio mortem subit, non, seipsum omnino cordis contrahens contritionibus, conuertitur ad gratam DEI glorificationem?

Quis eum videns, qui rectus in ligno vinctus, & cuius exinaniuntur intestina frequentibus ictibus flagellorum, & qui diuturnam illam sustinet in ligno perpessionem, & sine visceribus ingrediens, funebrem quandam saltat saltationem, ab diuino telo in corde sauciatur, tabernaculum & templum pietatis efficitur? Quis videns, cui caput tyrannica sententia propter Christum fecerit amputatum, qui quasi sanguineis fluctibus horsum fertur à reliqua cymba corporis, nutu autem diuini auxilij eadem membra iterum vnit per mare tanquam per aridam recto itinere ingredientia, etiamsi durissimo sit corde, non ibi tim venit ad portũ tranquillitatis spiritalis? Quis eum, cuius vngues arundinibus acutis perfodiuntur, & qui in ebullientem picis lebetem prius immergitur, & rursus emergit, & gladio horribiliter consummatur, adspiciens, non manus ad Deũ sustulit, & non optauit deinde talem experiri cruciatum? Quis eos, qui gelu hiberno & aliis algore conglaciant, & nudi decertant, attente considerans, & qui crurum sustinent fracturas, & cùm ardentes carbones naturæ robore effugerint, in fluuiorum fluenta eorum reliquiæ proiiciuntur, non desiderauit eos habere Patronos, precibusque ad sese eorum acrem & dignam defensionem allicere? Hæc autem, *addit Tertullianus*, videris non solùm fieri in masculis, sed etiam in fœminis, quæ paribus præliantur certaminibus atque equuleorum, & rotarum, ac ceterorum tormentorum nullam ducunt rationem. Quanquam hæc fieri cernens in mollissimo sexu, tum muliebrem abijciat timiditatem, tum verò audacia, nõ temeraria audacia inductus, ad Deum [illegible] nebras

nebrem non canat laudationem, & apertè pro-
nuntiet inuictam hanc fortitudinem? Quis vidēs
immaturorum ætatem puerorum in asperrimis
doloribus, tanquam in aquis innatantem, & tan-
quam lac coagulatum, emulsum ex vberibus fi-
dei, omne genus tormenti & supplicij simul fe-
rentem propter Christum, non intelligat hoc es-
se diuini opus auxilij, quod & muliebrem imbe-
cillitatem virtute virili facit robustiorem, & im-
puberem ac puerilem imperfectionem ostendit
spiritu ac sensu esse mutatam in senilem maturi-
tatem? Quis Teclam & Stephanum, qui primi
post Christum athleticā portam aperuêre mar-
tyribus, hunc quidem videns lapidibus oppeti-
tum, & occidentium per precum intercessionem
apud Deum curam gerentem; illam verò & fera-
rum sæuitiam despicientem, propter suam non
fictam in Christum, quem desiderabat, charitatē,
non statim discit non malè precari inimicis; sed
tanquam benefactoribus eis gratiam referre; &
aduersus omnem belluinam & amentem depug-
nare sæuitiam. Sed transeo ad Deum meum, &
Dominum, qui Martyrum dux fuit, posteris dis-
pensator victoriæ, quem in ligno cernens clauis
affixum, & spongia, aceto, & felle potatum, & la-
tere lancea punctum, & ex eo viuifica fluenta e-
mittentem, horreo, & à me discedo, honoroq́ue
inuestigabilem & stupendam sui demissionem,
eiusque admiror summæ malorum tolerantiæ
pelagus. *Hæc ille.*

1. *Alphonsus* Calabriæ Dux Senior Antonio Pa-
normitæ incredibili voluptate operam dabat a-
liquid ex Priscorum Annalibus referenti: quin
etiam veterum ab eo scriptorum lectiones sin-

gulis diebus audiebat. Pont. *de Principe.*

2. P. *Scipio Africanus* Xenophontem sic adamauit, vt nunquam eum de manibus poneret; sed in castris etiam, interq; tubarum classica & armorum sonitus legeret. (*Plut.*) Cùm cyropædiæ Xenophontis animo penitus haberet compertissam, ex eaque omnes omnium virtutum ac laudum cumulos collegisset, tantus vir euasit, vt non modò bellum ingens in Hispania, ortu contemptu aliorum Imperatorum ex admiratione Scipionis, exarserit, verùm etiam latronibus ipsis sanctus & inuiolatus extiterit. Cùm enim piratæ Linterni ad eius villam adijssent, eosque ab aditu, quasi Scipioni vim illaturos seruibus nuè propulsarent, illi supplices à seruis petierunt, vt sibi diuinum illum hominem contrectare ac venerari liceret, quod ille, re intellecta, permisit, (*Liu.*) & latronum barbariem ad humanitatem reuocauit.

3. C. *Iulium Cæsarem* ad militarem virtutem impulit æmulatio Alexandri, cuius victoriam cùm legeret, lacrymas vberius effudit, quod ea ætate, qua ille terrarum Orbem domuerat, nihil dum egisset. *Vide signũ 62. & 64.*

4. *Alexandro* tot victoriarum causa fuit virtus Achillis, ab Homero (sine quo ne somnum quidem capiebat) ad imperatoris optimi exemplar efficta?

5. *Carolum V.* ad tantam gloriam excitauit Ludouici XI. Regis Gallorũ æmulatio, & quia etiam adolescenti Adrianus institutor prælegit libros historicos Regũ, ea inde hausit gubernandi documenta & principia, quæ illũ nõ solùm Catholicũ & piũ præstiterunt; sed etiã in maximum & pote-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

simum Principem, successibus felicem, euexê-
re. Inde enim clarè intellexit, fundamentum Re-
gni, & Politiæ, totiusque prosperitatis, in vera
religione & iustitia collocandum esse: extra hæc
nihil Christiano Principi fore firmum aut tran-
quillum. Idem Thucydidis lectioni, & Philippi
Cominæi Commentarijs operam impendit.

6. Habuit *Imp. Tacitus* eo in honore historicum Cornelium Tacitum, vt omnibus in Bibliothe-
cis eum collocari curaret. (*Sabell. lib. 7. En-
nead. 7.*)

7. *Tito Vespasiano* sic charus Iosephus extitit, vt Hierosolymis captis, potestatem ei faceret petendi & exportandi inde, quidquid vellet. (*Io-
seph.*) Neque sine ratione. Nam de Græcis dici-
tur, semper pueros illos esse, quòd nulla anti-
quorum temporum notitia, ac nulla senili & *Vide de ci-
cibus.*
cana scientia eorum animi essent imbuti, seu, quòd Antiquitatis memoriam non haberent. (*A-
pud Plat. in Timæo.*) Et Cicero ait: (de Orat. per-
fecto.) *Nescire quid antequam natus sis acciderit, ut semper puerum esse.* Thucydides (quem Demo-
sthenes descripsit octogies) ait lib. 1. Historia est perpetua possessio & thesaurus, qui nunquam è manibus excidere debet, vt eo adiuti similia ne-
gotia pareq; casus in Rep cõmodius tractemus, quando causæ incidunt ferè semper similes, seu, vt inquit Arist. 1. Rhet. c. 11. *Vt plurimum præteritis futura similia sunt.* Vnde Isocrates, Orat. ad Ni-
clē: *Si præteritorũ memineris, de futuris etiã re-
ctius deliberabis.* Et Seneca epist. 83. *Consiliũ futuri venit ex præterito.* Vide de Doctorum honore, & pag. 1. Theatri historici. Sed reuertor ad Exem-
pla.

8. Dionysius Milesius historicus *Hadriano Imp.* tam acceptus fuit, vt inter Satrapas Equitesque præcipuæ notæ numeratus, & mensæ Imp. quæ præclaris & spectabilibus viris duntaxat patebat, particeps factus sit. (*Philostr. in Sophista.*)

9. *Alex. Seuero Imp.* fuit cõsuetudo, *ait Lamp.* vt si de iure, aut de negotijs tractaret, solos doctos & disertos adhiberet: si verò de re militari, milites veteres & senes, bene meritos, & locorũ peritos, ac bellorum, & castrorum, & omnes literatos, maximè eos, qui historiam norant, requirens, quid in talibus casibus, quales in disceptatione versabantur, veteres Imperatores, vel Romani, vel exterarum gentium, fecissent. In maxima rerum trepidatione, quoties imprudentes faciendæ erant, peritos historiæ prius consulebat, quàm quicquam inciperet, ratus eos dentibus bene præclareque gerendis rectè iudicare posse, qui omnium hominum mores & consilia etiam res malè beneque actas, cognitione atque memoria comprehendissent. Idem post actus publicos, seu bellicos, seu ciuiles legebat libros Platonis de Rep. libros Ciceronis de Officijs, de Rep. item vitam Alexandri Magni. Nam historiæ (*Liu. lib. 1. Dec. 1.*) omnis exempli documenta in illustri posita monumento dant intueri; vnde tibi tuæque Reip. quod imitere capias; vnde fœdum inceptu, fœdum exitu quod vites. Cassiod. *var. lib. 8.* Totius prudentiæ compendia in litteris continetur: ibi enim prudens inueniat, vnde sapientior fiat; ibi bellator reperit, vnde animi virtute roboretur; inde Princeps accipit, quomodo subditos sub æqualitate componat.

10. *Augustus Cæsar* per amœna historiarum, ita

temporis solùm fallendi gratia, versabatur; sed magno cum fructu sectabatur præcepta & exempla publicè vel privatim salubria, eaque ad verbum excerpta, aut ad domesticos, aut ad exercitum prouinciarumque rectores, aut ad Vrbis Magistratus plerumque mittebat, prout quique monitione indigerent. *Suet. c.* 89.

1. *L. Lucullus* vixdum adolescentiam egressus, tantum breui tempore prudentiæ ex libris historicis hausit, vt (sicut dixi) cùm rudis esset rei militaris, nó solùm in Asiã, cui permultos annos admirabili quadam laude præfuit, à Senatu missus sit, verùm etiam gloriam superiorum. (*Cic. 1. Acad.*) superauerit.

2. *Pompeius Magnus*, quia pueritiam in legendis historijs collocauit, Siciliam recuperauit, & Achaia subacta triumphali curru Romam (magnarum rerum gestarum laude & gloria) profectus est. Postea verò, exstincto bello ciuili, quo, tanquam tempestate quadam, cætera omnia concutiebantur, ex Asia, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, cæterisque Prouincijs magnificè triumphauit. Tantum valet ad res præclarè gerendas ex historiarum monumentis collecta prudentia. *Cic. pro lege Man. & Plut.*

3. *Alexander Magnus*, cùm in Asiam profectus esset, Philisti historiam sumpsit, quam deinde expeditionum suarum comitem habuit, non contentus Homeri Iliade, quam alioqui cum pugione coniunctam dormiens sub puluino collocatam habere solebat. *Plut.*

4. *Fridericus Dux Saxoniæ Elector*, adeò curæ habuit studium historiarum, vt epitomen omnium historiarum, in qua series esset omnium

temporum & Monarchiarum, componi sibi curauit, quam postea ita in conspectu habuit, vt in grauissimis deliberationibus sæpe inde exempla recitaret. Nec rarò dixit, se non solùm voluptatis caussa historias legere; sed sumere inde de multis rebus documenta; & cognitionem earum necessariam esse non modò gubernatoribus, sed etiam cæteris hominibus omnibus.

Historia certè Politico plurima exempla, e vltima antiquitate repetita suppeditat, quibus instructus optimè Remp. administrare, & ciues suos quã beatissimos efficere potest. Recte Diodorus Siculus *in Proœm. Bibl.* ait: Magnas meritò gratias rerum scriptoribus homines debent, qui sine labore plurimũ vitæ mortalium profuêre. Ostendunt enim legẽtibus præteritorũ exemplis, quid nobis sit appetendũ, quidue fugiendum. Nõ multa experimenta rerũ varijs cũ laboribus periculisque procul ipsi ab omni discrimine posti gesta legimus, admonemur maximè quid cõferat ad degendã vitam. Et cognitio, ex aliorũ tum iucundis, tum aduersis rebus percepta, doctrinam habet omnium periculorũ expertem. Pulchrum est enim ex aliorum erratis in melius instituere vitam nostram, & non tam quid alij egerint, quærere, quàm quid optimè actum sit, nobis proponere ad imitandum. Seniorum consilia, quos longas ætas prudentiores efficit, laudantur; at multo tanto antecellit interuallo historia, quanto plura exempla rerum complectitur diuturnitate temporis, quàm hominis ætas. Itaque ad vitæ institutionem vtilissima historia censenda est.

(:)

SIG-

SIGNVM LXXVII.

HVMANITATEM ERGA SVBditos, aliosq; exercere.

Humanum esse.

HVmanitas (Gutseligkeit/Freundlichkeit) est facultas hominum fauorem conciliandi. Ad hanc virtutem sequentia exempla Magistratum inuitabunt.

1. Inter *Xerxen* & *Arimanem* fratres de regno erat contentio: itaq; Xerxes fratri misit munera, & illi iussit dici: *Hu te honorat frater tuus Xerxes, quòd ꝑ Rex fuerit declaratus, eris apud ipsum omnium primus.* Hac humanitate delinitus Arimanes contentionem remisit, ac fratri regnum adepto protinus adorationis honorem exhibuit, eiq́ue diadema imposuit; Xerxes autem illi proximum ab se locum dedit.

2. *Philippus* filium Alexandrum admonere solebat, vt cum Macedonibus comiter haberet consuetudinem, vulgi conciliata beneuolentia, vires & robur sibi parans, dum liceret alio regnante esse humanum: quia iam regnum administranti difficilimum est erga quoslibet esse humanum, non solùm quia regia potestas exposita est inuidiæ: sed etiam, quòd Resp. non possit esse incolumis, nisi scelera supplicijs coërceantur. Regibus enim ita temperanda est humanitas erga ciues, vt interim regiam tueantur authoritatem. Plut.

3. *Titus Vespasianus* F. admonitus ab amicis, quòd plura polliceretur interpellantibus, quàm præstare posset, respondit: *Non oportet quenquam à Cæsaris colloquio tristem discedere.* Suidas.

Vide de Assabilitate.

Ciues

Ciues & peregrini eum humani generis delicias & Orbis amorem vocabant. *Suet.*

4. *Hadrianus Imp.* in colloquijs etiam humillimorum mirè ciuilis erat, eosque detestari solebat, qui hanc humanitatis voluptatem sibi inuiderent, hoc prætextu, quòd dicerent Principis Maiestatem vbique seruandam. *Dion.*

5. *Cyrum Persarum Regem* dixisse ferunt, incôdiora, multoque acceptiora hominibus videri optimo viro humanitatis, quàm belli opera: bellum enim plurimum mali adferre mortalibus humanitatem autem plurima bona cõferre. *Platina lib. 1. de optimo ciue, ex Xenoph. Pedia.*

6. *Parisatis* Cyri & Artaxerxis mater præstare solebat, vt Rex, palàm ac libere loqueretur, verbis byssinis vteretur: (magnificis ac molibus, quo sermonis blanditia rei mitigaret asperitatem.) Reges byssso vestiuntur, sed talem decet esse Regis orationem, qualis est amicta. *Plut.*

7. *Alexander Macedo* senio iam confectum militem Macedonem nimio frigore obstupefactum ipse sublimi & propinqua igni sede considere animaduertit, factaque non fortunæ, sed ætatis eiusque æstimatione, descendit, & illis membris, quibus opes Darij afflixerat, corpus frigore duplicatum in suam sedem imposuit, id ei salutem futurum ducens, quod apud Persas capitale erat, solium regium occupasse. Quid ergo mirum est, si sub eo duce tot annis militare iucundum dicebant, cui gregarij militis incolumitas propriæ fastigio charior erat. *Val. lib. 5. cap. 1. & Iust. lib. 4. cap. 6.*

8. Cùm multi vulnerati essent milites, falcatæ

ad obligandas plagas desiderarentur, pro sauciorum copia, vestem sibi *Traianus Imp.* conscidit in eum vsum, eamque militibus benignè partitus est: ijs, qui in acie occubuerant, aram constituit, & annuas inferias. *Sab. lib. 4. Enn. 7.* Idem solebat amicos ægrotantes visere, depositâ Imperatoria Maiestate. *Auson.*

9. *Adrianus Imp.* ægros bis ac ter die, & nonnullos Equites Rom. ac libertinos visitauit, solatijs refouit, & consilijs subleuauit, instar priuati hominis. *Cuspin.*

10. *Gratianus Imp.* ægros sæpe inuisebat, medelis consolatos fouebat, fomētis sanabat, & sumptibus alebat. *Idem.*

11. *Dauid Rex* ob placabilitatem & humanitatem, iuuenis etiam ad gubernandum populum Iudæorum vno omnium cōsensu electus est, adeò vt parentes cum filijs suis, filij parentibus in amore præferrent, cùm ad vtilitatem hominum potius, quàm dominandi cupiditate regnum sumpsisse videretur. *Platina lib. 1. de optimo cive.*

11. *Romani* popularitate Imperium suum propagārunt.

13. P. *Valerius* vt Consulatum pro terrifico placidum & gratum redderet populo, fascibus demsit secures: ipsas etiam ad concionem accedēs depressit fasces, & populo submisit, speciem Maiestatis addens Principatui populari, id Consules postea obseruârunt. At non animaduertit multitudo non facere illum se, vt arbitrabatur, submissiorem; sed inuidiam ea moderatione depellere & imminuere; coluitque libens eum populus, & tulit volens, vt etiam Poplicolā appellaretur. *Cal. lib. 12. c. 7.*

14. *Vespa-*

14. *Vespasianus* Imp. accessu facilis & comis, non Senatores solùm Rom. sed priuatos etiam homines publicè salutabat, accipiebat hospitio, atque apud eosdem etiam interdum cœnabat. Sua consilia semper cum Patribus communicabat, sæpe etiam ipse ius dicebat in foro. In ijs, quę ad Reip. curam attinebant, erat Imperator, in cæteris rebus viuebat tanquam priuatus.

15. *Steno Iunior Sueonum Rex*, adeò fuit popularis, vt olim patri Suantoni, cùm populum tributis oneraret, ad genua procumberet, & tributorum laxationem impetraret. Quocirca iam in Principem assumptus, non modò tributa à beneuolis subditis; sed ipsam eorum vitam pro sua ipsius salute in mille mortis pericula paratam & promptam expertus est. *Ioan. Mag. lib. 14. cap. 2.*

16. *Alphonsum Regem Arag.* descẽdere ex equo, & cœnosam viam ingredi non puduit, vt rustici & imbecilli senis prolapsum sub onere asellum cauda subleuaret. *Pont. de Benef. c. 6.*

17. *Fridericus* II. *Daniæ Rex*, præter multas regias virtutes, grauitatẽ comitate ita temperare nouerat, vt nec Maiestas odiũ, nec humanitas contemtum ei adferret. In quando cum familiaribus animũ recreare volebat, quasi deposita Regia persona: *Agite*, inquit, *amici, ludamus, & animũ plane soluamus, dũ Rex abest.* Sic igitur tanquã priuatus inter priuatos aliquãdiu lusui & iocis indulgebat, vbi satis iã lusum ei videbatur, quasi assũpta iterũ Regis persona, vultu ad grauitatẽ cõposito: Gnos aiebat, *satis est, iam Rex redijt.* Quo dicto, consestim omnes summa cum modestia & silentio adstabant, iussa regia exspectantes.

18. Tho-

18. *Theodosius Iunior* historias Græcas Latinasq; assiduè euoluebat, tam pertinaci in libris studio, vt cùm diem militaribus aut ciuilibus occupationibus daret, noctem ijs seponeret. Quin & candelabrum sibi strui affabrè curauit eo opificio, vt oleum sponte ad lychnum perueniret ac suppeteret, ne vel interpellaretur lectio, vel ministri cum vigilante vigiles essent. O magnam in minitros humanitatem.

19. *Antiochus* cùm vrbem obsideret Hierosolymam, Iudæis ad maximum illud festum celebrãdum septẽ dies petentibus, non solùm eos cõcessuerũm etiam tauros auratis cornibus adornatos, magnamq; thymiamatũ & aromatũ vim vsq; adportas vrbis cum pompa solenni deduci iussit, cælitaq; illorum Sacerdotibus hostia, ipse in castra redijt. Iudęi verò Regis benignitatem admirati, protinus à festo peracto in fidem illius sese dederunt. *Plut. in Apoph. Reg.*

SIGNVM LXXVIII.

XX *HVMILITATE HONORES, DIgnitates, Magistratus etiam vltra delatos, modestè acceptare, & parcissimè delibare.* *Humiles esse.*

OMnes homines decet submitti, & ab arrogantia fugere, scopulo virtutum: sed magis Magistratum, qui in alto est, & caussas seu occasiones superbiæ plures habet. Cogitet supra homines se, sed hominem, esse, & mortẽ imminere, quæ ipsum cæteris hominibus æquabit: adhæc quidquid altè se sustulit, opportunum esse ad casum. * *Nulli fortuna minus bene, quàm optimæ credi-* * *Seneca de Breuit. vitæ cap. 17.*

creditur: alia felicitate ad tuendam felicitatem est opus.

Hinc 1. cùm *Canutus* Anglorum Rex obsideretur ab Adulatoribus, qui sortem eius attollebãt, & dicebant, omnia ad nutum eius vultumq; conuerti: ille fœdam adulationem ficrepressit. Spectantibus ijs, sedem regiam in littore marapositit, in ipso accessu eius & fluxu. Tum dixit: *Tu mare ditionis meæ es, & terra, in quâ sedeo, est mea; impero tibi, & denuntio, ne interram meam ascendas, nec membra, nec vestem Domini tui mei dore perfundas.* Ille dixerat, mare tenorem suum tenebat, veniebat, alluebat. Tum resiliens: Exclamquit, *quàm ego omnibus imperito! Quin sciant omnes, qui terram incolũt, vanam & falsam esse regis potentiam: atq; vnum eo nomine dignum, qui omnium imperium inhibet cælo, terræ, mari.*

Vide de Virginio Liu. lib. 3. Xenoph. lib. 6. de imperio à se recusato.

Etiam magni & clari viri alij delatos honores & Magistratus, seu oblata Imperia respuerunt, aut diu saltem multumque sese excusarunt.

2. *Gedeon* Israëlitarum imperium recusauit. *Iudic.* 8.

3. *Ladislaus Vngariæ Rex*, ad capessendum imperium multis precibus inuitatus, annuere noluit. *Bonfin. lib. 4.*

Vide de Ambit. & fig. 33.

4. *Ludouicus Thuringiæ Landgrauius*, Imperfectus, hanc dignitatem recipere noluit, quòd interas sese nescire diceret, rẽ Imperio perniciosam. *Fulg. lib. 4.*

5. *Moyses* ab initio præfecturam populi recusabat. *Exod. 4.*

6. *Saul* se occultauit, ne regnum acciperet. *1. Reg. 10. v. 2. 11. 22.* Rectè Cyprianus: Ideo humilis sit homo, quòd in nullo se potest author constituere.

ferre; cuius nec effugere dominium, nec vitare iudicium potest.

7. *Agesilaus* cùm ex AEgypto in patriam cogitaret, in portu Menelai morbo lethali correptus est. Verùm cùm iam mortis hora instaret, suis seriò prohibuit, ne corporis sui imaginem, vel statuam erigerent, dicens: Si quod præclarum facinus gessi, hoc erit monumentum mei; sin minus, ne omnes quidem statuæ illustrabunt mei memoriam. Vel, cùm nationes Græciæ decreuissent, in clarissimis quibusq; ciuitatibus, honoris causa, ei statuas erigi, rescripsit illis: Mei nulla sit imago, neque picta, neque ficta, neq; vllo alio artificio parata. O Philosophicum & verè generosum in bellatore pectus! Ipso honesto contentus, negligebat eiusmodi adulationes, malens insculpi prudentum ac bonorum pectoribus, quàm in foro æreus, aureusue stare. Eximiam certè virtutem sponte suum sequitur decus, nec vlla est speciosior statua, quàm honorifica bene actæ vitæ memoria. Thasij quoniam intelligebant Agesilaum de ipsis optimè meritum, templis ac diuinis honoribus illum dignati sunt: atque hac de re legationem ad illum miserunt. Is vbi legisset honores, quos legati ad illum detulerant, perconta-tus est, num illorum patria potestatem haberet ex hominibus faciendi Deos? quum illi respondissent, habere: *Agedum*, inquit, *primùm vos ipsos Deos facite: id si præstiteritis, tum vobis credam, quòd me quoq; Deum facere poteritis.*

Plut. & Xenoph.

Vide de Modestia.

Aduersus inanem gloriam insuperabilis. Contemnit oblatum honorem.

Abiecta adulatio.

8. *Alexander Macedo*, videns diuinos honores sibi tribui, vulneratus in bello, ait: Cur me Deum vocatis, qui me videtis sanguinolentum ac vulneratum sentire humanam imbecillitatem? *Plut.*

9. *Cyrus*, cùm mors instaret, filijsque suprema præcepta daret, patrijs institutis se ita assuefaciũ affirmauit, vt natu maioribus, non fratribus solùm, sed & ciuibus, cederet via, sede, atque sermone. Si filij eius hoc præceptum fuissent secuti, neque delicijs & assentationibus corrumpendos se præbuissent, diutius imperiũ stetisset. Ioan. *Marian. de Instit. Regis.* Rectè Sidonius: Altitudinem suam Principes humilitate sublimant.

10. *Augustus Cæsar* populo Rom. Dictaturam offerente, nudo pectore eam deprecatus est (*Suet.*) Idem Edicto vetuit, ne *Dominus* diceretur. (*Oros. lib. 6. cap. 22.*) Sueton. *cap. 53.* ait, ea *Domini* appellationem vt maledictum & opprobrium semper exhorruisse. Ioannes Molanus, *lib. 3. de Canonicis c. 13.* putat primos Rom. Imppp. maluisse *Beneficos*, (*Luc. 22.*) & *Patres patriæ*, quàm *Dominos*, & Principes: quòd gratius sit nomen pietatis quàm potestatis.

11. *Tiberius Cæsar* primis annis sui Imperij, et plurimis & maximis honoribus, præter paucos & modicos nõ recepit, & adeò optimi Principis & ab omni fastu alieniſſimi ſpecimen dedit, vt nõ solùm (quod ait Suet. *c. 27.*) se *Dominũ* dici noluerit; sed (quod scripsit Dio *lib. 57.*) neq; vllum templum sibi proprium exstrui, neq; se in vllo Ilio coli passus fuerit, Edicto etiam palàm facto, ne quis priuatus, neq; vrbs vllã statuã ipsi ponneret iniussu suo, addideritq;, se nunquã id consensurũ. Addit Tac. 1. *Ann.* ingestum à populo Imperatori nomen *Patris patriæ* ipsum repudiasse, vetuisse in acta sua iurare, etiãsi Senatus id censuisset, ac dictitare solitum, cuncta mortalium esse incerta, quantoque plus aliquis adeptus foret, tanto magis

gis esse expositum ludibrio. Eadem & Suet. habet, *c.* 26. & 27. Baron. *Anno Christi* 16.

12. *Numa Pompilius* ad regnum à Rom. vocatus, diu restitit, non nisi post multas Pompilij patris, & Martij amici preces & admonitiones illud suscepit. *Plut.*

13. *P. annius Tacitus* à Senatu Imperator dictus, inuitus ad Imperij habenas pertractus est, multum diuque reluctatus; nunc ætatem, iam propemodum decrepitam; nunc corporis infirmitatem excusare. Cui reclamatum est: *Traianus* iam senior Imperium cepit, *Adrianus* cepit, *Antoninus* cepit: Imperatorem se creasse, non militem: Imperatoris esse præcipere, militis pugnare. Nec à Seuero Principe frustra dici solitum: caput imperare, non pedes. Quo ille consensu victus, Patrum studio cessit. *Vopisc. Sab. lib.* 7. *Enn.* 7. *Vide de Gloria.*

14. *Q. Fabius Rutilianus* cùm à se quinquies, & à patre, auo, proauo, maioribusque suis sæpe Consulatum gestum animaduerteret, in Comitijs, quibus filius suus summo consensu Consul creabatur, quàm potuit constanter cum populo egit, vt aliquādo vacationem huius honoris Fabiæ genti daret, non quòd virtutibus filij diffideret, (erat enim illustris:) sed ne maximum Imperium in vna familia continuaretur. Quid hac moderatione efficacius, aut valentius, quæ etiam patrios affectus, qui potentissimi habentur, superauit? *Val. lib.* 4. *cap.* 1. *Plin. de Vir. Illust. cap.* 32.

15. *Q. Fabius Maximus* vltimum Consulatum recusauit, dicens, se iam senem, ac perfunctum laboribus, laborum præmijs non sollicitandum. *Plut. Pont. lib.* 2. *de Magn.*

Dan. 9. *Ciuitatem, &c.*

16. *Titus Vesp.* Imp. filius expugnata Hierosolyma, nequaquam animo se extulit, neque ea victoria insolenter est vsus: quippe qui optimè nosset non humana virtute, sed Dei iusta vindicta Iudæorum regionem & ciuitatem esse deletam. Quamobrem oblata sibi corona aurea à Prouincijs proximis, noluit coronari: tali honore, inquit Philostratus, *lib. 6.* indignum se esse, respondit: non enim se talium operum esse auctorem, sed Deo iracundiam contra Iudæos demonstrati manus suas præbuisse. *Baron. Anno Christi 71.*

Præmia humil. vide in Triumpho Virt.

17. *Alexander Seuerus* Imperator creatus, cùm vix annos natus esset 16. ob virtutes eximias, totulis magnificis à Senatu decoratus, nunquam animum induxit, vt se *Magnum*, & *Patrem patriæ* cognominari pateretur: oportere enim, aiebat, vt res gestæ, maturiorq; ætas ea nomina pararet. *Lamprid.* Idem cùm ab amicis reprehenderetur, quòd immemor Maiestatis Imperatoriæ, non pretioso vestitu, auro, gemmisque corpus ornaret, respondit: Principatum ac Imperium in imperio esse, non in corporis decore: vel, Imperatoriam Maiestatem constare virtute, non corporis cultu. *Idem.*

Vide de ædif.

18. Memoria dignum est, quòd cùm tam celebres & insignes Memorias (Templa) in honorem Dei atq; Sanctorũ, tum Romæ, tum in alijs plurimis Orbis Romani locis erexerit Constantinus Magnus, in nulla tamẽ ipsarum sui nominis memoriæ titulum insculpsit, & Traianũ Imp. quid in operibus singulis à se erectis affixisset titulum sui nominis, lepidè & vrbanè derisit, dicens: Traianum esse herbam parietinam, quòd, sicut illa passim reperiretur muris inhærens. *Baron. ann. Christi 324.*

Idem in litteris ad Regem Persarum, (Sapores is erat,) ait: Deus (quem liquida & pura mente celsissima in sede locatum auidissimè contẽplor, & humi procumbens inuoco) puram duntaxat mentem & animum omni labe vacantem ab hominibus flagitat, quibus ille virtutis & pietatis actiones ponderat. Bonitatis & mansuetudinis officijs placatur, complectens mites, turbulẽtos auersans, amans fidem, coërcens infidelitatem, omnemque cum superbia iunctum dominatum perrumpens, arrogantium vim reprimens, quos fastus extulit, de solio deturbans, humiles & iniuriarum perferentes, iustis præmijs afficiens, &c. *Euseb. Vitæ Const. lib. 4. cap. 9. Baron. Anno Christi* 325.

19. *Philippus Tetrarcha*, Herodis Antipæ frater, & Herodiadis filiæ Aretę Regis maritus, quotiès domo progrederetur, iter faciebat (inquit Ioseph. *Antiq. lib.* 18. *c.* 6.) cum paucis selectis comitibus, subsequente sella, in qua sedens solitus ea iura reddere, & si quis ex occursu opem eius imocaret, sine dilatione mox ibi sella posita residens, caussam cognoscebat, aut sontem damnaturus, aut absoluturus innoxium. *Baron. Anno Christi* 31. *Vide signi 92. exemplum 16.*

20. *Germanicus*, pater Caligulæ, cùm à militibus suis Imperator contra Tiberium nominatus esset, post Augusti mortem, pluribus verbis seipsum excusauit. Quibus cùm nihil proficeret, & eos dimoueri de sententia nequaquam posse videret, gladium distrinxit, tanquam sibiipsi manus inferre vellet. Confectis quin etiam sub Tiberij nomine litteris, quibus illis munera, & alia quædam promittebantur, seditionem compescuit. Sic *Vide de Ambit.*

ille Imperium, cùm occupare posset, aspernatus est. *Zonar. è Dione (lib. 57.) & Suet.*

21. *Vespasianus* à militibus vel inuitus, strictis etiam gladijs, Imperatoris nomen suscipere coactus est. *Ioseph. lib. 5. bel. Iud. c. 10.*

22. *Gordianus Senior Imp.* cùm eum milites strictis gladijs Augustum salutâssent, Imperium oblatum detrectauit, humi proiectus supplicando, tandem minis compulsus est dignitatem suscipere. *Volat. lib. 23. Anthrop. ex Lampridio.*

23. *Iouianus* cùm post Iulianum Apostatam in Perside ad Imperium raperetur, clamabat, nolle se infidelibus imperare, cùm ipse esset Christianus. Cui responsum est à militibus omnibus, se quoque fidei Christi esse obnoxios, seu Christianos. *Niceph. lib. 10. c. 38. Eutrop. li. 11. Socr. lib. 3. c. 22.*

24. *Ludouicus Vngariæ Rex* à Casimiro Magno Rege Poloniæ in societatem, seu successionē Regni adoptatus, petentibus Polonorum legatis, & Vngarorum Proceribus, vt prouinciam susciperet, respondit: Non satis intelligere, neque hos, quid suadeant; neque illos, quid petant. E neutrorum (Polonorum & Vngarorum) enim id re fore: sicuti nec duobus quidem gregibus expediat vnum habere pastorem. Satis & abundè esse negotij vni populo præesse. Duas Resp. vix vlla ratione sine alterutrius, atque adeò sine vtriusque malo & incommodo, ab vno administrari posse. Tādem victus precibus Oratorum annuit. *Cromerus lib 13.*

Necessum certè est, vt Magistratus agnoscant se homines esse, & Deo subiectos. *Seruite Domino in timore*, ait Rex Dauid ad Reges: quod quia *Nabuchodonosor Rex* non fecit, in bestiæ formam muta-

militatus 7. annis instar quadrupedis vagus per agros errauit, donec sibi redditus errorem agnouit. (*Dan. 4.*) Hinc S. Ambrosius ad Valentin. Imp. scribit: *epist. 30.* Cùm omnes homines, qui sub ditione Romana sunt, vobis militent Imperatoribus terrarum, atque Principibus, tum ipsi vos omnipotenti Deo & sacræ fidei militatis. Et S. Augustinus: 8. *de Ciu. cap. 25.* ait: Felices eos (Impp.) dicimus, si iustè imperant, si inter linguas sublimiter honorâtium, & obsequia nimis humiliter salutantium non extolluntur; sed se homines esse meminerunt, si suam potestatem ad Dei cultum maximè dilatandum Maiestati eius famulam faciunt, &c. si pro peccatis suis humilitatis, & miserationis, & orationis sacrificium Deo suo vero immolare non negligunt.

SIGNVM LXXIX.

TITVLOS SVPERBOS RESPVERE, & statuas spernere.

Vide signum 78.

1. *Cassander* cùm omnibus libellis & epistolis Rex salutaretur, tantæ moderationis fuit, vt nunquam regium sibi vsurparit nomen. *Alex. ab Alex. lib. 2. c. 19.*

2. *Cn. Pompeium* cùm post egregias in Africa res gestas, toto conspirante exercitu, Imperatoris nomine honestaretur, honorem renuẽs, nunquam in epistolis, aut chirographis hoc nomen vsurpare voluit. *Plut. Alex. lib. 1. c. 2. Vide Signum 78. Exempla 6. 9. 10. 13.*

3. *Maximilianus* I. *Imp. Austriacus*, pluribus diebus ante mortem, nil nisi Maximilianus appellari voluit.

4. Imitatus hoc nepos eius *Carolus V.* cùm Imperio se vltro abdicasset, & in filium curas Regnorum cõtulisset. Secessit enim in Hispaniam, & in Diui Iusti Monasterio, 7. à Placentia millibus, se abdidit, cum 12. duntaxat familiaribus Deo & quieti vacaturus: interdixit autem aliter se quàm Carolum appellari, Cæsaris atque Augusti nomina cum rebus animo exuens, & totum hoc honorari contemnens.

SIGNVM LXXX.

IGNOBILITATEM SVAM libere confiteri.

1. A *Gathocles Rex Siciliæ*, figulo patre natus, ignobilitatem generis apertè fatebatur. Cùm Sicilia potitus esset, Rexque declaratus, abacum suum fictilibus duntaxat instruebat, teste Ausonio, vel in mensa fictilia vasa iuxta aureos ponebat, eaq; iuuenibus ostendens dicebat: Cum antea talia fecerim, (commonstratis fictilibus) nunc per vigilantiam ac fortitudinem talia facio, (commonstrans aurea.) Non puduit priuatæ fortunæ, sed glorioſius existimauit Regnum virtute partum, quàm si hæreditate obuenisset. Nam Regem nasci nihil magni est, at regno dignum se præstitisse, maximum est. *Plut.*

Vide de Superbia.

2. *Augustus Cæsar* nihil amplius, quàm Equestri familia ortum se scribit veteri ac locupleti, a qua primus Senator pater suus fuerit. *Suet.*

SIG.

SIGNVM LXXXI.

PRAECLARA SVA FACTA SOLI Deo accepta referre.

PYrrhus subita & felici ab hostibus reportata victoria, cùm intellexisset, Aquilam se à suis militibus nominari: *Si ego Aquila sum*, inquit, *vos in causa estis: siquidem brachijs & armis vestris quasi pennis me subleuastis, & sustinuistis.*

Carolus V. Imp. dissipatis Protestantium copijs, & capto Saxone: *Iulius Cæsar*, ait, *celeriter ex sententia confecto bello, dixisse fertur*: Veni, vidi, vici: *ego verò sic dicam*: Veni, vidi, Deus vicit. O vocem modestam, & Christiano Imp. dignam!

SIGNVM LXXXII.

NEC INFIMOS CONTEMNERE.

SCipio ædilitiam dignitatem ambiens, cùm manum cuiusdam è plebe apprehendisset, eamq; duram & callo obductam sensisset, ideoque interrogaret, vtrum manibus, an pedibus ambulasset, plebeius ille ioco isto tantopere fuit commotus, vt per tribus circumiens, & plebem ludibrio haberi dicens, veluti stipulas ignis, multitudinem vniuersam ad iram accenderit, idq; effecerit, vt Scipio tum repulsam passus sit.

SIGNVM LXXXIII.

ADITVM SVBDITIS NON SVBTRAHERE.

Vide signum 79.

1. CVM Magistratus ab omnibus tributa exigant, omnes æquè audire debēt, & diuites, & pauperes, etiam mulierculas. Sic Theodosius, Mamertinus, Nazarius, Constantinus, & Ferdinandus Impp. quotidie ad se accedentes, pro gratia, vel iustitia consequenda, benignè audiebant.

2. Fama est, *Basilium Macedonem Imp. Constantinopol.* cùm aliquando ad diatribam (in quo loco iudicia exercentur) descendisset, neminemq; inueniret conquerentem, suspicatum esse, arcere à certis hominibus eos, qui ipsum compellare cuperent, & satellites per vrbem dimisisse quæsitos, si qui essent Imperatoris auxilio indigentes, quibus reuersis, ac neminem se reperisse dicentibus, eum præ gaudio lacrymas emisisse, egisseq; Deo gratias. *Cedren.*

Mazaca ciuitas Cappadociæ sub monte Argæo.

3. Prouidi & bene consulti Principes eligere sedes in medio Principatus & Regni, vt facilius vndequaque ad illos sit aditus. Cappadocum Reges, Mazacenorum Argæum montem elegerunt ad habitandum: quia locus totius regionis medius erat, & lignis & lapidibus abundabat, & herba, qua plurimum ad alenda pecora indigebant. *Strabo lib.* 12. Princeps enim melius se proximioribus communicat, & extremis, dum medius, vt Sol inter alios Planetas, consistit.

4. *Antoninus Pius* residebat in vrbe vnde nūtius medius, vtpote citius, accipere posset, nec vilia peregrinationes obijt, dicens: grauem Prouincialibus

cialibus esse comitatum Principis etiam nimis parci.

SIGNVM LXXXIV.

IEIVNIIS DEO SERVIRE.

Ieiunijs Deo seruire.

1. IVstinianus Imp. omnibus illis diebus, (inquit Procopius *de ædif. Iust. Imp. lib.* 1.) qui Paschalem solennitatem præcedunt, ieiunio addictus, duram quandam vitam egit, nedum Regi alienam; sed neque priuato alicui aliquo modo acceptabilem: per duos dies cibis abstinebat, sumpto manè identidem è lecto consurgens Reip. inuigilauit, cuius negotia verbo & opere pertractans, matutinum, meridianum, & non minus nocturnum tempus impleuit. Nam in seram noctem lectum petens, mox surrexit, quasi plumarum pertæsus; cibi appetens, vinum, panem, & alia id genus cibaria abesse voluit, brassicam solùm, & agrestes herbas, longo tempore sale & aceto maceratas, edebat; potus aqua erat sola; neque his ad saturitatem vtebatur, sed petitum cibum paulisper degustatum mox dimisit, non eo sumpto, quod naturæ satis erat. Hæc Procop. Hac austeritate ieiuniorum licet ægram valetudinem contraxit, teste Procopio; tamen (iuxta illud 2. Cor. 12. *cùm infirmor, tunc potens sum*) eo modo debilitatus corpore Persas, Gothos, VVandalos, & alios barbaros superauit. Magnam se ex his ieiunijs fiduciam comparasse ipse ingenuè profitetur, *in Constitut. edita de Proconsule Cappadociæ*: vbi hæc inter alia: (*Nouel.* 30.) Bonam spem habe-

habemus, (quod Deus nobis annuat,) vt & cæteras gentes. quas ſocordia ſua Romani amiſerunt, cùm vtriuſque Oceani terminos tenerent, iterum ditioni noſtræ adiungamus, quas nos, Diuino freti auxilio, ad meliorem ſtatum redigere properamus: neque quicquam detrectamus eorum, quæ vel extremam pertingunt difficultatem, vigilijs ſimul, & inedijs, cæteriſque laboribus iugiter pro ſubditis noſtris, vltra quam naturæ modus patitur, vtentes, &c. *Vide Baron. Anno Chriſti* 34 vbi agit de ieiunijs ob Chriſti paſſionem ſuſceptis, & *Tom.7. Anno Chriſti* 517.

2. *Theodoſius Senior* de pio religioſoque cultu ſacri Quadrageſimalis temporis hanc legem tulit: Quadraginta diebus, qui auſpicio cæremoniarum Paſchale tempus anticipant, omnis cognitio inhibeatur criminalium quæſtionum. (*L.4. de quæſt. Cod. Theod.*) *Baron. Anno Chriſti* 380.

3. *Præmiſlum* maioris Poloniæ Ducem nemo ebrium, aut iratum vidit. Idem per tempus Quadragenarij Ieiunij cilicina veſte ſuper nudo corpus, & vino diluto admodum, aut inſipidiore rereuiſia vtebatur. Nocturnis temporibus, aut dormire putabatur, prolixæ precationi vacabat. Qua die Cœnam Chriſti vltimam anniuerſario ritu colimus, & repræſentamus, 12. pauperum pedes reuerenter abluere, exterſoſque deoſculari, & pauperes ipſos veſtire quotannis ſolebat. *Cromerus lib.9.*

4. *Carolus Magnus* ieiunijs etiam cum periculo valetudinis corpus ſuum exercuit. *Mutius lib.* [illegible] *Vide Theatrum Vind. Diu. & Triumphum Vict.*

SIG-

SIGNVM LXXXV.

IGNOMINIAM ILLATAM contemnere.

1. AGesilaus Lacedæm. Rex cùm in ludo quodam solenni in locum parum honorificum collocatus esset: *Bene habet*, dixit: *ostendam enim non locum viris, sed viros loco conciliare dignitatem.* Plut.

2. Q. Fabius Maximus, ne Cunctatoris quidem nomen repudiauit, modò cunctatio illa patriæ profutura esset, nec prætulit rumores hominum publicæ vtilitati. Maluit dux vtilis esse, quàm vana & stulta prædicatione nobilitari. *Sab. lib. 10. c. 1. ex Plut.*

SIGNVM LXXXVI.

IMAGINES SACRAS COLERE, & debita religione venerari.

Imagines sacras colere.

1. DAmasus, *in vita Syluestri*, scribit, *Constantinum* in loco, vbi fuerat baptizatus, posuisse Agnum ex auro purissimo: ad dexteram Agni statuam argēteam Saluatoris, ad lævam statuam argenteam Ioannis Baptistæ: in Ecclesia autem ipsa Lateranensi, posuisse imagines argenteas Saluatori, Apostolis duodecim, & Angelis quatuor. *Bellarm. lib. 2. de Imag. Sanct. c. 9. & 28.*

2. Abagarus Edessæ Syriæ ciuitatis Rex, cùm eo nomine, inquit Damascenus, *de Fide Orthod. lib. 4. cap.*

4. *cap.* 17. pictorem misisset, vt Domini imaginē exprimeret, neque id pictor, ob splendorē ex ipsius vultu manantē consequi potuisset, historia proditum est, Dominum ipsum Diuinæ suæ ac vuificæ faciei palliū (linteum) admouisse, imagnemque suam ei impressisse; sicque illud ad Abgarum, vt ipsius cupiditati satisfaceret, misse. (Litteras Abagari ad Christum, & vicissim Christi ad ipsum, lege apud Eusebium *lib.* 1. *Hist. cap.* 13. & Augustinum *epist.* 263 *edit. Louan.*) De hac magine non manufacta Nicephorus, *lib.* 2. cap. Euagrius, *lib.* 4. *cap.* 26. Damascenus, *lib.* 1. de *imaginibus*, Concilium Nicænum II. Metaphrast. 10. *Augusti*, & 15. *Nouembris*, & in *Vita Alexan.* eadem celebrant Græci anniuersariam solemnitatem 17. Kal. Septembris. Baronius Anno Christi 31. ex Theophane tradit, ingentes copias Persarum huius sine manu factæ imaginis præsidio quam secum in acie duxerat Philippicus Imp. sub Mauritio Imp. esse penitus profligatas. Euagrius testatur Edessæ ingens miraculum factum per hanc Imaginem. Constantinopoli celebratur dies festus in die translationis huius Imaginis ex Edessa Constantinopolim.

3. Nicephorus, *lib.* 14. *cap.* 2. scribit, Pulcheriam *Augustam* posuisse in templo, quod Constantinopoli ipsa exstruxerat, imaginem Mariæ, quam è Hierosolymis ad eam miserat Iudocia.

4. *Valentinianus Iunior*, admonitus à Sixto Papa (vt in Vita Sixti scribunt Anastasius, qui supleuit Pontificale Damasi, Platina, & alii) posuit in Ecclesia Sancti Petri supra tumulum, id est, super Altare B. Petri, imaginem

ream Saluatoris, gemmis pretiosissimis ornatam, & duodecim Apostolorum imagines item aureas.

5. Lampridius refert, *Alexandrum Seuerum Imp.* in suo Larario imagines Christi & Abrahæ habuisse.

6. Scribit Zonaras, *in Vita Michaëlis*, cùm Leo Armenius imagines persequeretur, filium eius *Sabbatum Constantinum*, qui mutus erat, accessisse ad statuam S. Gregorij Nazianzeni, & Sanctum ipsum mente precatum, loquendi vsum Diuino miraculo recepisse.

7. *Constantinus Magnus*, ad exemplum Crucis, quam tertiò in aëre viderat, & in cuius virtute tertiò insignem ab hostibus victoriam reportârat, (primam Romæ de Maxentio, alteram de Bizantinis, tertiam de Scythis) tres pulcherrimas æreas Cruces Constantinopoli erigi curauit. *Niceph. lib.* 8. *cap.* 32. Adhæc *Labarum*, (vt refert Eusebius *lib.* 9. *cap.* 9. *&* 1. *de Vita Constantini.*) quod ante Imperatores gestari solebat, & à militibus adorari, idem Constantinus in formam Crucis redegit; sic tamen, vt etiam vexilli formam non amitteret. Sozom. *lib.* 1. *cap.* 4. scribit, ideo Constantinum vertisse Labarum in Crucem, vt milites assuescerent Crucem venerari. Idem Constantinus (vt refert Eusebius 1. *de Vita Constantini.*) Romæ, deicto Maxentio, in loco celeberrimo erexit Crucem, cum his verbis: HOC SALVTARE SIGNVM. Et rursum in manu dextera statuæ suæ Crucem apponi iussit, cum his verbis: HOC VNO VERAE FORTITVDINIS SIGNO VRBEM VESTRAM LIBERAVI, &c.

&c. item Decreto cauit, ne deinceps vlli facinorosi Cruci affigerétur, vt Crux non amplius horrori, sed amori & venerationi omnibus esset, vt scribit Sozom. *lib.1.cap.8.* & Augustinus *Serm.* [illegible] *de Verbis Domini.* Et è contrario, in pecunijs, quas omnes amant, Crucis figuram excudi iussit, vt idem Sozom. refert.

8. Constantini pietatem imitatus Theodosius *Imp.* prohibuit, ne Crux humi sculperetur, vel pingeretur, ne sacrum Signum pedibus calcaretur: ita enim habetur *lib.1. Codicis tit.8. l.Cum* [illegible] *nobis.* Eidem Crux munimen & ornamentum fulgens in armis atque militaribus signis erat, ait Baronius Anno Christi 394. qua & suam ipsius munire frontem magis, quàm corona ac diademate ornare caput, eidem curæ erat: cùm, depositis illis, hanc, vt Christianorum Principum Regale sertum, summum capitis ornamentum ac tegumentum superindueret: de quo Chrysostomus, *Hom. 3. in Pentecost.* Ante hæc, inquit, impij & persecutores erant Reges, nunc verò ad [illegible] lum præferunt pietatem, & ingredientes [illegible] Ecclesiæ, deponunt coronam, & Crucem Christi depingunt in suis frontibus Theodosius pater, [illegible] filius Theodosij, religione ac pietate insigne. Hinc S. Hieronymus, *epist.7.* Regum purpura [illegible] ardentes diadematum gemmas patibuli salutaris pictura condecorat. S. Augustinus *in Psalm.* 54. Iam in fronte Regum Crux illa fixa est, [illegible] nimici insultârunt. Et S. Chrysostomus, *ad* [illegible] *Gentiles, quòd Christus sit Deus*: Hoc maledictum, hoc abominabile, hoc extremi supplicij symbolum, Crux, diadematibus & coronis clarius facta est. Neque enim sic Regia corona ornatur caput

vt Cruce, quæ omni cultu dignior, &c. Subinde omnes ea se signant, inscribēdo in nobilissimum membrum nostrum: in fronte enim nostra, quasi in columna, quotidie figuratur, &c. Omnes ipsa magis ornantur, quàm diadematum coronis, vel multis gemmatis monilibus & torquibus. Et, *Hom. in Psalm.* 109. Non solùm priuati, sed & qui sunt diademate redimiti, eā potius gestant, quàm diadema: & meritò quidem: est enim innumerabilibus diadematibus melior: diadema enim ornat caput, Crux autem munit mentem.

9. Theodosium secutus *Arcadius* filius, auream monetam cum signo Crucis cudi iussit, teste Prospero, *de Prædictionibus & Promissionibus, part.* 3. *cap* 34.

10. *Tiberius* quoque *Imp.* Theodosij legem sequutus, cùm vidisset in Palatio humi Crucem in marmore incisam, mox erigi iussit, dicens: *Cruce Domini frontem & pectus munire debemus, & nos eam pedibus terimus?* testis Paulus Diac. *lib.* 18. *rerum Rom.* vbi addit, sub illo marmore repertum ingentem thesaurum, amplius centum millium aureorum, in remunerationem pietatis tam religiosi Principis.

11. Cùm Anno Christi 427. Christiana pietas propensiori cultu, vt par erat, sanctissimam Domini Crucem coleret, & passim vbique locorum tandem pingeret, vel sculperet, ne hac ex parte effrenis religio irreuerētiæ patefaceret raditum, Impp. *Theodosius & Valentinianus* eiusmodi Sanctionem ediderunt: (*l. 1. c. Nemini licere signum:*) Cùm sit nobis cura diligens, per omnia superni Numinis religionem tueri, signum Saluatoris Christi nemini licere vel in solo, vel in silice, vel

in marmoribus humi positis insculpere, vel pingere; sed quodcunque reperitur, tolli grauissima pœna mactando eos, qui contrarium Statutis nostris tentauerint, specialiter imperamus.

SIGNVM LXXXVII.

Ab iniuria subditos defendere.

INIVRIAS A SVBDITIS propulsare.

1. MIles quidam loco nobili ex eo numero quos Hispani Infanfones vocant, in Galæcis rusticum quendam bonis omnibus euertrat. Monetur à *Rege Hispaniæ Alphonso*, eo, quod ctus est *Imperator*, atque Prouinciæ Prætor, damna reponeret ei, qui pertulisset, obtempere contempsit. Dissimulauit in præsenti iram, & cæteris rebus prætermissis, priuati habitu que res tectior esset, Toleto in extremam Galæciæ delatus, repente militis ædes obsedit, dispositis circum militibus, ne posset euadere, fugientemque supplicij metu comprehendi, atque præ ædibus (pro foribus) laqueo suspendi seu strangulari mandauit. Vno facto imperij auctoritas sanxit, atque innocentiam, insolentis hominis vecordiam vltus est, & suo nomini immortalem laudem peperit. *Vide Signum 92.*

2. Cùm *Constantinus*, & nonnulli alij Christiani Impp. possent ipsa Deorũ templa diuitijs referta spoliare, prout fecerant nonnulli ex Ethnicis Impp. abstinuerunt nihilominus, cùm alioqui summo iure id facere potuissent, tum quòd simulacrum nullus prorsùs cultus esse deberet, tum quòd ex illis compensari poterant rapinæ, quas

tum in rebus publicis, quàm priuatis 300. iam propemodum annis Christiani ab idolorum cultoribus passi essent. Attamen ab his Constantinus se continuit, & successores, quod S. Ambros. agēs aduersus Symmachum, *epist.* 31. testatur his verbis: Dicant & ipsi quis templis dona detraxerit, quod factum est Christianis, &c. Si Constantinus noluit diripere diuitias idolorum, multo minus spoliauit subditos; sed potius eos ab omni iniuria defendit.

3. Sallustius Præfectus Prætorio, ait Suidas, Valentinianum designauit Imp. qui cùm Imperium suscepisset, Edicto proposuit, vt si quis affectus esset iniuria, Imperatorem adiret, verùm nemo questus est. Hic Valentinianus Præposito Eunuchorum Rhodano, qui Berenicem viduam iniurijs afficerat, mulieri de illo conquestæ iudicem dedit Sallustium, à quo condemnatus Præpositus, cùm iudicium illius nihili faceret, ab Imperatore in Hippico crematus est, omnibus Archieunuchi bonis viduæ assignatis. Quo exemplo territi mortales, omni iniuria abstinuerunt.

4. *Balduinus Septimus Comes Flandriæ* Petrum virum nobilem & Orscampi Toparchā ob duos boues pauperculę viduæ reclamanti abductos, re ad eum delata, subitò arripi iubet, & atroci morte puniri. Fortè lebes aquæ feruentis in medio Brugensi foro erat, monetario puniendo destinatus, in hunc fine mora hominem cōijci iubet, sic, vt erat, ocreatum, vestitum, gladio accinctum. Inquisitio præcesserat, & culpæ conuictus, per alam cauſlam euocatus, pœnas sic luit.

SIGNVM LXXXVIII.

Inuidos non curare.

INVIDIAE FLAMMAM NON CVRARE, nec à benefaciendo propter inuidos & maleficos cessare.

Ant. Possev. Bibl. Sel. lib. 1. c. 12.

SCiunt boni Magistratus, eum, qui alteri inuidet quod est ei Deus largitus, nihil aliud quàm iudicium Dei iudicium improbare, & distributionem munerum illius condemnare. (Tametsi nihil est quod queri quisquam possit de Deo. An non enim ille tecum egit prolixè? aliquos supra te vides, at quanto plures infra te?) Et quia res altas semper cherrimas morsu appetit liuor; fœda, & infima prætermittit illæsa. Vnde Themistocles rogatus, an præclara sibi iam videretur agere? Nondum, inquit, *nam inuidos non habeo.* Prudentes sibi non indignantur accidere, quod omnibus accidit bonis. Nec à Deo contendunt impetrare, quod eo Patre Filius nõ impetrauit vnicus, & cauemus, vt in suo mundo deessent sibi calumniatores & maleuoli, qui diuina illius opera in peiorem pessimam raperent. Seruus nequam etiam (communi sorte) non potest solui domi alea, qua filius domi suæ tenebatur.

1. *Salomon* Prou. 14. inuidiam vocat putredinem ossium.

2. *Agis primus*, dicente aliquo, nonnullos inuidere, *geminam igitur*, inquit, *habebunt molestiam, quos & sua ipsorum mala discruciabunt, tum meis, tum amicorum meorum bonis torquebuntur.* Magnifica vox, declarans eos, quos habere

uidia, magis esse misericordia dignos, quàm ira: propterea quòd inuidus abundè dat pœnarum, etiamsi nemo vlciscatur. Horat.

Inuidus alterius rebus macrescit opimis.

3. *Alexander* dicebat inuidos esse proprij & corporis & animi tormenta. Curt. lib. 8. *Æmuli patientia & rectè factis superandi sunt.*

Aude animo inuidiam contemnere, non nocet illi
Quem petit, auctori sed nocet illa suo.

Thucyd. lib. 2. hist. ait: Qui maximarum rerum gratia suscipit inuidiam, is rectè sibi consulit: odium enim non diu durat; sed & præsens splendor, & gloria in posterum perpetuò celebranda relinquitur.

SIGNVM LXXXIX.

IRAM FRAENARE, ET COHIbere, vincere, domare, ac ratione superare. — *Iram frænare.*

IRA potest coërceri. 1. Si illi nascenti resistatur: vt enim ignem exstinguit, qui materiam ei non suggerit; ita & præcauet, & arcèt iram, qui eam initio non alit, neque sese inflat.

2. Si cogitetur, quòd ira correpti mutent faciē, colorem, incessum, vocem, vt iracēti alicui speculum offerretur rectius, quàm nonnullis, quibus vbi lauerint offerri solet, quo deformitatem suam videret. — *Vide de calumnia, Mansuetudine, & Affectibus.*

3. Si lingua contineatur, ne iracundia quadam exasperata atque inquinata in dicta absurda erū-

pat, proferat iniurias, occultam maleuolentiam prodat. Seneca 3. de Ira ait: Optimum est ad primum mali sensum mederi sibi, tum verbis quoque suis minimum libertatis dare, & inhibere impetum.

4. Si perpendatur animi pusilli, abiecti, muliebris signum iram esse. Videmus enim quòd mulieres magis iracundæ sint, quàm viri: & ægroti, quàm sani: & senes, quàm iuuenes: & qui rebus aduersis, quàm qui secundis vtuntur.

5. Si statuatur inefficacem esse illam vlciscendi rationem, quæ ab ira dependet, vt quæ ferat morsum labiorum, & stultas habentia minas male dicta insumitur, ac ridiculè tandem vltro concidit.

6. Si attendatur, iram vbique esse damnosam: non ei dandum esse locum inter iocos, quia facetitiam in odium mutat; neque in disputatione, quia studium cognoscendi in libidinem contendendi vertit; neque in iudicio, quia potestati insolentiam addit; neque in institutione liberali, quia animo mœstitiam ingerit, odium disciplinæ gignit; neque in rebus secundis, quia inuidiam auget; neque aduersis, quia misericordiam priuant, qui miserantibus infensi sunt, & cum his litigant.

7. Si vitetur curiositas, quæ iræ solet præbere materiam. *Plut. de Ira cohib.*

8. Si cõsideretur, quòd, licet Chrysostomus dicat, *in Matth. Hom.* 11. ira iusta disciplinæ mater est, vt contra patientia sine ratione vitia semina negligẽtiam nutrit, & licet difficulter vitari possit iracundia, cùm ante animus hac occupetur, quàm prouideri potest, ne occupetur: (Cic. ad

Fi

Fr. epist. 1.) tamen consultores pessimas esse cupidinem & iram, (*Sall. in Iug.*) cum *furor iracundiam* Præcipitent. (1. *AEneid.*) Hinc malè vitæ necisque potestas & ferrum irato committitur. (*Seneca 1. de Ira c. 16.*)

9. Si perpendatur, comites eius esse crudelitatē, furorem, sæuitiam: (*Seneca 1. de Ira c. 26.*) eamque facere, vt multa temere & inconsideratè fiant, nec seruetur mediocritas illa, quæ est inter nimium & parum. (*Thucyd. lib. 3.*) Cic. 1. de Offic. ait: *Cum ira nihil rectè, nihil considerate fieri potest.* Vt enim fumus oculos mordicans, ea, quæ ante pedes sunt, videre non finit: (*Stob. ser. 18.*) nauis ventis agitata submergitur, nisi gubernatoris industria regatur: in tumultu non audimus quid nobis dicatur: (*Plut. de ira cohib.*) per nebulas corpora non bene conspiciuntur: (*idem*) ita irati qui sunt, prudenter nihil, inconsideratè & temere multa faciunt. Quamobrem rectè præcipiunt, qui Iudices & Magistratus ita volunt sententias dicere, vt ij, qui alijs medentur, pharmaca adhibent, interim non irascuntur ægroto: (*Seneca 1. de Ira, c. 16.*) aut vt leges, quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate ducuntur. (*Cic. 1. de Offic.*) *Vide de Pœnis.*

10. Si expendatur verissima esse hæc dicta: *Nihil quidquam magnum est, nisi quod simul & placidum*: (Seneca 1. de Ira.) κίνησις βραδεῖα τοῦ μεγαλοψύχου, *motus tardus magnanimi viri*: (Arist. 3. Eth. c. 8.) *Conuicia, si irascare agnita videntur, spreta exolescunt.* (Tac 4. Ann.)

11. Sequendū illud Mecœnatis ad Augustū Cæsarē, *apud Dionē lib. 52.* Conuicia vlcisci nō debes. Turpe n. fuerit te credere, inuentū, qui te, nemi-

nem lædentem, omnibus benefacientem, ignominia affecerit, idq; soli mali credunt Principes, quos ad fidem dictis habendã conscientia mouet, deniq; iniquum est, ea velle ægrè ferre; quæ si vera sint, præstat non admisisse; sin falsa, dissimulare. Quid quòd multi hæc vindicantes, pluribus ac grauioribus de se sermonibus occasionem præbuerint? Hæc cohortatio tantum valuit apud Augustum, vt irasci postea nunquam penè visus fuerit: namque conuicia semper despexit ac neglexit. *Haud facilè dixerim*, (inquit de ipso Tac. 4 *Ann.*) *moderatione magis, an verò sapientia. Nam spreta exolescunt: si irascare, agnita videntur.*

Egregium *Aureliani Cæsaris* erat Symbolum: *Quò maior, eò placabilior.* Cui dicto factum eius optimè congruit. Cùm Thyana Bithyniæ vrbs obsessa, fortè per iracundiam dixisset, se neminem quidem in ea relicturum incolumem, eaque voce milites in spem prædæ erexisset, capta demum per deditionem ciuitate, Aurelianus noster vnum proditorem Heraclemonem occidi passus est, reliquis omnibus parcens ciuibus, summa commendatione bonitatis & clementiæ, ac deinde militibus ciuitatis direptionem flagitantibus: Aggressus quit; *canem neg aui me relicturum, canes omnes occidite.*

Cotys Thracum Rex, quòd esset ad iram effeuentior, & præcipuè immitis in seruorum delictis, cùm pretiosiora essẽt ab hospite donaria illata figlina cælato opere, tornatiliq; ratione conspicua; sed tamen prætenuia fractioniq; imminerent peropportuna, offerenti quidem gratum se præbuit, ampliter illum muneribus afficiendo. Cæterùm mox vasa contriuit omnia, facti pœnitentia ratione

nione reddita, quòd vereretur, ne per iniuriam ministros peccantes ea in re, sequius amariusque concideret. Horat. 1. epist. *Ira furor breuis est*, &c.

Augustus Cæsar cùm apud Vedium Pollionem cœnaret, eiusque seruorum vnus vas crystallinum allisisset, iussit eum Vedius murænis obijci, vt esca piscium fieret. Cæsar dimitti è vestigio puerum imperauit, & vasa eius operis conteri vniuersa. Rectè Ouid 1. Amor. Eleg. 8.

Sed nunquam dederis spacioſum tempus in iram:
Sæpe ſimultates ira morata facit.

SIGNVM XC.

CVRARE VT IVDICIA NON interturbentur; ſed ſine metu potentum liberè exerceantur.

Iudicia tueri.

1. Cicero vult, 1. *de Offic.* vt qui homini Magistratu prædito maledixerit, grauiter mulctetur. Et rectè quidem, inquit Aristot. *Problem. sect.* 29. *Probl.* 14. nam non solùm in Magistratum deliquisse, qui ei maledixerit, iudicatur; sed etiâ in Remp. contumeliosè egisse, maximè si in publico conuentu, & ob officium iniuria ei inferatur. Quemadmodum qui ex balneis furatus est, aut ex foro, &c. morte mulctatur; qui autem ex domo priuata, furti pretium duplum exsoluit: ita atrocior iniuria est, quæ fit Magistratui, aut in loco publico, vt in foro. (*Vlp. in l. Prætor edixit, §.*

Abac.1. Quare &c. *atrocem de iniur. l. 47. P. tit.* 10. *c.* 9. §. 1. *eod. tit.* §. *atrox, eod. tit. apud Iustin.* Maior adhuc, si fieri ei, qui dignitatis habitum fert & ornamenta (*Cæs. in l.* 4. *C. de iniur. lib.* 9. *t.* 35.)

De Henrico V. Rege Angliæ. 2. Sententia Iudicis est medicina scelerum, in persona Iudicis, est Maiestas Principis. Refert Annales Angliæ, Henrici Quarti Regis filium furentius in Senatum irruisse, seruumque, què perditè dilexit, omni conatu à Tribunali abripere contendisse. Hoc vidit populus, & pertimuit. Iudex, vir iusto ac forti animo, hæredem Regni sic excepit: *Accelera huc, furiose iuuenis, gladio quo cædem iam minitaris, senile pectus hoc meum (si placet) percute: percute (inquam,) si velis: non potius moriar, quàm hoc exemplum patiar. Imo quo nunc abuteris, Tribunal tui patris est: habes quem inuadis, personam tui patris gerit: lex quam violas, te reum sceleris, non filium Principis facit. Ego igitur tui patris nomine, totiusq; Regni authoritate, te propter hoc facinus in carcerem duci iubeo.* Hoc tonitru perculsus iuuenis, gladium iecit, seipsum sententiæ Iudicis sponte subiit in vincula se (admirante populo) vltro præbuit. Hac Tragica Comœdia audita, Rex ille ac sapiens, effusus in lacrymas: *O me beatum* inquit, *qui tam iustum & sincerum Iudicem, qui tam pium & obedientem filium ante sepulturam video.*

Vide Suet. in Augusto cap. 26. 3. Quemadmodum metus violentiæ Clerum à foro excusat: (*Clem. V. Pastoralis* 2. *de vit. lib.* 2. *t.* 11.) sic & Iudices à iudicando, vt si armis circumsepti iudicent, iudicium illorum non confirmatur liberum: nihil enim magis contrarium consilio & voluntati, quàm vis. Sic apud Ho-

num *lib. 3.* Iphicrates capitis reus iuuenes in iudicio cum gladijs collocauit, qui monstrantes capita iudicibus, terrorem eis incusserunt, ita vt reum absoluerent. Et Cic. pro Milone conqueritur, quòd in foro iudiciali Pompeius disposuisset armatos milites, & quòd noui iudicij noua forma terreret oculos, &c.

4. *Charundas Thurius* ad vim & cruorem vsque seditiosus, concionēs ciuiū pacauerat, lege cauēdo, vt si quis eas cum ferro intrasset, statim interficeretur, atq; cùm idem, interiecto tempore, ex longinquo rure, gladio cinctus domum repetēs, subitò indicta concione, sicut erat, in eam processisset, & monitus fuisset ab eo, qui proximè ei constiterat, solutę suæ legis: *Idem ego*, inquit, *eam sanciam*, ac protinus ferro, quod habebat, incubuit, cumq; liceret culpam vel dissimulare, vel errore defendere, pœnam tamen repræsentare maluit, ne qua fraus iustitiæ fieret. *Cic. 2. de leg.* Val. *lib. 6. c. 5.* Locum, vbi Iudicia exercentur, tutum esse oportet, tam Iudicibus, quàm litigantibus. Ideoq; Deiotes, cùm esset à Medis vocatus, vt iudicaret, arcem sibi tutam construi, addi custodes voluit, vt eò tutius & sine metu iudicare posset. *Herod. lib 1.*

SIGNVM XCI.

IVSIVRANDVM NON VIOLARE. *Vide Thes*

LAmpsacenis interminatus erat excidium *Alexander Magnus*, &, vt videt Anaximenem legatione ad se missum, & præceptorē, & eloquentia suspectum, sanctè iurauit, nihil se facturum quod peteret. Tum ille: *Rogo te* inquit, *vt Lampsacam patriam meam diripias.* Atque ita à captiuo victor

victor captum se sensit, & præter animi sententiã vrbi parcere coactus fuit, & salus Vrbis vaticinii beneficio constitit, ait Val. *lib.7.c.3.*

SIGNVM XCII.

IVSTITIAM PROSTRATAM omni tempore erigere.

Celebri, & incorrupta esse iustitia.

1. IVdicabat *Samuel* Israëlem cũctis diebus vitæ suæ. 1. *Reg.7.v.15.16.17.*

Vide signum 94.

2. *Moyses* ab initio congregato populo tantũ iudicabat certo tempore, & non continuò, donec, ex consilio Iethro, prouidit de omni plebe viros sapientes & timẽtes Deum, in quibus esset veritas, & qui oderant auaritiam, Tribunos, Centuriatores, Quinquagenarios, & Decanos, qui iudicarẽt populum omni tempore facilioraque minantes, grauiora sibi reseruans. *Exod.18.*

à Tribus dicebantur Tribunalia.

3. *M. Antoninus Philosophus* 230. dies rebus dis litibusque disceptandis constituit. *Iul. Ca.*

Vide Theatrum, & Triumphũ.

4. *Iosaphat Rex Iudæ* laudatur, quòd constitu Iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda munit per singula loca, & in Hierusalem constituit Leuitas & Sacerdotes, & Principes familiarum Israël, vt iudicium & causam Domini iudicar habitatoribus eius. Iudicibus autem & Magistratibus à se constitutis præcepit: *Videte quæ facitis: non enim hominis exercetis iudicium, sed Dei, & quodcunq; iudicaueritis, in vos redundabit.* (2. Par.19.v.8.) Cùm, inquam, Iosaphat iudicium turbata, numine placando restituere vellet, dictis Iudicibus dixit: Domini eos iudicium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aturos, vt intelligerent, se Dei vicarios constitutos, & præ oculis haberent, quid in omni deliberatione Diuino Numini maximè placeret.

5. Multi Rerump. moderatores Tribunalia ædibus sacris coniunxerunt, vt admoniti religione, Deique reuerentia, Iudices, & litigantes, Numinis saltem metu, in officio continerentur.

6. In Gallia sanctissimus mos seruatur in Tribunalibus maioribus, vt ante Curiæ ingressum, & soluta Curia Missę Sacrificium publicè offeratur, & Iudex mortuorum & viuorum, Iustitia ipsa, & Iustitiæ auctor incorruptus adoretur. *Vide Signum* 31.

7. *Augustus Cæsar* in eligendis iustitiæ Præfectis circumspectissimus, & in præscribenda illis gerendæ Reip. forma diligentiss. fuit, non solùm quæ facienda forent, dicens; sed etiam quæ fugienda monens.

8. *Alphonsus Arag. & Siciliæ Rex* Præsides Prouinciarum ac Iudices omnes admonuit, ne quod Decretum, aut Rescriptum à se factum seruarēt, nisi quod iure & honestate niteretur: interdum enim aut importunitate postulantium, aut ignoratione rei fieri, vt quippiam contra iuris sanctimoniam emanet, (*Panor. lt. 2. de rebus gestis Alph.*) *Vide de* Idem eos Principes, qui iustitiam non colerent, *Legibus.* perfimiles sibi videri dicebat ijs, qui morbo caderent comitiali, cùm iustitia sit quasi cibus & nutrimentum vitæ.

9. *Iacobus Almansor Africæ & Hispaniæ Rex* throno suo inscribi iussit. 1. *Iustitia* primum in Rege tenet locum. 2. *Charitas* diuitibus maximè conuenit. 3. *Patientia* pauperum est propria. 4. *Castitas* est præcipuum iuuentutis ornamentum.

5. *Mun-*

5. *Mundi contemptus* est apud sapientes. 6. Pulcr est vnicum muliebris sexus decus. Rex sine iusti- tia, est quasi nubes sine pluuia. *Diues* charitatis expers, est similis arbori infrugiferæ. *Pauper* im- patiens est instar fluminis aqua carentis. *Iuuenis* in quo non est castitas, est tanquam lucerna sine lumine. *Sapiens*, qui mundum non habet con- temptui, est ceu sterilis ager. *Mulier* sine pudore, est veluti cibus sine sale.

10. Narrat Herod. *lib.* 3. (Val. *lib.* 6. c. 5.) Prae- dem Sisamnem, qui pecunia corruptus, iniustam sententiam tulerat, interfectum à Cambyse, & toti corpori cutem detractam, quam instra- Tribunali: postea filium Sisamnis Otanem ea sede collocauit, ac iussit eum intuentem pa exuuias iustè iudicare, ne simili supplicio affe- retur. Notent hæc, qui Iuris nodos, & Legum a- nigmata soluunt. Nam: (Iuuenal. Sat. 8.)

Gens sine iustitia, sine remige nauis inuti- est.

11. *Alexander Seuerus Imp.* tanta fuit æquita vt nullas vnquam sanciret leges, nullam Cons- tutionem sacraret, sine viginti Iuris peritis- mis, & doctissimis, ac sapientissimis viris; ne in vlla re iudicium ferret, quin prius iret p sententias singulorum, & scriberetur quid quis- que dixisset. Cùm de iure aut negotijs trac- bat, solos adhibebat doctos, & disertos: fide militari, milites veteres & senes. Si vnquam t rem vidisset Iudicem, paratum habebat digit vt illi oculum exueret: tanto odio prosequeb- tur Iudices, qui furtorum fama laborasset, e si eos casu aliquo videret, commotione ani choleram stomacho euomeret, toto vultu in-

descente. Idem clamabat sæpius, & per præconem, cùm aliquem emendaret, dici iubebat: *Quod tibi non vis, alteri ne feceris*: eamque sententiam vsque adeò dilexit, vt & in Palatio, & in publicis operibus perscribi iuberet. *Baron. Anno Christi 224.*

(Apud Virgilium, *AEneid. 6.* Ixion rotæ implicitus apud inferos assiduè clamat:

" *Discite iustitiam moniti, & non temnite Diuos.*)

11. *Fridericus* III. *Imp.* cùm Ladislaum Hungariæ ac Bohemiæ Regem educaret, non defuerũt, qui perdendum suaderent puerum, cuius vita ingentes molestias Cęsari, mors regna & opes maximas allatura esset. Ad quos ille: *Ergo me*, inquit, *opulentum magis Regem, quàm pium, quàm iustum optiu. At ego iustitiam bonumq; nomen diuitijs, cunctisq; rebus antepono.*

13. Ad *Rodulphum* Imp. cùm quidam venisset, qui Othaccarum Bohemiæ Regem, atrocem hostem, in venatione se occisurum promitteret, si facto præmium esset: Rodulphus: *Etsi noster hostis est Othaccarus*, inquit, *non tamen id efficiet, vt iustitiæ & moderationis fines transeamus.*

(Vide Valer. Max. lib. 5. cap. 5. & Cic. 3. de Offic. & Gell. lib. 3. cap. 8. de Iustitia Senatus Romani.)

14. *Antiochus* III. *Asiæ Rex*, omnibus Regni sui vrbibus scripsit: Si quod in litteris, quæ eius nomine scriberentur, esset, quod legibus aduersum videretur, crederent ignaro se eiusmodi literas scriptas fuisse, & propterea eis non parerent. Sanctissimum profectò verbum, & quod iusto Regi maximè conuenit: vt quemadmodum ipse

ipse populis præest, ita ipsi Leges atque æquita-
tem præesse intelligatur.

15. *Valentinianus* Imp. subinde dicebat: *à Princi-
pe in primis curam iustitiæ flagitari.* Zonar. lib. 3.

16. *Philippus, Herodis Antipæ frater*, quoties do-
mo progrederetur, iter cum paucis selectis co-
mitibus faciebat, subsequente sella, in qua ius
reddere solebat: ac si quis ex occursu opem eius
imploraret, sine dilatione, mox sella posita resi-
dens, caussam cognoscebat, aut sontem damna-
turus, aut absoluturus innoxium. *Ioseph. lib. 1.
cap. 16. Vide Signi 79. Exemplum* 11.

17. *Tiberius Constantinus* iam moriturus, & Im-
perium Mauritio genero tradens dicebat: *Fore
eo* (Imperio) *feliciter, in mente habens, æquitatem
ac iustitiam præcipua esse optimi Principis Insig-
nia.* Aimon. 3. de gest. Francor. cap. 35.

18. *Ferdinandus Cæsar* crebris illud vsurpatum
sermonibus: *Fiat Iustitia, aut pereat mundus.* Si
quidem tam lectione, quàm vsu didicerat, Rem
sine iustitia consistere non posse: & legerat in
tè apud Augustinum, 1. de Ciuit. Dei, *vnicum Re-
gnorum columen* eam appellari. *Laurent. Pocius
Symb. Impp.*

19. AEgyptiorum Reges Iudices ad iusiu-
dum (iureiurando) adigebant, vt si quid Rex
beret eos iudicare quod iustum non esset, ne ex-
querentur, vel iudicarent. *Diod. Sic.* Vt & à Con-
tiano, Valente, & Theodosio sancitum est, ne Iu-
dices habeant rationem Rescriptorum suorum,
si contra Leges imperentur, addita ratione, quia
sæpe in nonnullis caussis inuerecunda petentium
inhiatione Principes constringuntur, vt etiam
concedenda tribuãt. *l. 1. C. de petit. bon. sub. lib.*

(Antiochi Exemplum, *vide in loco de Legum obseruatione. Vide Signum* 92.)

10. *Andronicus Comnenus, Imp. Byzantij*, nullo discrimine, nobiles, aut nouos; tenues, aut diuites; suos, aut alienos, solitus est culpæ conuictos damnare: in his Theodorum, quendam è suis charis, quem agricolæ detulerant, diuertisse apud se cum seruitijs, nec in discessu quicquam soluisse. Imp. hominem statim corripi, fuste duodecies in publico cædi iussit, tum agricolis damnum largiter rependi.

Scripsit idem ad Præsides, & Magistratus: *Aut iniurias*, aut vitam relinquite: nam vos iniustè agere, & viuere, nec Deo gratum, nec mihi eius ministro ferendum est.

11. *Leo Armenus, ibidem Imp.* cùm Palatio digressus, adiretur à tenuioris sortis homine, qui vxorem suam diceret à Senatore raptam, stupratamque, & id se facinus ad Præfectum detulisse, nec ius adhuc sibi dictum. Leo confestim mandauit, vt reuerso sibi actor, reus, Præfectus sisterentur. Quos deinde auditos, cùm noxæ reum, negligentiæ Præfectum comperisset, hunc dignitate, illum vita exuit.

12. *Gregorius Pontifex* epist. 4. lib. 1. ad Petrum Diac. scribit: De his, quæ tibi pro seruanda iustitia scribo, ego absoluor; & tu, si negligis, obligaris. Terribilem Iudicem considera, & de aduentu illius nunc tua conscientia contremiscat, ne tunc sine caussa iam timeat, cùm coram illo cælum & terra tremuerit. Hæc tanta cum energia Gregorius, quòd sæpe ministri, qui fideliores videri volunt, vt in arcam Ecclesiæ quid inferant, cuncta diuorquent, & extorquent; corradunt, & corro-

dunt; ſacrificium ſe Deo magnum offerre putãtes, ſed de rapina minimè Deo gratum: quia Spir. ait: cap. 34. *Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui.* Ab his longè abeſſe voluit ſuos miſtros Gregorius.

Certè iuſtitia Magiſtratui ad tuendam ſubditorum ſalutẽ ſummè eſt neceſſaria. Ad Magiſtratum enim confugere, eſt ad ipſum ius ire, cùm ius quoddã ſit animatum, & lex loquens. (*Ariſt. Ethic. 4. Cic. 3. de leg.*) Atque hanc ob cauſſam maximè Reges ſunt creati, conſtitutæ ciuitates, Reſp. vt ſuum quiſque teneat, neq; bonorum diminutio vlla fiat. (*Cic. 2. de Offic. Oſor. lib. 4. Inſt. Regis.*) Hinc Heſiod.

Hac vna Reges olim ſunt fine creati,
Dicere ius laſis, iniuſtaq; tollere facta.

Cùm enim premeretur inops multitudo ab his, qui maiores opes habebãt, ad vnum aliquẽ confugiebat virtute præſtantẽ, qui cùm prohiberet iniuria tenuiores æquitate conſtituenda, ſummos cum infimis pari iure retinebat. (*Cic. 2. de Offic.*) Vt ignis quæcunque admouentur calefaciens, primùm innata ſibi vi calet: nix contra ſuapte natura frigida, & alia frigida reddit: ſic iuſtus Magiſtratus ipſe plenus iuſtitia eſſe debet, ſuo iure adminiſtraturus eſt: (*Philo lib. de iudice*) Iuſtitia ſine Prudentia nihil prodeſt, ſic ſine iuſtitia nihil valet Prudentia. (*Cic. 2. de Offic.*) Hęc vulnera populorũ, comprimit omnes motus, pacem & otium cum dignitate conſtituit, Reip. firmat: (*Oſor. ibid.*) efficit, vt Magiſtratus à ſubditis amentur: (*Plut. in Ariſtide.*) laudentur & commendentur: quia nihil laudabile, nec ad

mnum, sine Iustitia.† Idq; eò magis, quòd maxima ingenia plerumq; Iustitiæ obliuio capiat, cum in Imperiorum, honorũ, gloriæ cupiditatem incidunt (*Cic.1. de Offic.*) Adhæc licet etiam honorentur fortes, sint sapientes admirationi: tamen his maximè fidê habere homines solent, qui iusti sunt. (*Plut in Cat. Vtic.*) Quin & sac. litteræ iustitiam maximè in Magistratu requirũt. Deut. 16. *Iudicate iustè, nec alterã in partem inclinate. Diligite iustitiã, qui iudicatis terrã.* (Sap. 1. v. 1.) *Abominabiles Regi, qui agunt impiè: quoniam iustitia firmatur solium,* (thronus Regius.) *Voluntas Regũ labia iusta: qui recta loquitur, dirigetur.* Prou. 16. v. 13. *Rex iustus erigit terram: Rex, qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternũ firmabitur.* Prou. 29. v. 4. 14. Portare subditos in sinu suo iubent, sicut portare infantulũ nutrix solet. (*Num.* 11.) Docent etiã (*Eccli.* 10. v. 8.) neglecta iustitia regna amitti, & ex vna gẽte in aliã transferri. Hinc S. Hieron. *a* Regũ proprium est facere iudiciũ & iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos, & peregrino, pupilloq; & viduæ, qui facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxilium. Et S. Augustinus, *b* Remota iustitia, quid sunt Regna, nisi magna latrocinia? quia & ipsa latrocinia quid sunt, nisi parua Regna? Et S. Gregorius ad duos Frãciæ Reges *lib. 7. epist. 120.* Summũ in Regibus bonũ est, iustitiam colere, ac sua cuiq; iura seruare. Per iustitiã scelera & flagitia remouentur, virtutes promouẽtur. Boëtius, *1. de Consol. Philos.* ait: Annũ bonum, non tam de magnis fructibus, quàm de iustè regnantibus existimandũ. (Prou. 17.) *Abominabilis apud Deũ, qui iustificat impiũ, & cõdemnat iustũ.*) Sine iustitia Rẽp. haud

† *Cic. 3. de Offic Xenoph. 3. de Cyri exped. Vide signum 87.*

a in cap. 22. terem.

b de Ciuit. lib. 2. c. 4.

diu ſtare, vel adminiſtrari poſſe, ſic docet Cicero, *in Frag. lib. 2. de Repub.* his verbis: Vt in fidibus, ac tibijs, atque cantu ipſo, ac vocibus, concentus eſt quidam tenendus ex diſtinctis ſonis, iſq; concentus ex diſſimilimarum vocum moderatione concors tamen efficitur, & congruens: ſic ſummis, & infimis, & medijs interiectis ordinibus, vt ſonis, moderata ratione ciuitas conſenſu diſſimilimorum conſiſtit: & quæ harmonia à Muſicis dicitur in cantu, ea eſt in ciuitate concordia, quæ ſine iuſtitia nullo pacto eſſe poteſt. Hinc Plato (*2. de Leg.*) iuſtitiam vocat ἕρμα Πόλεως, fulcrum ciuitatum. Ariſtoteles, 5. *Ethic.* præſtantiſſimam omnium virtutum. Idem aſſerit, 1. Pol. c. 2. Nullam ferarum fraudem eſſe tantam, nullam malitiam, quæ poſſit cum eius malitia contendere, qui ſemel legem iuſtitiamque contempſit.

Iuſtitia mater concordia.

Iuſtitia ſtabilem facit Reip. ſtatum: quia pro dignitate præmia cuique tribuit; efficit, vt quæ ſua ſunt quiſque obtineat: in bonorum diſtributione eſt diligens, nec admittit, vt per vim ac dolum quicquam agatur: (*Ariſt. 5. Pol. cap. 7.*) intãta eius vis eſt, vt nec illi quidem, qui maleficio ac ſcelere paſcuntur, poſſint ſine vlla partitione iuſtitiæ viuere. (*Cic. 1. de Offic.*) Ipſa etiam hoſtes infeſtiſſimos amicos reddit, & perinde vt magnes ferrum attrahit. Hinc *Ariſtides* ille Athenienſis, ob inſignem iuſtitiam, Græcorum felicitas eſt dictus: quæ eum tulit ætas, eſt aurea appellata. *Plut. Traianus Imp.* ita charus extitit, vt quoties poſt Imperator crearetur, fauſtæ acclamationes illæ audirentur: *Sis felicior Auguſto, melior Traiano.*

Sunt contra Deo & hominibus inuiſi in[illegible]

ac puniuntur grauiter, qui leges ferunt iniustas, vt pauperes in iudicio opprimant, & vim faciant causſæ humilium: (*Isa.* 10.) Ob iniustitiam Pharao perijt: (*Exod.* 14.) Saul seipsum gladio interemit: (1. *Reg.* 31.) deuorata à canibus Iezabel fuit: (4. *Reg.* 9.) Herodes à vermibus consumptus est. * 1. *Agesilaus Rex* sciscitatus vtra virtus esset præstantior, Fortitudo, an Iustitia? grauiter respondit, fortitudinis nullum esse vsum, nisi adsit iustitia; quòd si omnes essent iusti, nihil opus fore fortitudine. *Plut. Stob. serm.* 7.

Iob 24.

Vide de Crudelit.

* *Act.* 12.

Vide de Bello.

2. *Philippus Rex* quendam ex Antipatri amicis in Iudicum numerum adscripserat, (in album retulerat,) verùm post, vbi cognouit illum pectenda potius & ornanda cæsarie, quàm legendis libris occupari, tingere etiam barbam & capillos, submouit eum, dicens: *Qui in capillis fidus non est, is in rebus gerendis non videtur dignus cui fidatur.* Fuco vtebatur in tingendis capillis, vbi non multum erat lucri, ideo multo magis vsurus Regi videbatur fuco in publicis negotijs, vbi dolus interdum ingens adfert emolumentum. Quia præcipuam oportet esse curam Regum, vt cognoscendis causſis viros præficiant incorruptos, apud Philippum nec Antipatri tantum valebat authoritas, quin suspectum è Iudicum ordine moueret: adeò certè Iudicem in iustitiæ administratione occupatum esse oportet, vt capiti pectendo otium non superfit.

3. Rectè ergo AEgyptiorum Reges iureiurando Iudices astrinxerunt, non se iniquè quid iudicaturos, etiamsi Rex illud imperauerit. †

† *Plut in Vita Catonis Minoris.*

4. Apud eosdem AEgyptios Iudicum statuæ absque manibus, Principum ita constituebantur,

Vide exemplum 19. præcedens.

vt ab illorum collo suspensa veritas propēderet, ipsi oculis essent paulo minus clausis, librorum vndique cumulo circumiecto, vt ostenderetur veritatem duntaxat esse spectandam, leges ex libris cognoscendas esse. (*Diod. lib. 1. c. 4. Cæl. lib. 1. cap. 19.*)

5. *M. Aurelius Imp.* ad Pollionem scribit: Nō licebat Romæ Censores iniustos esse. Nihil enim magis Remp. pessundat, quàm si lance Iudex non æqua erga cunctos vtatur.

6. *Persæ* consueuerunt ei, qui ex Regijs liberis natu maximus erat, quiq; in spem Regni educabatur, cùm alios ad virtutē magistros dare; tum vnum in primis à quo iustitiam doceretur. Censebant enim iustitiam primas in Principe partes tenere, cùm ab illo, ceu fonte quodam, in cæteros sit deriuanda. *Xenoph.*

7. *Pædalios*, Indicam gentem, in sacris publicis nihil aliud à Dijs, quàm iustitiam petere solitos ferunt, quòd, eam si consequerentur, affatim sibi bonorum omnium putarent fore. *Ioan. Diobr.*

Muretus Orat. 6. 9. *Hist. Bohem.* Rectè: nam Hesiodus multis versibus percenset ea bona, quæ à Deo tribuuntur cultoribus iustitiæ; contraq; eas, quæ ab iniustitia ciuitatibus inferuntur calamitates. Illorum lætas vrbes florêre populis, nunquam bello, nunquam fame, nunquam alijs eiusmodi pestibus conflictari: hos & fame, & peste, & bello, & alijs innumerabilibus malis iniustitię pœnas dare. Hinc Leo Eurycratidis filius sciscitanti, in qua demum ciuitate tutò habitare liceret? *In qua Iustitia viget*, inquit. *Plut.*

Accessit Totilā Regē Gothorum Calaber quidam, incusauitq; è Satellitio eius militē filiæ suæ

per

ger vim compressæ. Totila statim in vincla hominem dat, pœnas sumpturus, quas tamen milites rumorantur, miseratione, an cupidine similis licentiæ: atq; agmine adeuntes, petunt dimitti & sibi donari cõmilitonem notę virtutis, & facinorum clarũ. Totila auditos acri oratione castigat: Quid agitis parum prouidi, aut vobis vultis? Sine iustitia rem ciuilẽ aut militarem, stare non posse, satis vos Theodahadas Rex docuisse debuit, qui pretio, aut gratiæ eam largitus, quas clades ipse passus est, & per eum gens Gothorum? Nunc me rege & illa reuixit, ac statim caput sustulit vetus illa gloria nostra ac fortuna, & vultis illã & hãc iterum (nexa ea sunt) corruere ac labi? Quo autẽ pretio? vnus è vulgo scelus admisit, & placet gentem totam luere, & vos venire, strenuos & integros, in communionem noxæ? Nã venitis, & assident inter se, ac penè paria sunt, delinquere, & tueri delinquentes. Paria? imò maius hîc peccatum est, viã aperire & struere peccaturis. Sed de vobis vos videritis milites, ego alta voce & corde proclamo: *Non feram, & si ferre vultis me auſente. Ecce corpus & pectus.* Moti sunt, & animos ponunt, rem ei permittunt, qui hominem carcere eductum audit, & capitis damnat: damnati bona vitiatæ velut in dotem donat.

9. Idem Rex, teste Procopio *de bel. Goth. lib. 3.* dicebat Gothos suos ob iniustitiam esse ab hostibus superatos, etsi virtute, multitudine, cæteroq; belli apparatu, hostibus essent maximo interuallo superiores, docuitque ex iustitiæ cultu à Deo rependi victoriam. Quod adeò verum est, vt etiamsi à parte aduersa stet pietas, veraque religio, nihil ob id erga illos propensior sit

Diuina Clementia, si peccata reliqua adsint; imò magis in eos vindictam exerceat, qui cùm confiteantur se nosse Deum, factis tamen negant, deterioraque infidelibus scelera patrant. In quam sententiam Apostolus, præco cælestis Edicti, sic proclamat: (Rō. 2.) *Ira & indignatio omni animæ operanti malum; Iudæo primùm & Græco.* Cur *Iudæo primùm & Græco?* quia prius ad supplicium aduocatur, qui acrius deliquisse notatur: & sententia Domini (*Luc.12.*) grauioris est culpæ reus, qui scit voluntatem Domini, & non facit, vt qui multis, præ alijs, sit afficiendus plagis. Ex hac caussa interdum cogitur Deus (si ita dicere licet) aduersus nequissimos Christianos fauere gentilibus, & ad plectenda Catholicorum facinora propitio vultu ad castra respicere Ethnicorum, & ijs vti ad puniendos illos nefandorum criminum reos. Esaiæ 10. *Virga furoris mei Assur*, Idem audi, ad infligenda Iudæis verbera. *Vide Bar. Tom.7. Anno Christi 547.*

Cur infideles aduersus fideles aliquando præualeant.

SIGNVM XCIII.

Non esse acceptorem personarū.

προσωπολήψιαν, SEV ACCEPTIONIS personarum à Politicæ iustitiæ administratione, tanquam pestem remouere, & tam pauperum, quàm diuitum curam habere.

QVibus virtutibus ornati Iudices, alijsque Magistratus esse debeant, Moysis socer exposuit. Cùm enim generum accusaret, quòd omnes populi lites solus cognosceret: *Delige*, inquit, ex

mei populo viros potentes, qui Deum timeant, fidem colant, auaritiam odio habeant. Potentes esse voluit, vt audaciæ & temeritati resistant, & ne timore imbecillitate præpediti, causas contra ius & fas hominibus, qui multum in Rep. possunt, adiudicent. Requirit *timorem Dei*: quia eo conscientia obstricta, resecantur libidines, mentem tenebris impedientes, vel menti tenebras offundentes ne, quod verum & iustum est, cernere possit. *Fidem* verò qui negligit, quomodo tandem poterit munere demandato rectè fungi? *Et qui pecuniæ student*, ij sæpe ad iniquitatem transuersi capiuntur, & nihil verum, nihil rectum, nihil simplex intueri queunt. *Munera* enim, vti alio loco idem Moyses ait, *sapientum oculos excæcant, & rectorum hominum verba commutãt*: (vel, iustorum animos facile ab æquitatè ad iniuriam traducunt.) Hinc Plato, 11. *de Leg.* capite sanciendum existimat, si Iudex quacunque de causa se alienæ pecuniæ, aut muneris alicuius contactu fœdarit.

Simulatione nihil fœdius.

Deut. 16.

1. *Traianus Imp.* adeò studiosus erat iuris & iustitiæ, vt cùm Tribunum militum, vel Præfectum Vrbis & Prætorij renuntiasset, strictum ensem, in conspectu omnium, in manus eius porrigens, diceret: *Cape ferrum hoc*, (hunc ensem,) *& si quidem rectè* (iustè) *imperium gessero*, (bonus fuero,) *pro me; sin aliter*, (malus,) *contra me hoc vtere.* Noluit æquitati personam suam præponderare. Et cùm mulier quædam aliquando eum rogasset, vt se audiret; & ille respondisset, otium sibi non esse; illa clamabat: *Noli ergo imperare.* Quo audito, continuò causæ eius aures dedit. (*Dion, Aurel. Victor, Suidas, Niceph. lib. 3. hist. c. 23.*) Iustitia

Vide de Legibus.

certè sine affectu, vel aspectu administranda est.

2. Cùm Simonides Poëta à Themistocle præter æquum quid postulasset: *Neq; tu*, inquit Themistocles, *bonus Poëta esses, si modos & numeros canendo contemneres: neq; ipse bonus Prætor ero, si alicuius gratiam legibus præferrem.* Idem tamen reprehenditur, quòd negauit ea se in sella iacere velle, in qua nullam prærogatiuam præbenis amici sint habituri. (*Plut. in Aristide.*)

3. *Phocion Atheniensium Princeps*, ne generi quidem Charillo, repetundarum dicturo causam, adesse sustinuit, inquiens: *Equidem meis generum & hominem iustum, & probum opto.* Quo dicto, deserto genero, inde se proripuit. *Idem.*

4. *Epaminondas Thebanorum Dux* filium, corona primùm imposita, securi feriri iussit, quòd præceptorum paternorum immemor cum hoste conflixisset, eumque vicisset. Sic neque Brutus & Torquatus, ad sartam tectam tenendam militiam, liberis pepercerunt. *Idem & Val. lib. 5. & lib. 6.*

Vide Signum 100.

5. *Zaleucus Locrensium Rex*, cùm legem tulisset de adultero vtroque oculo orbando, (vnius adulterio deprehensus, ambobus oculis priuatur,) filiusq; paulo post reus istius sceleris institutus esset, se vno, filium altero oculo priuauit, ob acceptionem personę lex ab ipso lata videbatur. Etsi enim, cùm filius ad patris tribunal traheretur, populus pro illo deprecaretur; tamen ille iustus, vt legi & populo satisfaceret, filio vnum & sibi alterum oculũ effodit, atq; ita debitũ supplicij modum legi reddidit, æquitatis admirabili temperamento se inter misericordem patrem & iustũ legislatorẽ partitus. *Val. lib. 18. c. 19.* *Vide exemplum 20. signi 92.*

In Regis filium ciuilis distringitur gladius.

6. *Tennes Tenediorum Rex* legem tulit, vt si quis adulterum deprehendisset, eum securi trucidaret: deprehenso verò ipsius filio, rogatus Rex quid faciendum esset? respondit, lege vtendum esse.

7. *Carolus V.* dicebat: Quemadmodum sol tam egenis, quàm diuitibus, æquali modo ac mensurà lumen dispensat: sic Principum est, sine vllo personarum respectu subditorum causas examinare, & æquali iustitiæ temperatione iudicare. *Sap. 2. Magnum & pupillum ipse fecit.*

8. *Philopœmen* Megalopolitanus Achæorũ Prætor, non existimabat decere fortem ducẽ phalangem præcedere; sed nunc apud primos, nũc apud postremos, aliquando etiam per medios obequitare, & omnes inspicere, vt si quod peccatum, aut non ritè administratum esset, corrigeretur.

9. *Carolus Magnus* sanxit, vt in primaria cuiusq; regionis vrbe Pontifex & Prætor ter quotannis, Aprili, Octobri, Ianuario ius dicerent, responsa darẽt, & primùm pauperes, viduas, pupillos, datis his prudentissimo patrono, diligentissimè audirent, inimicos reconciliarent: vetuit insuper ne illi lites in diem differrent, neue calumnijs locum facerent. *Auentinus lib. 4.*

10. *Andreas Hungariæ Rex* iuit in Terram Sanctã cum copijs, religione impulsus, & curã Regni Banchano cõmisit, eiusq; fidei vxorẽ Gertrudem commendauit. Sed cùm frater Gertrudis, adolescẽs lasciuus & petulans, absente Rege, visum sororem venisset, illa iuueni gratificatura, vxorem Bãchani, pudicam & formosam fœminã, fraudibus & pellacijs ei substernit. Quæ post facinus pœnitentia ducta, rẽ omnẽ marito exponit, & simul

mul Reginæ fraudes, & iram à se in illam cõuertit. Bancbanus Reginam adit, exprobrat factum, & gladio vlciscitur. Cæde patrata, Byzantium abit, Andreæ Regi occursurus, illac in Syriam tendenti, quem mox reperit, & rem aperit, illum verum iudicem, &, si meruit, vindicem poscit. Rex differt in suum reditum, & vultu atque animo composito: *Tu verò abi*, inquit, *& in Regnum redi, vicem meam, vt ante functurus. Nam reduci mihi, si Deus annuit, stat hanc caussam cognoscere, & decidere. Si innocens es, tunc libens absoluere, sin autem nocens, ne nunc quidem damnatum nos, nec expeditionem hanc in hostes fidei sumptam, Christiano sanguine auspicor, & perfundo.* Vocatus abit: ille in Asiam, hic in Hungariam: & cùm indijsset, caussa seriò inquisita, pronuntiat, vxorem suam iustè cæsam videri. *Iustus Lipsius lib. 1. Mont. Pol.*

Nihil sacræ expeditioni anteposuit.

Suspectum, si non conuictum, iterum Regno præposuit.

Amori coniugali iustitiam præposuit.

Nouit Rex ęquissimus, quàm procul abesse debeat à iudicando amor. Quia amor & proprium commodum sæpe faciunt, vt virtutem Iudex non agnoscat, gratificetur ijs, quos amat, aut omnino absoluat, aut parum condemnet. (*Arist. 2. Rhet. 1.*) Quisquis amat, hallucinatur in eo, quod amat. (*Plut. in lib. quo pacto adulat. ab amico discern.*) Amor altos & generosos spiritus frangit. (*Hieronymus 1. aduers. Iouin.*) Ideoque vir bonus amici sui caussa nihil contra Remp. aut iusiurandum, & fidem facit, quòd personam amici ponit, cum Iudicis induit. Et memor esse debet, quando iurato sibi dicenda sententia, Deum se testem adhibere. (*Cic. 3. de Offic.*) P. Rutilius, cùm amicus quidam, iniusta petens, repulsam pateretur, & diceret: *Quid ergo amicitia tua mihi opus est? respondit:*

Vide Signũ S. de Affectibus.

pondit: Imò *quid mihi tua opus est amicitia, si pro te aliquid inhonestè facturus sim?* Val. lib.6.cap.4. Apud amicos æquè grata esse debet simplicitas dissentientis, atque authoritas probantis. *Plin.lib.* 2. Amicus similis est medico, qui non amat ægrotum, si ægritudinem non oderit. *Augustin.*

11. Imp. *VVandalorum Kanutus* ita, inquit Crantius, ex æquo iustitiam colebat, vt omnibus indistinctè nocentibus supplicia repræsentaret: non affinitas, non necessitas, non amicitia delicto patrocinabatur. Deprehensi erant in Merica suæ ditionis latrocinantes, quibus vltimo supplicio cõdemnatis, cùm pœnam sumere carnifices iussisset, ex medio damnatorum grege quidam proclamat, esse se de Principis Canuti cognatione, iure sanguinis impunitatem & vitam deposcẽs. Quo Rex audito: *Cognato*, inquit, *nostro*, vt honoratior sit locus, sublimiorem parate crucem. *lib. 3. Vvãdal. cap. 32.*

12. *Otho* III. Imp. vxorem, Arragonum Regis filiam, quòd rea esset necis Comitis cuiusdam innocentissimi, publicè cremãdam iudicauit. Cùm eum fœmina procax oculos in dictum Comitẽ coniecisset, atque à viro castissimo passa esset repulsam, illum de attentata pudicitia calumniosè accusauit apud Imp. qui temere vxori credens, Comitem morte damnauit. Quem cùm capite truncatum audiuisset ipsius vxor, magna audacia, quam dolor, nescius pudoris, expressit, Othonem conuenit pro Tribunali sedentem, clamans de nece iustissimi viri vindictam, proiectoq; capite viri in medium, ipsum Imperatorem reũ innocentissimi sanguinis apud ipsum iura reddentem accusat. Probationem per contactum ferri tendentis, veritatis indicem, offert. Consentit ille, pa-

le, paratur ignis, ferrum candens exhibetur. Mulier, conscia innocentię viri sui, arripit illud illæsa, contrectat inusta, quin stringit vt flores ignitum metallum. (Hoc genus probationis per Stephanum Pontif. VI postea fuit improbatum, *Baron. Anno Christi 890.*) Qua ex re exuruntur præcordia ipsius Imp. cui tunc insultans victrix fœmina, vindictã in Imp. à gladio exigit imperantis. Fatetur ille culpã, nec refugit pœnam, spondens iugulũ, sed poscit inducias. Interim Proceres accurrunt, pro vita Imperatoris fœminã exorant: sed frustra diu laboratum: tandem ea conditione transactum est, vt auctrix sceleris Augusta, flammis comburenda daretur. Quod è vestigio fabi. *Crantz. 4. Saxon. cap. 26 Epit. Baron. pag. 6[illegible] 2. Vide Theatrum loco de Adulter.*

Est boni Iudicis in iudicio vtramq; litigantis partem audire. Siquidẽ notũ est illud iuramentũ vetus, & nobile Heliastarũ Iudicũ: *Audiam accusatorẽ & reum æquo animo, sine affectibus, & personarũ ratione*: (Demosth. cõtra Timocratem) & illud Iustinianæũ: AEquum me vtriq; parti tam disceptãdis controuersijs, quàm tuẽda disciplina publica præbebo: neutri parti præter ius & fas addictus ero. Quod si non hæc obseruauero, omnibus incommodis ero expositus, tam hic, quam in futuro sæculo, in horrendo iudicio magni Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, habeboq́ue partem cum Iuda, & lepram Giesi, & tremorem Cain. *Iustinian. Const. 9.*

Athenienſium lex vetus: ἀμφοῖν ἀμφοῖν ἀκροάσθαι, similiter vtramq; partem audire iubebat. (*AEschines in Demost. de falsa lege, Lucian. in orat. quòd non facile credendũ calumniis.*)

Ratio

Ratio 1. Qui statuit aliquid parte inaudita altera æquum licet statuerit, tamen haud est æquum. (*Seneca in Medea*)2. Nec visum, nec auditũ homine damnare, nefas vltimum censetur. (*Ammian. Marcell. lib.15.*)3 Nec maior est iniuria, quàm indicta caussa aliqué iudicare. (*Lucian. ibid.*)4. Hoc qui facit, non Iudicẽ, sed Tyrannũ se præbet. a 5. Vtnocens esse nemo poterit, si negare suffecerit: sic innocens nemo erit, si accusasse suffecerit. b 6. Veritas magis perspicitur, quò sæpius & vtramque in partem audita caussa fuerit. (*Seneca lib. 2. de Ira.*)7. Laudatur Alexander Magnus, quòd cùm audiret accusationes altera manu obstruxit aurem, vt illam puram absenti reseruaret. Vel: erante accusatore alteram aurem solebat occludere. Interrogatus, cur id faceret, respondit, defensori etiam dandus est audiendi locus, vel, vt loquitur Plut. alteram integram seruo reo. Et cùm mater Olympia innocentis cuiusdam necem extorquere conaretur, & nouem mensium gestationem in vtero vrgeret, aliam, inquit, mater mercedem posce, hominis salus nullo beneficio pensatur. (*Cæl. lib.16. c.7.*)

a *Apuleius de Asino aureo.*

b *Ammian. Marcell. lib. 18.*

SIGNVM XCIV.

IVRIDICVNDO PRAEESSE, IVS DICERE, vel reddere, seu forũ Iustitiæ non solùm Crœso, sed etiam Iro aperire, efficereq́, vt vox Iustitiæ in omnibus angulis Reip. audiatur. *Ius dicere.*

IMperator accipit tres Coronas. 1. Ferreã ab Archiepiscopo Aquisgrani, vt vincat rebelles, & cõculcet infideles. 2. Argenteã, ab Archiepiscopo Mediolani, vt cogitet esse mũdus. 3. Aureã à Papa in Ecclesia S. Petri ad Altare S. Mauritij, vt alios poten-

Vide in Mēsa Theolophil. c. 3.

potentia & iustitia excellat. Iustitiam etiam, quæ in eo lucere debet, significat Sceptrum, quod ei datur. Nam Sceptrum Regale virgula iustitiæ est, non signum inanis gloriæ. Sic & *Rex Romanorum* electus, inungitur, consecratur, & coronatur à Papa Corona 1. Ferrea, quam recipit Aquigrani, per quam Rex designatur Germanorum. 2. alia Ferrea Medocij oppido Longobardorum, qua Longobardorum Rex creatur. 3. Aurea Romæ à Papa accepta, per quam Augustus, & Romanorum Princeps dicitur: ex more tamen secunda argentea traditur Mediolani. Hanc virtutem (Iustitiā) tanti fecit *Traianus Imp.* vt cùm filius cuiusdam viduę à proprio filio equitante incautè fuisset occisus, illi, vt eam solaretur, proprium filium cum Regni hæreditate concederet.

Cic. pro Rabir. *Ius & æquitas sunt vincula ciuitatū. Tria fausta Reip sydera, seu lumina.*

Triumphauit olim *Roma* cùm concio purpuram, Magistratus gladium, iudicia æquitatis trutinam in ea tenuerunt: at Roma tum cecidit, cùm in Senatu furor, in Magistratu timor, & in iudicijs furor triumphauit. Certè à nulla re maiorem lucem acquirit ciuitas, quàm à Senatu, in quo consilium; quàm à Magistratu, in quo imperium; quàm à Iudicio, in quo iustitiæ & æquitatis stylum habet.

Esse autem officium boni Magistratus ius reddere subditis, vel hæc docent Exempla. 1. *Augustus Cæsar* ius dixit assiduè, & in noctem nonnunquam, etsi parum corpore valeret, lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans. (*Suet. c. 33.*)

2. *Traianus* tam assiduus erat in Tribunali, vt labore refici ac reparari videretur. (*Plin. Paneg.*)

3. Legi-

3. Legimus Iulium Cæsarem, (*Suet. c.43.*) Tiberium, (*cap.33.*) Claudium, (*cap.14.*) Vespasianum, (*cap. 21.*) Seuerum, (*Herod. 3.*) Constantinum, (*l. 1. C. quand. Imp. int. pup. & vid.*) ius assiduè iuxta ac laboriosissimè dixisse. *Idem.*

Cæteris Imperatoribus perantiquũ fuisse colligitur, ex *l. Imperialis de probib. feud. alien. l. Impp. de iure Fisci, l. Offilius, de l.3.* Hinc Valentinianum, Theodosium, & Gratianum Imperatores, Iustitiæ Sacerdotes Symmachus Vrbis Præfectus vocat, apud Ambrosium, *epist.30.*

(Psalm.2.10. *Qui iudicatis terram*, &c. Ierem. 23.5. *Rex faciet iudicium*, &c. Deut. 16. 18. *Iudicent populum*, &c.)

4. Veteres Iustitiam virtutem Regiam appellárunt: quia illa virtutũ Regina, Regibus in primis necessaria est. Vnde *Regina Saba* ad Regẽ Salomonem dicebat: 3. Reg. 10. *Cõstituit te Deus Regem, vt faceres iudicium & iustitiam.* Et *Salomon* iussus à Deo postulare quidquid vellet: *Dabis*, inquit, *seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare possit.* 3. Reg. 3. Ad quid Leges, si nulla iudicia?

5. Gaguinus, *lib. 3. de gest. Francorum*, scribit, Dagobertum Galliæ Regem solicitè iuridicundo præfuisse.

6. Cominæus scribit, *lib. 5. bell. Neapol.* Carolum VIII. certis diebus cognouisse de querimonijs, & caussis omnium, qui quaque de re aliquid ad ipsum deferrent, quod pauperum & miserorum hominum caussa, ait, in primis faciebat. Tametsi autem Carolus non multa perficeret, tamen eo pertinebat institutum hoc, vt Præfecti in officio metuq; continerentur, quod satis vtcunq;

Omnibus septimanis binos destinauit dies iure in publico reddendo.

erat ad perfectam Iustitiæ administrationem.

7. *Lusitaniæ Reges* certis diebus cuiuslibet hebdomadis in Senatu præsidere solebant. *Busianus in Annal. Lusit.*

8. *Carolus Burgundiæ Dux*, cognomento *Audax*, diebus tribus: multis verò ante eum *Carolus Magnus* die vno in hebdomada iustitiæ sacra peragebant. Verùm hic volebat, vt se præsente illa duntaxat caussę agitarentur, in quibus eius ministri ius dicere noluissent, & qui litigabant, iniuriam sibi factam quererentur, vt hoc fræno coërcitis Iudicibus, & Comitibus, siue Grauionibus, integra & inuiolata iustitia staret. Quod ipsum & Iustinianus constituit, *Nouel. de mand. Princ. c. sit tibi quoq; studium.*

Hebdomadatim caussas audiebat.

Expedit Principes ius reddere: quia contra potentes sæpe caussæ aguntur, nec minores illius delegati Iudices satis in eos oris, aut robore semper habent. Et quia Reges iustitiæ fruendæ caussa primitus sunt instituti, cur munus sui refugerent? Habent in eum finē Adsessores, & cum loquantur in cubiculo, cur non hic loquerentur? Neque hîc se nimis vulgat Princeps, cùm hæc res per se talis sit, vt reuerentiam sui gignat, vt terrorem. Bene à Deo ita facti sumus, verentur Numen & nomen ipsum iustitiæ, & quicunque eam administrant. (Prou. 16. v. 10. *Diuinatio in labijs Regis, in iudicio non errabit os eius.*)

Præoccupantur obiectiones.

(***)

SIGNVM XCV.

AD LABORES IMPERTERritum esse.

Laboriosum esse.

1. PAcatus *in Paneg.* ait de *Theodosio Imp.* Vt indefessa vertigo cælum rotat, vt maria æstibus inquieta sunt, & stare Sol nescit: ita tu Imperator, continuatis negotijs, & in se quodam orbe redeuntibus, semper exercitus es.

2. Plin. de *Traiano* ait: Assumptus es in laborũ curarumque consortium, nec te læta, & prospera stationis istius; sed aspera, & dura ad capessendam eam compulerunt.

3. Cùm *Maximinum Imp.* Tribuni monerent, quòd tam assiduus esset, tantoque opere laboraret, præclarè respondisse ferunt: *Ego quò maior fuero, hoc magis laborabo.*

4. *Ernestus Dux Lunemberg.* Symboli loco facem iubebat ardentem depingi, cum hac inscriptione: *Alijs inseruio, meipsum consumo*: indicans Principem esse instar facis aut candelæ. Nam vt hæc omnibus lucem præbet, & seipsam conficit; sic verus Princeps omnium negotia, etiam valetudinis, nedum rei priuatæ detrimento sustinet.

5. *Alexius Angelus Orientis Imp.* cùm serò cibum caperet, & moneretur, cauendum esse, ne ea re valetudinem læderet, respondit: Homini priuato quoduis tempus ad cibum capiẽdum esse idoneum, id præsertim, cui assueuerit; Regi verò, tot curis distracto, si nomini suo responderе vellet, satis esse, si vesperi curare corpus liceret.

Choniates lib. 2. de rebus gestis Alexij.

Maximè autem laborandum iuueni, seni verò à laboribus conquiescendum est, iuxta illud Petronij Latronis apud Senecam: *Quare adolescens, pare senex.* Ennius:

Auff den alten knecht gedencken.

Sicut fortis equus, spatio qui fortè supremo
Vicit Olympia, nunc senio confectus quiescit.

Iuuenes parent viaticum senectutis, ne alieno aliorum succo victitare cogantur; sed labores, quem subierunt, fructum percipiat. *Senec. epist. 35. Iuueni parandum, seni vtendum.*

6. *M. Aurelius Imp.* scribit ad Pollionem: Sola illa regio felix meritò dicenda est, vbi propria singuli labore fruuntur, & nemo de labore alterius dolore viuit alieno. Me puero nemini in publicum prodire licebat Romæ, nisi insigne secum portaret opificij vel artis, quam factitabat, & quæstum quæritabat. Quòd si quis contra fecisse deprehensus esset, non solùm puerorum pernix insequentium clamoribus, vt fatuus, incessebatur; sed è vestigio à Censore condemnatus cum alijs ergastulis operi publico faciundo addicebatur. Non minus enim infamis Romæ adolescens otiosus, quàm in Græcia Philosophus rudis habebatur.

Pomp. Læt. in vit. Cõst.

7. *Constantini Magni* vita admodum erat laboriosa, & frequenter dicebat ijs, qui ipsum aliquot mensis susceptis laboribus auocare tentarent, Imperatores non debere labores pro vilissima Reip. recusare. Si quid à bellorum curis & administratione tam vasti Imperij, toto Orbe diffusi, otij supereſſet, illud in scribendo insumere consueuerat: elucubrabat enim pias sanctasq; Orationes, quas etiam interdum coram populo recitabat.

tabat. Baron. *Anno Christi* 337. Euseb. *lib. 4. de Vita Const. c. 29.* de ipso ait: Suam ipsius mentem quodam quasi afflatu & instinctu diuinarum rerum exaggerans, totas sæpe noctes sine somno traduxit, &, cùm per otium liceret, orationes scribens, frequentes cum suis inibat congressus, quòd suarum esse partium existimaret, rationis freno Imperio suo parentes cogere, atq; adeò vniuersum regnum rationis imperio subijcere. Quapropter infinita multitudo solebat ad Imperatoris nutum confluere, vt eum philosophantem audirent.

Quòd si eo dicente, aliquando aliqua occasio incidisset de Theologia loquendi, erecto corpore consistens, contractoq; vultu, & depressa voce, adhibita summa prudentia & moderatione, præsentium animos cælesti disciplina initiare, & deuouere videbatur: quam rem cùm sequeretur populi grata acclamatio, solebat nutu significare, vt cælum suspicerent, & venerandis laudibus omnium Regem Deum admirarentur, & colerent. Cùm de Dei Tribunali disputationem moueret, maximo terrore ferire videbatur audientium animos, cùm seuerè reprehenderet raptores, iniuriarum auctores, & qui se inexplebili diuitiarum auiditati mancipassent. Familiares verò nonnullos suos oratione quasi verberans & flagellans cogebat aliquando sua ipsorum conscientia perculsos, humi oculos deflectere, cùm eis clarâ voce contestaretur, & prædicaret, actionum suarum omnium rationem Deo daturos esse: nam & se terrenum quoduis Imperium illius Dei imperio subijcere, eique rationes singularũ rerum redditurum esse: cunctos enim mortales magno Regi aliquando rationem suæ vitæ relaturos.

ros. Hæc ille perpetuò conteſtabatur, hæc ſuggerebat, horum magiſter & auctor fuit.

SIGNVM XCVI.

Se, & ſua non temerè laudare.

SE, ET RES SVAS NON temerè laudare.

LAus illa ſuauiſſima auditu eſt, quæ ab alijs proficiſcitur; moleſtiſſima alijs eſt, quam quis ſibi ipſe tribuit. (*Xenoph.*) Notum eſt illud: *Multa de re, pauca de te.* Hinc Cicero non omnibus placuit, cùm poſt oppreſſum Catilinam vbique ſiue in Senatu, ſiue in Concione, ſiue in iudicijs in ore Catilinam ac Lentulum habuit. (*Plut. in Cic.*) Laudantur contra à Plutarcho *Ariſtides*, & *Cato Maior*, quòd modeſtiæ hac in re ſtuduerunt. Et tamen opus interdum eſt, vt nos noſtraq; laudemus, cùm vel defendere nos contra aliorum diuitia & calumnias cogimur, vel in calamitates & miſerias incidimus, vbi ſæpe commiſeratio friget. Vt autem modeſtè, citraque inuidiam ac offenſionem illud fiat, hi modi obſeruandi erunt.

1. Occaſio vt calumniæ, atq; accuſationes aliorum depellantur, quod animi magni & fortitudinis.
2. Aduerſæ res proferendæ maximè apud ingratos. Cùm *Themiſtocles* ab Athenienſibus faſtidiri ſeſe ac deſpici animaduerteret: *Quid, inquit, defatigamini, ſæpe ab eodem beneficijs accipiendis, & tempeſtate oborta, ſub arborem hanc confugitis, ſerenitate reddita, inter digrediendum frondes eius ſtringitis?*
3. Defenſio adducenda, quando rectè laudabi-

liter

licerque facta culpantur. Neque enim exprobrare hoc, sed defendere est. (*Cic. contra Metellum.*)

4. De sese dictis auditorum laus admiscenda.
5. Commendandi nos per alios, quibus idem studium, eædem actiones, ijdem mores sunt.
6. Transferenda laus in aliũ, vt Deum, seu gratiam Dei, non sibi arroganda.
7. Corrigenda laus concessa, ac traducenda in alia.
8. Nimia & adulatoria laus non admittenda, concedenda minora, maiora recusanda, proferẽdum studium, voluntas, conatus.
9. Agnitio & confessio inter laudes, defectus, vitiorum, erratorum.
10. Commõstrandum, laudem qualemcunque, partam acquisitamque esse multis laboribus atq; periculis.
11. Laus propria referenda ad commodum auditorum, vt hi ad imitationem virtutum actionumq; præclararum excitentur. Sic Hector suas pugnas & facinora egregia apud Patroclum narrat, vt ad prælium illum inflammet, & nouem Heroës ad singulare cum Hectore certamen.

Modi retũdendi & amoliendi inuidiam.

Cyrus, aliâs modestus, in periculis ac prælijs de se magnificè loqui est solitus, vt timidos animaret.

Et *Antigonus* II. cætera moderatus, cùm quidam diceret, nonne vides quanto plures hostium sint naues: *Me verò ipsum*, inquit, *quot nauibus opponis?* (*Plut. lib. qua quis ratione seipsum citra inuidiam laudare possit.*)

(:)

SIGNVM XCVII.

Legationes rectè obire.

LEGATIONES ET NEGOTIORVM *functiones tum viris Dei committere, tum per seſe rectè obire.*

1. ANNO Christi 387. *Iustina Augusta* & Imp. *Valentinianus Iunior*, (filius,) S. Ambrosium Episcopum Mediolanensem rogant, vt bis obeat legationem in Gallias ad Imp. Maximum: missus postea ad eũdem alium legatum Dominum nomine. Sed ex ambarum legationum exemplo patuit, ait Baronius, quàm præstent prudentia & consilio, instinctu diuini Spiritus, Dei famuli obeundis magnis negotijs, illis, qui prudentia tantùm innitẽtes sæculi in grauissimas prolabuntur difficultates. Nam S. Ambrosius spiritu consilij & fortitudinis, quo detegat strophas tyranni, magnis animis in eũ legatus inuehitur: Dominus verò, vanis deceptus illecebris, Maximus sub pacis inuolucro bellum tegentem, post in Italiam intulit. Quis autem prima facie fallutiam vtriusque inspiciens, non Ambrosium inuictum, illiberalemque, eo modo tam aspere durepugnantem cum Maximo, iudicasset; Dominum verò dexterrimum virum, & in obeundis negotijs solertissimum, quippe qui arte sua adeo sibi uinxisset, addixissetque Maximum Valentinianum, cùm tot tantisque ab eo muneribus donatus, & frequentatus officijs esset, atque auxiliares ab illo copias ad oppugnandos ingruentes barbaros accepisset? Sed exitus declarauit, cuiusnam fi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſio diuini dono conſilij adminiſtrata fuerit.

Debent igitur Magiſtratus ad legationum munera quærere & ſeligere emunctæ naris, & ſummi iudicij viros, rerum peritos, in obſeruandis rebus ſingulis diligentes, qui ſint quaſi Principum oculi emiſſitij, aures ac manus longæ, vt inquit Steph. Vinand. *in Hercule*, *pag.* 161. Adhæc requiritur, vt qui legatum agit ſit vir 1. διάπυρος, quaſi igneus, hoc eſt, acer, ſtrenuus, induſtrius, integer, & candidus. 2. animoſus, ac confidens; non timidus, & meticuloſus. 3. habeat mentem, valeat ingenio, ſit inſtructus prudentia & conſilio, & quidem ſubito. 4. ſit eloquens, non aliorum vti in dicendo opera cogatur. (*Plut. in prac. ger. Reip.*)

2. Hoc nomine celebratus eſt *Seruius Sulpitius*, & dignus ſtatua à Cicerone iudicatus. (*Phil.* 9.)

3. *Agis Spartanus* commendatus, qui ad Philippum Regem legatus miſſus, ſolus ſine comitatu Regem acceſſit, cumq; Rex hoc eſſet admiratus: *Veni*, inquit, *vnus ad vnum*, legatorum aliorum tacitè ſumptus perſtringens. (*Plut.*)

4. Clarus eſt factus *Anaximenes*, qui cùm miſſus ad Alexandrum Magnum eſſet, Lampſacenis vehementer iratum, vt eum placaret; ille verò eo viſo iureiurando affirmaret, nihil eorum, quæ Anaximenes, quamuis Præceptor, peteret, ſe conceſſurum, prudenter ac ex tempore; *Hoc ergo*, inquit, *à te peto Rex, vt Anaximenis Præceptoris tui patriam funditus euertas*: eoque dicto effecit, vt vel inuitus Alexander Lampſacenis parceret. (*Pauſan. lib.* 6.)

5. *M. Popilius Lænas* ad Antiochum Epiphanem legatus à Romanis ablegatus, celebre inde nomẽ

reportauit, quòd animo magno infractoque Regem cunctantem responsumque differentē virga circumscripsit, ne vltra spatium illud differendo exiret, eoque Antiochum adegit, vt bellum contra Ptolemæum Regem populi Rom. amicum susceptum omitteret. *Liu. lib. 45.*

6. *Cineas*, teste Pyrrho plures orationes suas, quàm Rex armis vrbes subegit. (*Plut. in Pyrrho.*) De legationibus doctè scripsit Albericus Gentilis, I. D.

Leges vtiles ferre.

SIGNVM XCVIII.

LEGES REIP. VTILES CONDERE.

Vide Signum 31.

ARist. 3. *Pol. c.* 1. docet, non modò perutilem, sed necessariam quoque esse conditionem legum. Debent enim ciues regulam aliquam humanam habere, qua in quotidianis actionibus & consuetudinibus humanis dirigantur. Quòd autem Magistratus Politicus possit ferre leges obligantes in conscientia ad peccatum, docet Apostolus ad Rom. 13. vbi dicit: 1. omnes homines ideo subditos esse illi debere: quia potestas est sit à Deo. 2. Dei ordinationi resistere, qui Magistratui resistit. 3. eum damnationem acquirere (æternam, vt Patres exponunt.) 4. non solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam debere esse subditum, & legibus parere. Quomodo enim Magistratus posset præuaricatores suarum legum morte multare, si culpam in conscientia præuaricando non contraxerunt? Omnis pœna iusta est, pœna peccati est. *Augustin. 1. Retrac. cap. 9.*

Ratio.

Cyrus interrogatus, quosnam putaret esse iniustos

hos? respondit, lege non vtentes (*Max. serm. 58.*) Cùm *Iustinianus imp.* splendidam de VVandalis anno Christi 534. reportasset victoriam, posteros omnes Principes suo docuit exemplo, post populos Dei beneficio debellatos, tum verbis, tum factis gratias summas Diuino Numini esse reddendas: verbis quidem ea animi summissione depromptis, vt cuncta ipsi Deo Optimo Maximo ferantur accepta, ne illud blasphemum proferant, vt impiè cum impijs dicant: (Deut. 32.) *Manus nostra excelsa, & non Deus fecit hæc omnia.* Factis verò gratias agant, vt intelligentes ea se lege tanta esse consecutos à Deo, vt deuicto populo non tyrannicè præsint; sed prosint: se vt pastores gerant pascentes, & non depascentes populum sibi à Deo creditum. Hac enim conditione præfici populis à Deo Reges Dauid Rex his verbis docet: Psalm. 77. *Pauit* (Dauid) *eos in innocentia cordis sui, & in intellectu manuum suarum deduxit eos.* Quod tunc fit, cùm sanctis legibus eorundem prospiciunt securitati, atque quieti, dum leges iustè sanctèque præscribunt Magistratibus atque militibus subiectas sibi prouincias moderantibus & defendentibus, optimè scientes primùm hos legibus coërcendos, ne populus ab his pati cogatur, quæ vix ab hostibus perpeti consueuit, vbi Magistratibus atque militibus liberæ laxantur habenæ.

Baron. Tom. 7.

Liu. lib. 1. Multitudo coalescere in vnius populi corpus nullare quàm legibus potest.

Baron. Anno Christi 535. de eodem Iustiniano ait: Prosperè cũcta cedunt Imperatori, dum perinde atque omni feriatus bello in summo otio tranquillaque pace dies duceret, nihil præterea curasse visus est, nisi vt nouis semper iteratis legibus, Catholicæ veritati bene cõsultum esset, & quàm

quàm iustissimè per Prouinciarum Præsides vniuersum administraretur Imperium, & succrescentes diuersis ex caussis prauos mores legum falce succideret. Cùm in expeditione esset exercitus, ipse Imperator totus erat in legibus luciendis, probeque scitas leges etiam ipsas potentissima esse ad hostes vincendos armatis in institutionum exordio hac ipsa voluit sententia declaratum: *Imperatoriam Maiestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam, vt vtrumq; tempus, & bellorum, & pacis possit gubernare.* Intelligebat enim ad hostes superandos præstare leges armis, quæ prorsus obtusa atque inutilia omnino reddantur, cùm iniustitia viget, prauique mores insurgunt, & inulta scelera dominantur.

Peius autem esse videtur in legibus constituendis errare, quàm hominem interficere, eò quod talis error per multa secula multos necat, & non animo, quàm corpori nocet. (*Plato 5. de leg.*) Quare 1. conditio sit bonarum legum, vt instituantur propter Iustitiam & vtilitatem publicam non commodum priuatum paucorum: spectent salutem ciuium, & ciuitatum incolumitatem. (*Plato in Critia, Isocr. in Panathenaico, Cic. 2. de leg.*) 2. vt sint paucæ: quò enim plures leges habent, eò maior litium fœtura, & lites plures ex illarum interpretatione oriuntur. Et est argumentum malè constitutæ Reip. vbi multæ sunt leges. *Archesilaus Schyta* dicebat: Multas leges non aliter ægrę ciuitatis esse indicium, atq; Medici multi argumento sunt multos morbos in ciuitate grassari. (*Laërt. lib. 6.*) Itaque paucas Solon, pauciores Lycurgus tulit. (*Plut.*) Plato vult paucissimas

mas esse promulgandas, propterea quòd si Magistratus suo fungatur munere, legum multitudo sit superuacanea: si non fungatur, molesta & pernitiosa. (*Alex. lib. 16. c. 14.*)

2. Sint perspicuæ, non obscuræ, nec ambiguè scriptæ, aliâs interpretationes variæ, controuersiæ infinitæ oriuntur. (*Demost. in Timocratem, imp. in Const. nou. 77.*)

4. Sint de ijs, quæ possunt fieri. (*Alex. lib. 3. cap. 11.*)

5. Sint iustæ, & subditis vtiles, & quæ controuersias pauciſſimas pariant, orta dissidia subitò tollant. (*Isocr. in Nicocle.*)

6. Sint consuetudini, moribus, locis, temporibus, personis, conuenientes, respiciant maximè Reip. cuiusque formam. (*Arist. 2. Pol. c. 4.*)

SIGNVM XCIX.

RARISSIME, ET NON NISI MAximè, iustissimisq; de causis Leges (neruos ciuitatis) mutare, seu veteres abrogare, & earum loco nouas surrogare, seu substituere, & introducere.

Fuga innouationis.

VT in morbis non sunt tentanda noua remedia, si veteribus possit ijs succurri: ita non est cogitandum de nouis legibus, si Reip. incommodis medicina aliqua possit adhiberi veteribus.

1. *Charondas* apud Locrenses legem tulit, vt si quis legem abrogare veterem, rogare nouam, vellet, collo in laqueum inserto id faceret, vt si illa

illa displiceret, & non probaretur, eo ipso stran-
gularetur, (gula ei frangeretur, attracto laqueo
moreretur:) & si videretur bona, eius author in-
columis abiret. (*Diod. Sic. lib.* 12.) Demosth.
Timocratem idem de Thurijs affirmat, & asse-
hinc factum esse, vt apud Locrenses ducentis an-
nis lex nulla fuerit lata. Arist. 2. *Pol. c.* 6. affirmat
legum abrogationem eneruare Remp. & con-
ptum adferre Principis, & consuetudinis: & le-
gem de præmijs inuentorum rerum nouarum
plausibilem quidem, at periculosam esse.

Xenophon, *lib.* 7. *Cyri*: Mutatio, ait, quæ fit pau-
latim, efficit vt omnis natura mutationes fe-
Docet hoc Deus ipse, qui paulatim nos de-
ex hyeme ad vehementes æstus tolerandos, et
æstu ad hyemem vehementem, quem imitantes,
ad quod eundum est assuefacti antea, non dif-
culter imus. Obseruandum ergo, ne temere sæ-
subitoque, sed maxima tantùm vrgente neces-
tate, vtilitate euidentissima suadente, & pau-
tim, & cum consensu populi, totiusque Magis-
tus leges antiquentur, ferantur nouæ.

2. *Carolus Magnus* parcissimus fuit in con-
dis nouis legibus, sed in veteribus restituen-
vt seruarentur, multus fuit. *Baron. Tom.* 9. an.
Christi 801. Nam vt sine valetudinis offensi-
nemo subitò victus rationem mutat: ita nec le-
ges sine maxima rerum conuersione. Recte Au-
gustinus, *epist.* 118. Ipsa mutatio consuetudinis
iam quæ adiuuat vtilitate, nouitate perturbat.
Cleon *apud Thucyd. lib.* 3 ait: Eam Remp. quæ mo-
lis quidē, sed tamen immotis legibus vtitur, pro-
stantiorem esse illa, quæ bonis quidem legibus
vtitur; sed tamen mobilibus & inconstantibus.

Lacedæmonij 700. annos vnis legibus, & nunquam mutatis, moribus pacatissimè vixerũt. *Cic. pro L. Flacco.*

Augustus Cæsar, apud Dion. *lib.* 52. sic alloquitur Senatum Rom. Positas semel leges constãter seruare, nec vllam earum immutare. Nam quę in suo statu, eademq; semper manent, etsi sint nõnihil vitiosa, vtiliora tamen sunt his, quæ per innouationem vel meliora inducuntur.

Idem sub initio Imperij, non omnia statim, vt decretum erat, exsecutus est, veritus, ne parum succederet, si simul homines transferre & inuertere vellet; sed quædã ex tempore disposuit, quædam reiecit in tempus. *Ibid.*

Frequens legum mutatio & abrogatio, institutis & consuetudinẽ ciuitatis violari facit, & obtemperandi consuetudinẽ eneruat. Nam mutatis sæpe legibus, ciues ipsis obedire non assuescunt. Etsi præscribat ratio, vt melioribus inuentis, antiquiores è tabulis ciuitatis dispungantur; si tamẽ consensus populi in hac re non sit, cicatrix potius ferenda est, quàm nouũ & lethale vulnus faciendum. Nam quamuis posteriora cogitata hominũ meliora sint prioribus, nõ tamen sunt illa statim ac temerè admittenda. Nam vt consuetudo veterum facile non amittitur: ita vsus nouarum rerũ haud facile approbatur: imò plena periculis, (periculosa, pernitiosa, & θανατοφόρος,) plena procellis est omnis rerum in ciuitate commutatio. Quare si meliore lege inuenta, Magistratus veterem velit abradere, cautè, sensim, ac prudenter se gerat, cùm, vt in corpore victus mutatio morbum, si sit subitanea; ita in ciuitate legis mutatio malum, (ouum scorpionis, seu, semen

Lex est norma & anima Reip. & lingua ciuitatis.

Ex mutatione legũ, sæpe tempestas seditionis sequitur.

ſemen ſeditionis & inobedientiæ) ſi ſit inconſi-
derata, gignat. In pugna Leuctrica cùm Lacede-
moniorum multi fugiſſent, ijque legibus pœnas
dare deberent, Ephori, reputantes ciuitatem ro-
ris deſertam egere militibus, cupiebant eam
nominiam militibus remittere; ſimulque ſeru-
re leges. Deligunt igitur *Ageſilaum* nouarum le-
gum conditorem. Is prodiens in ſuggeſtum ſi-
inquit, *alias leges haudquaquam laturus ſum, neq;
enim his, quas habetis, aut additurus ſum aliquid,
aut detracturus, neq; quicquam omnium mutatu-
rus. Sed mihi rectum videtur, vt leges, quas habe-
tis à die craſtino robur habeant & authoritatem.*
Eo commento ſimul & præſenti ciuitatis neceſ-
ſitati conſuluit, & periculoſum mutandarum le-
gum exemplum à Rep. excluſit, vno ſolùm ad
legibus abrogatis.

Plut.

SIGNVM C.

LEGIBVS SE SVBIICERE, ijsq; parere.

Legibus obtemperare.

1. AEgyptiorum Reges nil agebant propriis
affectibus, ſed omnia iuxta legum decreta
exiſtimantes parendo legibus ſe beatos fore ſi
vſi erga ſubditos iuſtitia, omnium beneuolentiæ
adeò aſſecuti ſunt, vt non ſolùm ſacerdotibus, ſed
ſingulis AEgyptijs maior Regis, quàm vnorum
filiorum, aut aliorum Principum ſalutis ineſſe
cura. *Diod. lib. 1. c. 6.*

2. *Auguſtus Cæſar* filiam & neptem ob poſtiti-
tiam proſtitutam in inſulam relegauit. (Suet. c.
65.) Cur

65.) Cùm lata lege, qua iudicandi de adulterijs forma ſtatuebatur, apud eum adoleſcens perpetrati cum Iulia filia adulterij accuſaretur, indignationis doloriſq; magnitudine compulſus, manu ſua cædere adoleſcentem cœpit. Cumque is contra exclamaret, violari ab Auguſto legem, quam de adulterijs ſanxerat, repente eius ira cõcidit, adoleſcentemque dimiſit: atque eo die præ dolore cibo abſtinuit, adeò grauiter à ſe erratum duxit, cùm legem, quam condiderat, ipſe violâſſet. Nam quanquam legibus præeſſet æquum tamen ducebat, non minus ſe quàm alios legibus parere. *Fulg. lib. 4. c. 1.*

Vide de Muneribus, & de Acceptione perſonarũ.

3. *Carolus Magnus* gladij capulo, cui inſignia ſua inſculpta erant, Edicta ſua mandataque ſignabat: eiuſdem enim eſſe dicebat, & confirmare, & defendere leges. *AEgidius Corrozetus de dictis memor.*

4. *Charondas* Thuriorum Legislator, cùm in agrum exiuiſſet gladio accinctus, propter latronũ incurſationes, atque in regreſſu ſuo, conuocata fortè concione, tumultus excitari, miſceriq; plebem & agitari variè per facinoroſos & ſeditioſos viros audiſſet, immemor gladij ad latus pendentis, properat in concionem. At cùm lege à ſe cautum capitaleq; iudicatum eſſet, ne qua quis cauſſa in concionem cum armis (armatus) prodiret, quidam exæmulis repente inclamârunt: Leges, quas condidiſti, nobiſq; compoſuiſti, Charonda, primus præuaricari adortus es. Minimè hercle, inquit, quin ſarciam, ſeu ratam faciã. Cõfeſtimque ſtricto gladio ſibimet, conſpicientibus omnibus, iugulum aperuit, (ſeipſum gladio intremit,) cùm imprudentia quadam contra legẽ,

à se latam, gladio accinctus in concionem veniſſet. *Diod. lib. 12. Val. lib. 6. c. 5.*

Iuuenal. Sat. 8.

Reſpice quid moneant leges, quid Curia mandet.

5. Quia *Diocles* Syracuſijs etiam legem tulerat, ne cui cum armis in forum & concionem prodire liceret; & quadam die nuntiatum eſſet, hoſtes in agrum irrupiſſe, gladio accinctus, obuiâ properabat. Tum repente ſeditione & tumultu citra forum excitato, conuerſus imprudenter, vbi erat accinctus enſe, procurrit in forum, ibique cùm quidam clamaret, quòd leges ipſe ſuas tranſgredi atque antiquare cœpiſſet, ad incuſantem conuerſus magna voce reſpondit, minimè hercle, quin eas ſanciam. Eo dicto, gladium ſtringens, ſibimet per iugulum adegit. *Diod. Sic. lib. 12.*

6. *Ageſilaus Rex* cùm haberet apud ſe Xenophontem illum ſapientem, eumque plurimi faceret, iuſſit vt filios ſuos accerſeret Lacedæmonē, docendos artem omnium pulcherrimam, imperare, & parêre imperio. Athenis florebat omnium liberalium diſciplinarum genus; ſed hanc ceteris omnibus præſtantiorem exiſtimabat, tuſque melius diſci, quàm apud Lacedæmonios, vbi non verbis diſputabatur de bene adminiſtranda Rep. ſed ciuium moribus, honeſtiſſimæ rei exemplum exprimebatur, (iuuenes inſtituebantur.) ſimul indicans, eos non eſſe gerendo Magiſtratui idoneos, qui legibus ac Magiſtratui neſcirent obſequi.

Nequaquam ſe ſibi Principatū, ſed tum Rep. cum ſocijs & amicis Reip. gerere dicebat, ſignificans ita demum, qui potitur imperio, vere ſeptimo

timeque imperare, cùm & ipse paret imperio legum, & eorum, qui in Rep. Magistratu funguntur. *Plut.*

7. Cyrus dicebat neminem debere suscipere Principatum, nisi esset melior his, in quos susciperet imperium. Sensit hoc esse Principis munus, vt alijs prospiciat, & publicis commodis consulat. Id autem fieri nequaquam potest, nisi ab eo, qui sapientia, vigilantia, animiq; integritate cæteris antecellit. *Idem.* Idem dicere solebat, Principem non debere inferiorem esse, intelligendo quæ opus sunt cæteris; neque gerendo quæ tempus expostulat. *Idem, & Xenoph. in 7. Padiæ Cyri.* Tyrannorum est contemnere leges. Sic *Tarquinius Superbus* rarò progredi solebat, vt ius diceret, imò negotia publica & maioris momenti domi, pauca in foro tractabat; lites verò & controuersias nõ ex iure, sed suapte libidine dirimebat. *Dion Halic. 4. Antiq. Rom. Caligula* leges apertè proculcabat, & omnia sibi, & in omnes licere dictitabat. *Suet. c. 29.* Sed rectè Plin. Paneg. *Non est Princeps supra leges, sed leges supra.* Hinc quoties nouus Rex in Israël renuntiabatur, illicò ipsi vnà cũ regni insignibus, etiã liber legis tradebatur, vt hoc ritu commonefieret, potentiã sibi cõcreditam sapientia & pietate moderandam esse. *Deut. 17. 18. 2. Reg. 11. 12.*

M. Aurelius Imp. scribit ad vxorem: Leges, cùm iuga sunt, sub quibus mali arant; tum alæ, quibus boni volitant; & libero cælo fruuntur.

Antiochus 3. Asiæ Rex scripserat omnibus sui regni ciuitatibus, vt si quid per litteras iuberet fieri quod aduersaretur legibus, ne curarent, perinde quasi ipso nescio scriptum esset. Princi- *Vide de Iustit.*

pes enim legum defensores, non oppugnatores esse debent. *Plut. Fulg. lib.6.c.5.*

Tamdiu vigent Resp. quamdiu leges in his bonæ dominatum obtinent, & obseruantur. Hinc *Spartæ* Timoris templum iuxta Ephororum di locatum tribunal fuit, vt ijs, qui legibus non pa rerent, pœnæ metus iniiceretur, (*Alex. ab Alex. lib.2.c.4.*) Et quia Lacedæmonij non tàm de legibus fuerunt soliciti, quàm de earundem obseruantia, Legatus Athenienſis, cùm domum rediret Sparta, interrogaretur à Senatu, quomodo Spartani Remp. suam administrarent, funem, frumen gladium secum in Curiam attulit, & ijs monstratis, in his positam esse salutem ciuitatis, hasce leges Spartanorum esse, dixit. Reges Laced. maiorem delinquendi potestatem sibi, quàm reliquis hominibus relictam existimabant. *Iust. in pace.*

Athenienſi in Rep. Democratia idcirco progressus habuisse felices putatur: quia leges religiosissimè obseruauit. (*Pausan. in Mes.*) gum vsus non in eo consistit, vt bene illæ sint, sed vt his positis pareatur, & meminerint non esse prorsus leges, quàm legibus non temperare. (*Arist.3.Pol.c.8.*) Hinc laudatur *Theodosius Imp.* qui dignam vocem esse imperatis dixit: *Legibus obligatum esse se profiteri.*

Vide Signum 93.

Zaleucus Locrensium legislator sibi culum, alterum filio iussit erui, cùm in deprehensus esset, quòd lex vtroque orbari terum iuberet. *Val. lib.6.c.5. Cic.2. de leg. 2. var.* Par enim est eum, qui leges facit, potestate legibus obtemperare. *Paul. lib.4. Sent. Theod. & Valentin.* libere profitentur,

maiestatis reuerentia non dedignari, sibi cum priuatis ius esse commune. (*l. fin. C. Theod. de Appell.*) Et: Digna vox, inquiunt, maiestate regnantis legibus alligatum se Principem profiteri. (*l. digna, Cod. de leg.*) Dio Cass. vt & S. Ambr. *epist. 32. ad Valentin.* scribit: Quod præscripsisti aliis, præscripsisti & tibi: leges enim Imperator fert, quas primùm ipse custodiat.

Manlius Torquatus supplicio filiũ affecit, quòd contra imperium hostem depugnasset. (*Liu. lib. 8.*) *Iunius Brutus* duos adolescentes filios proditionis conuictos, virgis cæsos, securi percuti iussit. *Val. lib. 2.*

Cùm Philippo II. Regi Catholico iudicium dictatum esset coram Parlamento Geldriæ, inibique causa Rex cecidisset, atq; nullus esset, qui sententiam exequeretur, ipsemet certos nominauit, qui sentẽtiam ocyssimè exequerentur, nec quieuit dum pars victrix potiretur, qua de re disceptabatur. (*Guicciard. in descrip. Belg.*)

In Gallia ideo instituta sunt Parlamenta, vt omnes eius regni incolæ, potissimum nobiles, ius suum legitimis modis, etiam contra Reges persequantur. Et sæpe vsu venit, vt in rebus maximi momenti Rex causa cadat, & contra eum iudicetur, vt è multis accidit Carolo IX. Anno 1563. contra Clerum.

Archidamus Zeuxidami filius, roganti quinam essent Spartanæ ciuitatis Præfecti? Leges, inquit, & legitimi Magistratus, indicans supremam auctoritatem esse legibus deferendam, nec Magistratui fas esse quidquam (contra leges publicas tentare. (*Plut. in Lacon.*) At Solon percunctatus, quo pacto salua esse posset Resp.? respondit:

Si ciues Magistratui obediant, Magistratus autem legibus. (*Stob. ser. 41.*) Vt enim Magistratui leges (*ait Cic. 3. de leg.*) ita populo præsunt Magistratus; vereque dici potest, Magistratum, legem esse loquentem; legem autem, mutum Magistratum.

Quæ ciuitates sine consensu sui Principis possint facere leges, viderint Iureconsulti.

PARTIS POSTERIORIS SPECVLI MAGISTRATVVM,

SIGNVM I.

LIBERALITATEM EXERCERE *in amicos & subditos.*

Liberalem esse in amicos.

NECESSARIA Magistratibus est liberalitas. Cum enim vices quodammodo Dei sustineant in Rep. ijsque non desint opes, quas elargiri possint, maximè ijsdem congruit hanc virtutem exercere; idq; potissimum in pauperes. Nam Deus passim in S. Litteris vocat se pauperum, pupillorum, & viduarum tutorem atque patronum. Adhæc cùm Magistratus non est beneficus, perinde facit, ac si sol radios suos hominibus, alijsque animalibus non præberet. Qui verò liberalitate vtuntur, deuinctos sibi plurimos reddunt, & hominum beneuolentiam sibi conciliant, ac, quod aptissimum est ad quietè viuendum, charitatem. (*Cic. 2. de Fin.*) Maximè verò liberalitas imperitos mouet ac plebeios. (*Tac. lib. 4.*) Sed & præclara atque illustria ingenia beneficijs mo-

Vide de Benefic. part. 1.

uentur. Quemadmodum enim fruges non tam soli ingenio, quàm cæli beneficio & temperie lætius proueniunt: ita artes bonæ eximiaque ingenia benignitate Magistratuum excitantur. *Iust. Episc. in Cantic. Cant.*

1. *Cyrus* Persarũ regno potitus, nullum in suos liberalitatis genus prætermisit: non pecunias, sed *amicos*, quibus ipse plurimum contulisset diuitiarum, *suos esse thesauros* dicens. Quanquam non familiares duntaxat & amicos, sed è subiectis vnumquemque, adeò gauderet copia rerum abundare, vt *boni Regis proprium officium*, quod *opus* esse diceret, etiam *ciuitates beatas effuere*. Pontanus de Principe *ex Padia Xenoph.* Recte ergo Seneca, *de Breu. vitæ*: Melius imperium beneficijs, quàm armis custoditur. *Ibid.* Omnium dulcissimum est accipere.

Mira erga ciues munificentia.

2. *Cimon* Miltiadis Ducis Athen. filius, rebus contra Persas gestis amplissimis, imperij sui dispendia, quæ præclarè ab hostibus parauerat, præclarius impendit in ciues. Refractis enim agrorum suorum & hortorum sepibus, ciuibus fecit potestatem quod visum esset ex illis decerpendi, seu prædijs suis septa detraxit, vt & peregrini & ciues, quotquot quærerent, libere sumerent (inde sumere possent) poma. Cœna, domi quæ eum frugalis illa quidem, sed multis tamen sufficiens erat quotidie instructa, quo quilibet pauper admittebatur, vbi alimenta habebat eius laborem suum, vt vacare solis negotijs publicis posset. Comitabantur eum familiares adolescentes honestè amicti, quorum quisque, vbi occurrebat Cimoni, ex ciuibus maior natu obsoletus vestitus, pallium cum eo commutabat. Nummos

Vide de Benignitate.

pidem ferebant cumulatè, qui in foro adiungebant se inopibus, si qui honesti forent, eosque his flentio injiciebant in manum. Seu cùm è domo in publicum egrederetur, magno nobilium iuuenum numero septus erat, qui pulchris nouisque vestibus amicti, si in probos viros, cæterùm tritis vestibus tectos incidissent, cum eis vestes suas commutabant. Seu, si quem grandem natu nactus esset trita aut sordida veste amictum, vnum aliquem ex suis assectatoribus, quos ad hoc ipsum honestè cultos circa se habere consuevit, iubebat cum eo vestem commutare. Erant & quibus negotium iniunxerat, vt pauperibus & egenis occultè pecuniam subministrarent. Agros suos & pomaria ciuibus & peregrinis communia proposuit, &c. *Sab. lib. 8. c. 2. Plut. in Cimone, Athen. lib. 12. c. 15.*

3. *Ptolemæus Philadelphus Rex AEgyptiorum* maxima cum voluptate amicos suos locupletes effecit: obid reprehensus respondit: *Melius est ditare, quam ditescere.* Seu, incredibili voluptate afficiebatur cùm amicos suos cerneret à se locupletatos esse, & crebrò dicebat: τὸ πλουτεῖν τὸ πλουτίζειν βασιλικώτερον: magis regium est ditare, quàm diuitias possidere. *AElian. lib. 3. de var. hist. c. 13.*

4. P. *Scipio Africanus* nunquam domum è foro redibat, nisi beneficio prius in aliquem collato. Itaque fertur de eo, quo die operam suam nulli contulisset, regressum eum domum, non modò grauatè id tulisse, verùm etiam obiurganter quæsum esse, quòd amicis diem illum amisisset. *Pont. de magnan. c. 6.*

5. *Vespasianus Imp.* Consulares inopes quingen-

tis sestertijs annuis sustentauit. Primus etiam è Fisco Græcis Latinisq; Rhetoribus annua centena constituit. *Suet.*

6. *Titus Vespasianus Imp.* admonentibus domesticis, quasi plura polliceretur, quàm præstare posset: *Nō oportere*, ait, *quenquam à sermone Principis tristē discedere.* Atq; etiam recordatus quidam super cœnam, quòd nihil cuiquam tota præstitisset, memorabilē illam, meritoq; laudatā vocē edidit: *Amici, diem perdidi.* Ob humanitatem maximam *deliciæ sæculi humani* est appellatus.

7. *Hadrianus* (quem traduut vicisse omnes Reges magnificentia munerum) amicos non petentes locupletauit, & petentibus nihil denegauit, multos populos tributis leuauit.*

8. *Nerua Imp.* à Domitiano spoliatis ea reddidit, quæcunq; in aula ac fisco reperta sunt, summa fide: ciuibus autem egenis vt vitam sustentarent, decies & quinquagies centena millia nummum erogauit: iussu insuper eius Senatores deleti, qui agros emerent, diuiderentq́ue egenis. Puellas puerosq́; parentibus pauperibus natos, sumptu publico per Italiæ oppida ali iussit. Dio, Cuspin. ex *Aurelio Victore, & Xiphilino.*

9. *Pertinax Imp.* imperatorijs possessionibus nomen suum inscribi prohibuit, dictitans, non esse illas proprias imperantium, sed communes Romanorum & publicas. *Cuspin.*

10. *Alexander Seuerus* nullum diem præterire sit, quo non pium aliquid, liberale, humanum fecerit; publici tamen ærarij ratione habita, quamuis imperaret, sciret tamen moderatione prudentemq́; Reip. dispensatorem esse debere. (*Pont. c. 11. de liberal. ex Lampridio.*) Amicos quos

* *Spartian. Pont. de liberal. c. 19. & 22.*

bene de se meritos intelligeret, etiam ad petendũ inuitabat: *Quid est quòd nihil petis*, inquiens, *an me tibi fieri debitorem? Pete, ne sit quòd priuatus de me querare. Lampr.* Domus ergo Magistratus munificentiæ sit officina. *Val.*

11. Sicut quondam *Cyrus* dixit, se thesauros sibi parare dum amicos redderet diuites: ita *Constãtius Chlorus Imp.* in ore sæpe habuisse fertur: Melius esse opes publicas à priuatis haberi, quàm intra vnum ærarium conseruari. †

† *Eutrop. Vide initiũ Triumphi Virt. Idcirco te Deus abundare voluit, vt per te alius non egeret.*

11. *Isaacius Angelus Imp. Græcorum*, cùm Vrbis pars Septentrionalis conflagrâsset, eos, qui vel ædium, vel bonorum iacturâ fecerant, distributione pecuniæ subleuauit. Magna hebdomade, quæ Pascha præcedit, viduas eleëmosynis, paupercülas virgines dote iuuabat. Neq; verò singulos dũtaxat homines, domos, familias, munificentia sua recreabat: sed interdum vrbibus integris tributum remittebat. *Nicetas lib. 3.*

13. *Alphonsus Neapolis & Siciliæ Rex* oblatrantibus canibus offulâ obijciendâ esse dictitabat: hoc est, maleuolos homines beneficijs, & liberalitate vincendos esse. Honesto loco natos, & Magistratibus atq; honoribus functos, quos inopia rei familiaris laborare intelligebat, dum tamen neq; per luxum patrimonia absumpsissent, neq; inopiã simularent, alios alijs commodis, agris, seruis, armentis, & quo quem egere intellexisset, iuuabat. Quin etiam magnificas domos, à se extructas, integris & incorruptis viris, amicitia secum iunctis, donabat, vt nõ modò quid daret, sed quibus etiã daret, exactè adeò pensitare visus sit, vt histrionibus, atq; adeò in Scena se exercentibus, nihil aureũ aut argenteũ, quin perrarò nummos dederit.

Pont. de liberal.

14. Ptole-

14. *Ptolemæus AEgypt. Rex* dictus est Bonerg... tes, vel Benefactor, quòd omnibus benefac... ret.

15. *Traianus Imp.* nihil putauit antiquius, quàm bonis omni ratione gratificari, quos in fidem ... ceptos adeò fouere ac demereri studuit, vt tri... bus quoque per Italiam, ad alendos pueros, ... vel hæc ætas beneficiorum suorum expers fore... multa largiretur. *Cuspin.*

16. *Osualdus Northumbrorum Rex* de omnib... iuxta bene mereri cupiens, identidem æger... tium cubilia circuire, morbo affectos verbo ... muneribus leuare, nexos soluere, aut custo... liberare, alieno ære creditoribus soluto, pu... los viduasque circumscriptorum fraude pos... ab iniuria tueri, alereque paterna charitate, ... circumscriptores punire solebat. *Polyd. lib. 4.*

17. *Dionysius Senior*, cùm ad filium ingr... conspexisset vasculorum aureorum & arg... teorum magnam vim, exclamans: *Non est mi... in te regius animus, qui his poculis & vasculis, ... à me tam multa accepisti, neminem tibi amic... feceris.* Sentiens absque ciuium beneuolentia ... gnum nec parari, nec teneri. Beneuolentiam ... rò maximè conciliat liberalitas. At iuuenis, ... imperitus, putabat esse felicius habere argen... & aurum, quàm amicos. *Plut.*

18. *Alexander Macedo*, cùm 200. talen... talenta sibi conflasset, non ante nauem conscen... dit, quàm rebus amicorum pensatis, huic agr... illi villam, alteri domorum prouentum, ... portoria elargitus est. Absumptis ergo ac dis... butis fere è regijs opibus omnibus, rogatus à ... menione, quid Regi superesset? respondit: spe...

ſit mihi ſpes acquirendi matora. Interrogatus, vbinam ſuos theſauros haberet? amicos oſtendit: ſumma enim liberalitate amicos ſemper ornauit. (*Max. ſer 6.*) Idem ſuccenſebat magis, ſi non acciperes, quàm ſi poſceres. Phocioni per litteras mandauit, ſi non admitteret dona ſua, renunciare ei ſe amicitiam. Ad eundem dicebat Ariſtot. Auaritiæ fugam, & liberalitatis gratiam, Regum eſſe gloriam & Regnorum firmamentum; atque hoc potiſſimum Rex aſſequitur, ſi à rebus ſubditorum ſe abſtineat. *Vide Plut.*

19. *Tiberius Cæſar*, erga bene meritos liberaliſſimus, eam pecuniã, quam largiſſimè deprome-bat, atque alia munera, iubebat coram numerari, ne dantium perfidia aliquid ſupprimeretur: intelligebat enim Auguſti temporibus magnam diminutionem de donis eius ſæpe à miniſtris eſſe factam. *Dion Nicæus.*

20. *Artaxerxes Longimanus* dicere ſolebat, regalius eſſe addere, quàm adimere, ſentiens Principe dignius eſſe, honores & opes eorum, quibus imperat, augere potius, quàm imminuere. *Plut.* At & *Ageſilaus* dicebat, ſibi multo iucundius eſſe, ſi milites ſuos ditaret, quàm ſi diteſceret ipſe. *Idem.*

21. *Antigonus* Ariſtodemo, qui ex amicorum regiorum numero fuit, è coquo, vt putabatur, prognatus ſuadenti, vt impendijs ac largitionibus aliquid detraheret: *Verba tua*, inquit, *ius olent.* Subindicans, coquorum eſſe parſimoniam, non Regum. *Idem.*

22. *Sigiſmundus Imp.* cùm ex Burgundia 40. aureorum millia accepiſſet, & ad mediam vſq; noctem cogitabundus iaceret, in quemnam vſum eas

Pecunia ſomnum interrumpit.

eas pecunias conuerteret, tandem intempesta nocte aulæ Proceres conuocari iussit, ijsque pecunias omnes dono dedit, his verbis: *Vos hinc auro onusti vigilantes abite: ego porrò curarum vacuus, secure dormiam.* Ecce aurum animi carnifex. *AEn. Syl. lib. 4. de gestis Alphonsi.*

23. *Iacobus Almansor* Africæ & Hispaniæ Rex, a patre admonitus, vt liberalitatem nonnihil restringeret, quòd, profusis & consumptis opibus, Princeps, etiamnum viuus, pro mortuo habetur. At *mihi*, inquit, *auarus potius Princeps mortuus videtur, vt qui amicis omnibus destituatur, ad gloriam & inuisam plerisq; agat vitam. Et in eum finem nati sunt Reges, alijs vt benefaciant, Deum Creatorem imitantes, tam larga manu quotidie innumera beneficia hominibus dispensantem.* Decebat etiam, vt ab Oceano, quo influunt rursus exeunt flumina: ita subditorum in Principem collata bona, per liberalitatis riuulos in bonos bene meritos, aut beneficijs dignos, rursus dispergenda.

24. Romanorum Principatu potitus *Augustus*, magnates rogauit, quo pacto imperare esset, & eorum vnus respondit: *Si Remp. administrare volueris, auro & ferro munitum esse oportebit: ac ferro quidem contra hostes vti, tuo verò obseruantes auro remunerari.* Zonar. Principes tamen dant duntaxat bene meritis, & cum modo: quia subitæ & nimiæ largitionis comes est pœnitentia.

Plin. lib. 7. epist.

516

SIGNVM II.

LIBERALEM ESSE IN VIros doctos.

Liberalem esse in doctos.

1. *Florentini* Philippum Decium Mediolanensem Pisis iura profitentem annuo stipendio mille quingentorum aureorum honorârunt. Testis ipsemet in Epitaphio suo, quod Pisis in Campo sancto extat.

Vide Signum 53. part. 1.

2. *Cn. Pompeius Magnus* Theophanem Mitylenæum rerum suarum scriptorem in cõcione militum ciuitate donauit, omnibus illud factum approbantibus. *Cic. pro Archia. Val. lib. 8. c. 15.*

3. *Fl. Iosephus*, Galileæ Præfectus, Historicus clarissimus, captus à *Tito Vespasiano*, virtute sua Imperatorẽ ita sibi deuinxit, vt cùm Hierosolymas Titus excinderet, liberũ ei fecerit quidquid vellet ex ruinis patriæ eripere. At is nihil aliud, quã sacros Codices, fratris vitam cum 50. amicis sibi donari petijt. Quin etiã cùm in Templo numerosa turba Iudæorũ inclusa esset, 190. illorum, amicitia sibi deuinctorũ, liberauit absq; vllo pretio. Præterea pro ijs agris, quos in agro Hierosolymitano possederat, alios ei Titus cõmodiores in Iudæa assignauit. AEdes, quas Titus ante Principatũ inhabitarat, ei dono dedit, cum annua pensione. Libros illius Historicos, sigillo suo munitos in Bibliotheca publicauit, vt omniũ lectioni & iudicio expositi essent. Tantos honores propter eruditionem cum pari prudentia & integritate consequutus est. *Iosephus in Vita sua.*

4. *Vespasianus Imp.* Salucio Basso Poëtæ vna donatione quingenta donauit, hoc est, (Belgica moneta) duodecim millia Philippicorum, (Italicæ Ducatorũ.) *Tac. 2. hist.*

5. Tasi-

5. *Tacitus Imp.* Cornelium Tacitum scriptorem historiæ Augustæ in omnibus Bibliothecis collocari iussit, &, ne lectorum incuria deperiret, librum per singulos annos decies describi curauit.

6. Græculus quidam ita captare solitus est *Augustum Cæsarem.* Descendenti à Palatia honorificum aliquod Epigramma porrigebat. Id cum frustra sæpe fecisset, nec destiturum videret Augustus, Epigramma bene Græcum manu sua scripsit, & Græculo ad se venienti obuiam ... veluti carmina carminibus pensaturus. Græculus acceptum legit, ac non solùm voce, verùm etiam vultu gestuque corporis laudauit carmen, ... tusque est. Deinde cùm accessisset ad sellam ... Cæsar vehebatur, demissa in pauperem crumenam manu, pauculos denarios protulit, Cæsari ... tulit his verbis: Ὃ κατὰ τύχην τὴν σὴν σοῦ ... εἰ πλέον εἶχον πλέον ἐδίδουν: non iuxta fortunam tuam Auguste, si plus haberem, plus darem. Sequuto omnium risu, dispensatorem Cæsar vocauit, & sestertium centum millia Græculo numerari iussit. Bene cessit Græculo palàm ... brata Principi parsimonia, vel potius ... *Macrob. lib. 2. Sat. c. 4. Suet. Bruson.* lib. 1. c. 4.

al. breue.

7. *Salomoni Regi* sapientiæ nomine Reges populi omnes munera offerebant, quotannis ... sa argentea, aureaque, vestes, aromata, ... quos, mulos. Nicaula AEgypti & AEthiopiæ ... gina ei præter gemmas & aromata auri ... ta dono dedit. 3. *Reg.* 10.

8. *L. Lucullus* tanta fuit in omnes, eruditione ... cipuè, liberalitate ac beneuolentia, vt ... eius Græcorum Romam venientium ... diceretur. *Plut.*

9. *Adrianus Imp.* cùm intelligeret quosdam, qui Romæ docuissent, propter ingraueſcentem ætatem muneri amplius satisfacere non posse, ætatis & diuturnæ professionis ratione habita, eos diuitijs, honoribusque honestauit, ac vacare vitæ reliquum iussit. *Pont. liberal. c.* 11.

10. *Alexander* Xenocrati Philosopho 50. talenta dono misit: ea cùm ille recusasset accipere, dicens, sibi non esse opus: interrogauit an ne amicum quidem vllum haberet, cui esset opus. Nam mihi, inquit, vix Darij opes in amicos suffecerunt. *Plut.*

11. *Eobano Hesso* aliquando nobilis, Gualterus nomine, duos boues promisit, si, dum equum ipse ascenderet, versum ex tempore componeret. Tum Eobanus sine vlla mora in ipso vestigio versum hunc protulit: *Ascendat Gualter, veniat bos vnus, & alter*: atque non multo post promissos sibi boues accepit.

SIGNVM III.

LIBERALEM ESSE IN EOS, qui componunt, & interpretantur vtiles Reip. libros.

ADmodum glorioſum est vrbibus & nationibus integris, vnum aut alterum ciuem habere, qui doctrinæ gloria excellat, quasi vnius virtus ad communem laudem pertineat.

1. *Alexander Magnus Rex* inflammatus cupidine animalium naturas noscendi; delegataq; hac commendatione Aristoteli, aliquot millia hominum in totius Asiæ Græciæque tractu, quos venatus,

tus, aucupia, piſcatuſq; alebant, quibuſque vi-
ria, armenta, aluearia, piſcinæ, auiaria, in quæ-
rant, adhibuit, ne quid vſquam genitum igno-
retur ab eo, quos percontando 50. ferme vo-
mina de animalibus condidit Ariſtoteles, in q-
bus cunctorum animalium vitam, mores, gene-
tionem, partus, cubilia, pabula, ętatem deſcri-
Pro labore Rex ipſi dedit 800. talenta, id eſt, qu-
dringenta & octingenta millia Philippeor-
(400. & 800000. coronatos.) *Plin. lib. 8. c. 16.* Ide-
cùm de rebus ſuis non bonum Poëtam Chœri-
ſcripſiſſe intelligeret, quanquâ ſæpe diceret ſe
meri ſe Therſitem eſſe, quàm Chœruli Hesio-
aut Achillem malle, vt alios tamen ad ſcribe-
inuitaret, ſingulos verſus eius Philippeo nu-
redemit. *Fulg. lib. 8. c. 18. ex Plut.* Pyrrhonem Ph-
loſophum & Poëtam decem aureorum mil-
pro oblato Poëmate donauit. *AElian. 4. var.*

2. *Ptolemæus Philadelphus* Bibliothecæ ſu-
ſacros quoq; Hebræorum Theſauros habere
cupiuit. Eius rei cauſſa centum viginti mill
dæorũ libertate donauit, qui in AEgypto ſerui-
tẽ ſeruiebant, ſcripſitq; ad Eleazarum Pon-
Hieroſolymitanum, vt ad ſacrã Hebræorũ bi-
riam in Græcũ ſermonem vertendam ex ſe-
ribus Iudæorũ, & qui ſacrarum litterarum d-
peritiores ad ſe mitteret, ex vnaquaq; tribu
tos. Qui ab Eleazaro in AEgyptũ miſſi fuera-
conuerſionem Legis, in Palæſtinam magn-
neribus à Rege donati abierũt. Magna adhu-
naria Philadelphus Hieroſolymis in Templ
dicauit. Eleazari epiſtola 30. aureas pateras
ſe ſignificat, & argenteas totidem, craterasq
que, centum talenta. Ioſephus menſam et

Lex ſpatio 72 dierum in Græcum ſermonem vertitur.

do auro eximij ponderis adijcit. *Sab. lib. 8. Enn. 4.*

3. Vt *Constantinus Magnus* suis sumptibus libros sacros in plurima exemplа transfundi curauit: (*Euseb. lib. 3. Socr. lib. 1. c. 9.*) ita *Fridericus* II. impensa Aristotelis opera ex Arabica lingua in Latinā sunt conuersa: & *Fridericus* I. *Imp.* Ioannem Langium pro versione Nicephori Callisti quingentis aureis donauit, & Ioan. Operinum ad illius editionē spe amplissimorum præmiorū inuitauit.

4. *Ambrosius Alexandrinus*, nobilis & admodū diues, Origenē ad sacras litteras explicandas exhortatus est, suisq; sumptibus ei aluit septē Notarios (& complures puellas ad scribendū exercitatas adiungens) qui inuicē sibi per horas succederent. *Suidas.* Iustus Caluinus *in c. 23. Cōment. in Vinc. Lirin. adu. hæreses:* Hic, ait, quoniā Origenis industria à Marcionis errore ad Catholicam fidē reuocatus erat, ingēti studio (vt par erat) ipsum complectebatur. Cōmentanti enim mēbranas, notarios, ac ea, quę huic rei necessaria erant, abundē suppeditabat, nihil non faciens, quo felix illud ingenium ad scribendum prouocaret. Ergo dioctis Origenis, hoc est, qui pensum operis ipsius exigebat.

5. *Menāder* Comœdiographus ab AEgypti Regibus per legatos magnis præmijs inuitatus est. *Rauis.*

6. *Cn. Pompeius* Rhodum profectus, omnes Sophistas, seu liberaliū artium Professores audiuit, donauitq; singulis talentū. Posidonij ædibus, tum fortè ęgrotāris, eos submisit Fasces, quibus se totus Oriens submiserat. Nā domū ingressurus, fores percuti vetuit: apud Rō. enim, cùm lictores, iussu Cōsulis, aliquē è domo euocarēt, fores ædiū

virga percutiebant. *Strabo lib.* 11. *Plin. lib.* 7. *c.* 30. Par extitit eiusdē Athenis aduersus Philosophos munificentia. *Plut.*

Rectè *Simonides* Poëta, rogatus à quodam, v encomium in eius scriberet laudem, gratiam, ve gratiarum actionem loco muneris acceptum respondit: Duas se habere arcas, vnam gratia gentium, alteram referentium. Hanc cùm aper ret, se subinde plenam reperire, ex eaque se iuuare: illam verò semper inanem esse, & vani nec quidquam sibi ad vitam adiumenti adfer Ego verò felicior Simonide tres habeo arcas, tertia sit pro ingratissimis, valde paucis, qui, cui ipsis honoris & publici boni caussa labores meos (seu libros) nuncupo, eorundemque liberos vnum, aut plura mitto eleganter concinnat compacta exemplaria, ne gry quidem ad limen meas respondent. O egregios studiorum, & bo ctorum virorum Patronos. An hi inenarrabili in cælo reposita inuenient præmia? an mercē (*Matth.* 10. à Christo patronis seruorum D promissam,) calamo & voce pro Ecclesia Chri militantium accipient?

De his potest suo tempore lepidum conscribi libellum.

Verissimum est illud Plauti: Si bonis quib boni, idem & gratum & graue esse consuetum quòd animum illi gratum habent, semper seruos sese esse arbitrantur, donec gratiam gerint, aut retulerint.

Veget. *lib.* 2. *c.* 3. ait: Vnius ætatis sunt, quæ titer fiunt (à milite:) quæ verò pro vtilitat ijs scribuntur, æterna sunt. Hinc Ptolemæum ciebat Zoilo, Homerum tot ante annis vix tum, æuo perpetuo multa millia hominum cere. Rectè ergo *Augustus Cæsar Virgilio* pro

cis versibus supra quinque aureorum millia solvit: sicut *Chærilus* ab *Alexandro Macedone* pro singulis versibus singulos stateres aureos accepit. (*Seru. Iuuen.* Sat. 7.) Hinc Ouid. 3. de Arte:

Cura Ducum fuerant docti Regumq; Poëtæ,
Vatibus & largæ sæpe dabantur opes.

Strato Philosophus à *Ptolemæo Philadelpho* talentis 80. hoc est, coronatis 48000. donatus est, (Laërt.)

Certè vt vitis iacet, nec fructum fert, nisi ad stipitem arboremue applicita: sic etiam litterati, nisi gratia & fauore Magnatum subnixi. Martial. lib. 8. ad Flaccum:

Sint Mecœnatis, non deerunt, Flocce, Marones
Virgiliumq; tibi vel tua rura dabunt.

Thucyd. *in hist.* ait: Nunquam viri fortes ac præclari deerunt illic, vbi virtutes & merita suo loco habentur, ac remunerantur. Hunc Thucydidem sic admiratus est Demosthenes, vt eum totum sua manu octies descripserit. (*Lucian.*)

Nicoclem Cypri Regem pro oblato ei libro Isocratis 12. ducatorum millia dedisse scimus. (*Plin.* l. 7. c. 30.) Seu: Isocrates vnam Orationem 20. talentis vendidit. Licet magna sit dissimilitudo inter largitionem pecuniæ, & scientiæ. Pecuniam enim qui dedit, non habet: & qui multum dedit, multũ de suo detraxit. Scientiã verò & qui dedit, habet; & qui multum dedit, in eo, quòd multum dedit, sibi maiorem cumulauit. Posidonius ait: Vnus dies eruditorum plus patet, quàm imperitorum longissima ætas. Et Cic. 5. *Tusc.* Est vnus dies bene & ex præceptis Philosophiæ actus peccanti immortalitati anteponendus. Hinc cùm ineptus quidam Poëta olim in conuiuio peteret ab Archela-

chelao Macedonum Rege munus magni pretij, in eodem verò conuiuio Euripides quoque adesset, Rex iubet mox quoque dari munus Euripidi, addens sui iudicij significationem his verbis: *Archelaus dignus est, qui petat; Euripides dignus est, qui accipiat.* Si hoc modo & discernerentur, & alerentur ingenia, tum litteris, tum Reip. melius consuleretur. *Vide Signum 7.*

SIGNVM IV.

Liberalem esse in pios.

LIBERALEM ESSE IN VIROS pietatis thorace indutos.

MArcus Gazensis Diaconus scribit Eudoxiam *Augustam* dedisse S. Porphyrio Gazensi Episcopo ducenta auri librarũ pondera, vt ædificaret Ecclesiã, & addidisse: Significa mihi, si opus habueris pluribus pecunijs, & eas statim mittam. Construe etiam Xenodochiũ, vt eo opus fratres, qui veniunt in tuam ciuitatem, & triduo diebus eis sumptum præbeas. Dedisse etiam Sectisis. Ioanni Cæsareæ Palæstinæ Episcopo aureos mille, & vasa pretiosa vtrisque: ad sumptus vero dedisse vtrique ad centum aureos. Adhæc iussisse Arcadium iussisse Præfectis, eis dari ex publicis vectigalibus Palæstinæ circa viginti librarum, & dedisse eis pro sumptibus circiter nummos aureos 50. Sic boni Magistratus bene meritos de Rep. donis afficiunt etiam ex opulento Reip. ærario.

SIGNVM V.

LIBERALEM ESSE IN DOCTORES, & Professores, imò & discipulos linguarum, artium, Philosophiæ, Medicinæ, Iurisprudentiæ.

Liberalem esse in Professores artium.

1. *Aluredus Anglorum Rex* scholas publicas variarum artium apud Oxoniũ instituit, & tertiam partem suorum bonorum in Scholasticos contulit. *Ranulphus lib. 6. c. 1. in Polychronio.* Vide Signum 13. & 31. part. 1.

2. *Heduigis Vladislai Poloniæ Regis vxor* Pragæ domum peramplam Lituanis, qui honestis disciplinis operã darent, siue emit, siue condidit, possessioneſq; peramplas, vnde eis sumptus suppeditarentur, adiecit. Moriens quidquid habuit reliquum in supellectili, partim egenis dilargiendum, partim ad excitãdam Cracouiæ & consummandam Academiam legauit. *Cromerus lib.* 15. & 16.

3. *Traianus* adolescentes ad quinque millia bonæ indolis ex omni Imperio selectos publicè ali, & parentis affectu paribus disciplinis erudiri curauit. *Alex. lib. 2. c. 25.*

4. *Ludouicus XI. Gallorum Rex* medico suo Cotterio, à quo de vitæ longitudine persuasus, & (vt sic loquar) incantatus fuerat, decẽ millia aureorũ singulis mensibus dabat, vt vitam prorogaret: accipiebat ergo intra quintũ mensem ad quinquaginta quatuor millia. *Comineus lib. 9. & 10.*

5. *Ioan. Bapt. Egnatius* ob singularem eruditionem ducentis aureis nummis, quoad viueret, à Venetis fuit donatus, omniaque eius bona ex Edicto Decemuiralis consilij publico censu

exempta sunt. Moriens tanti beneficij memor, tres amplissimas Patricij sanguinis familias, per quas profecerat, Molinam, Bragadenam, & Lauretanam, hæredes instituit.

6. *Hiero Syracusanus* Tyrannus magnis muneribus ad se euocauit Simonidem, ac Pindarum Poëtas, cum quibus animum oblectaret. *AElian. lib. 9. de var. hist.*

7. *Alexander Macedo* Thebis captis ciuium naginta millia occidit, triginta millia sub vendidit, solam *Pindari* Poëtę familiam honoruit, eiusque domum intactam & integram stere passus est, vt ostenderet, quàm magni tam tam præclarum faceret. *AElian. lib. 13. var. hist. Plin. lib. 7. c. 29. & Suidas.*

8. *Euripides* Tragœdiographus Archelai *cedonum Regi* sola virtutis admiratione fa miliaris adeò, vt frequentibus conuiuijs exceptus fuerit, & aureo donatus pocu *lib. 13. c. 7.*

9. *Chœrili Samij* siue *Halicarnassei* versu fecit *Archelaus*, vt quotidie illi minas 4. ret. Scripsit Græcorum victoriam contra xem, cuius Poëmatis versus ab *Atheniensib* guli singulis aureis sunt repensi.

10. *Anacreon Teius*, Poëta Lyricus, maxim honore apud *Polycratem Samiorum Regem* & quinque ab eo talentis donatus est. *AElian. Herod. lib. 3.*

11. *Lysander Lacedæmonius* Antilocho, qui tum numerum versuum in laudem suam co derat, lætus pileum dedit argenti plenum.

12. *Oppianus* cùm M. *Antonino Imp.* Opus de Piscibus, (piscatione, venatione, &

dedicasset, pro quolibet versu aureum nummum accepit: & quia Poëta munere hoc exhilaratus accepit: & quia Poëta munere hoc exhilaratus aureis characteribus sua Poëmata descripsit, Carmina aurea dicta sunt. Eidem iussu Imp. Statua est erecta. *Gesnerus in hist. aquatil. & Volaterran. lib. 17. Anthrop. & lib. 14. c. 2. Anthropologia.*

13. *Claudiano* Poëtæ *Arcadius & Honorius Impp.* Statuam erigi iusserunt.

14. *Erasistratus à Ptolemæo*, ob Antigonum patrem sanatum, talentis centũ donatus est, drachmis centum quinquaginta millibus, id est, aureis nummis nostratibus quindecies millibus: erant enim Syria talenta. *Vives de laudib. Philos.*

SIGNVM VI.

LIBERALEM ESSE IN NVBILES, & ob inopiam illocabiles puellas.

1. *Alexander Macedo* Perillo, cuidam suorum amicorum, dotem pro filia petenti, quinquaginta dedit talenta, & eo dicente, decem satis esse: *Tibi*, respondit, *accipere quidem satis est: at mihi dare, nequaquam.* Plut. & Senec. *Vide de Misericordia.*

1. *Vrsus Comes Nolanus* singulis annis, quibus Nolæ præfuit, satis bonam pecuniam puellis collocandis decreuit. *Pont. de liberal. c. 2.*

SIGNVM VII.

Liberalem esse erga bene meritos.

LIBERALITATEM ERGA BENE meritos exercere.

1. ARchelaus Maced. Rex, cùm ab ipso po[illegible] aureum postularet quidam inter co[illegible] qui nihil ducebat honestum præterquam ac[illegible] re, iussit ministro, vt id Euripidi daret. Et ho[illegible] illum intuitus, inquit: *Tu quidem dignus es, [illegible] poscas, nec accipias: hic verò dignus est, qui [illegible] non postulans accipiat.* Plut. de vitiosa vere[illegible] dia. *Vide Signum 3.*

2. *Ludouicus XI.* Galliæ Rex, Delphinus [illegible] existens, cùm non infrequenter venationi [illegible] daret ruri, (vt solent syluas & nemora pera[illegible] venatores,) plerumq; diuersabaturin hum[illegible] rustici cuiusdã, cui nomen Conon, quo cã[illegible] nõ semel Ludouicus in cœna sibi ab eo da[illegible] medit. Factus postea Rex, rusticus ab vxore [illegible] netur, vt Regẽ adeat cum bona spe quid [illegible] ab eo accipiẽdi. Acquiescit vxoris consilio [illegible] confert rapas sui agelli pręstantiores, Regi [illegible] daturus, quas tamen nec omnes detulit, pre[illegible] itinere fame, qua factũ, vt omnes absumere[illegible] eaq́; grandiuscula excepta. Simulatq; ergo [illegible] riã venit, agnitus à Rege, iussusq́; propius [illegible] re, è vestigio rapã suam hilari vultu Regi [illegible] git, quã ambabus Rex manibus, lætaq́; frõte [illegible] pit, reconditq́; quo pretiosissimas quasq; re[illegible] terea prandio bene exceptum missum [illegible] 1000. aureis remuneratum. Quod cùm ab [illegible] quodã notatum esset, credens bonus vir libe[illegible] tatem Regis vniusmodi esse, atque tan[illegible]

ceptum, si quid ei donaret, equũ offert miræ elegantiæ: quo accepto, secum cogitat Rex quid impendat, tandẽ producit rapam probè inuolutã, aulico donat: quo abire iusso, domũ petit: donum reuersus, rem datam (thesaurũ esse credẽs) explicat, qui nihil aliud quàm rapã, contra quàm existimabat, inuenit. Queritur ergo apud Regẽ, quasi per errorem is lapsus esset, rem vnam pro alia sumendo. Cui Rex: *Profectò benè tuus equus à me emptus est, præmio & munere tibi dato, quod mille aureis mihi constitit*: atq; ita elusum dimisit. *Restrictius importunis dandum.*

3. *Carolus V. Imp.* Calabriæ Ducem, optimè de se meritum, quòd imperium Hispanorum, summa Ordinum consensione ad se delatum, repudiasset, carceribus liberauit, eique Ferdinandi sui locupletissimam viduam despondit. Ex quo matrimonio non modò libertas cum opibus maximis ad Ducem, imperij securitas cum amicitia summa vtriusque coniugis ad Carolum, ad omnes Ordines incredibilis lætitia peruenit; sed etiam callido commento Carolus fœminam matrimonij cupidissimam à peregrinorum Principum coniugio abduxit, ac sterilem vxorem, senioque proximam Principi dedit, vt liberorum spe sublata, Neapolis & Siciliæ regno Caroli posteritas tutissimè frueretur.

M. Aurelius epist. ad Pollionem: Nihil minus Principem decet, quàm prolixa aduersùm ministros liberalitas verborum, & restricta parcitas beneficiorum. Magis ergo beneficus, quàm blandus sit Magistratus.

SIG-

SIGNVM VIII.

MAGNIFICVM, MVNIFICVM, liberalem esse in faciendis sumptibus & impen circa sacrificia; seu, sumptus liberaliter confer Sacrificia, Templa, & Ministros Dei, cultu uini fouendi, & amplificandi causa.

1. ANtiochus Syriæ Rex cùm Hierosolymam vrbem eo tempore obsideret, quo Tab naculorum festa celebrantur, atq; à popul roſolymitano rogatus esset, septem dierum ducias ad ea sacra colenda dare, non solu stulata concessit ac seruauit, verùm etiam minus à se, quàm à Iudæis religionem col deret, taurum auratis cornibus, ac multa vasa cum thure ad vrbis portas Sacerdo ferri iussit, atque eos rogari, vt illa Deo *Fulg. lib* 1. *c.* 1. *ex Iosepho.* De sacrificijs vide Ioseph. *lib* 7. *Antiq. c.* 15. de Salomone, 8. de Iosiæ Regis, 2. Par. 35.

2. Saleucus Asiæ Rex de suis bonis tempo niæ summi Pontificis præstabat Hierosoly nis omnes sumptus ad ministerium Sacri rum pertinentes. 2. *Mach.* 3.

3. Alexander Magnus Asiatica expedition cepta magnifica Dijs Sacrificia, Iouisque H scenica fecit certamina, per nouē dies, cum singulis vnum diem dedicasset. *Diod. lib.*

4. Iustinianus Imp. misit Romam in Templ B. Petri scyphum aureum circundatum librarum sex, scyphos argenteos duos,

11. & calices argenteos duos librarum 15. *Platina & Sab. lib. 2. Enn. 8.*

3. Sophia socrus, & Constantina vxor *Mauritio Imp.* coronam fecerant: eam ad se delatam ille in Ecclesiam deferens, Deo obtulit. Idem 30. libras auri Romam distribuendas Sacerdotibus & egenis misit. Cuspin. *Gregor. lib. 8. Indict. 3. epist. 2.*

4. *Constantinus Leonis Philosophi F.* nunquam in processibus ad fana sine fructu & munere in conspectum Dei venit; sed donaria quouis tempore obtulit magnifica, & Christi amantem Imp. decentia. *Cedren.*

5. Duas Cruces aureas, discum, codicem, & thuribulum, omnia aurea possedit Sergij sacra sedes, liberalitate *Cosrois Regis Persarum.* Euag. lib. 6. c. 21.

8. *Childebertus Francorum Rex* calices pretiosissimos 60. & 15. patinas, & 20. capsas Euangeliorum in auro cum gemmis cælatas Ecclesijs dimisit. *Adon in Chronico. Greg. Turon. lib. 3. hist. cap. 9.*

9. *Clodoueus Rex Franciæ* gemmas magnæ æstimationis cum corona aurea misit Romam ad ornandas Basilicas.

10. Delata & dona tum aurea, tum argentea, delata Euangelia cum tabulis aureis gemmis distinctis à *Iustino Imp.* voti gratia: misit & patenā auream librarum 20. cum hyacinthis, scyphum aureum gemmis circundatum.

11. Ornauit Templum B. Petri *Theodoricus Rex Gothorum* trabe argentea M. & xl. librarum, cenatratis argenteis duobus librarū 70. Hincmar. Platina, & Sigebertus.

12. VVilhelmus *Moguntinus Antistes, Othonis 2. frater,*

frater, ex tributo, quod Longobardi quot[illegible]
pendebant Imperatori, Crucem auream Ch[illegible]
in ea dependentis imagine illustrem fecit, [illegible]
Paderbornense donauit Templum, hoc vers[illegible]
scripto:

Auri sexcentas hæc Crux habet aurea[illegible]
(Sexaginta millia aureorum Hungaric[illegible]
Chronicon Saxoniæ. Hedio in Chron. Germ. [illegible]
Othonem II. dedisse Volckmaro Paderbor[illegible]
Episcopo.

13. *Henricus* II. *Imp.* Cluniacũ religiona[illegible]
profectus, coronã auream, gemmis redim[illegible]
in Mysterijs sacris obtulit, fratribusq; illi[illegible]
gregatis prædia quædã in Alsatia contri[illegible]
spin. Vt *Iosuæ* 21. *c.* Leuitis 48. oppida ass[illegible]

14. *Constantinus Magnus* certum vectigal[illegible]
tatibus pẽdi solitũ, Ecclesijs Prouincialibus [illegible]
roq; distribuit. Dationem verò ipsam decre[illegible]
authoritate validã in perpetuũ esse volu[illegible]
& Sozom. in hist. trip. Idẽ pro Christiana [illegible]
ne in libertatẽ vindicanda ad populũ Ro[illegible]
bens, eiusmodi edidit Sanctionem, ad [illegible]
das Ecclesiarũ facultates accommodatam [illegible]
beat vnusquisque licentiam sanctissimo C[illegible]
licæ (Ecclesiæ,) venerabiliq́ue Concilio, [illegible]
bonorũ quod optauit relinquere. Nihil e[illegible]
magis hominibus debetur, quàm vt supre[illegible]
luntatis, postquam aliud iam velle non [illegible]
liber sit stylus, & licens, quod iterum [illegible]
arbitriũ. Relaxata autem semel libert[illegible]
in relinquendis vltima voluntate suis be[illegible]
tholicæ professionis Ecclesijs, adeò auctæ [illegible]
larum diuitiæ, vt posteriores Imperatores, [illegible]
ob eam caussam Reip. detrimentum & pa[illegible]

† *l. 4. de Episc. & Cler. Cod. Theod.*

rem, conati sint iterum ab huiusmodi profusis largitionibus fideles cohibere. *Baron. Anno Christi* 321. vt nihil dicam de vulgata omniũ ore Constantini donatione: certè Christianam Religionẽ, quibus valuit, officijs coluit, atq; muneribus frequentauit, potissimum verò Ecclesiam Romanã, in qua sciebat totius Christianæ religionis vigere principatum, atq; cardinem verti: eamque in medio æmulantium, lacessentium, atq; oblatrantium hostium collocatã, in ipsorum odium & inuidiam, amplissimis muneribus donauit, summaque potentia communiuit, atq; iuribus stabiliuit. Post Francorum Christianissimi Reges suis Diplomatibus ea munera Constantini ablata se Romanæ Ecclesiæ restituere professi sunt. *Baron. Anno Christi* 324.

15. Theodoret. *lib.* 4. *c.* 4. laudat *Iouinianum* Imp. quòd lege edita iussit Ecclesijs restitui frumentum, quod ijs de publico olim præstari iusserat Constantinus, prohibuerat Iulianus.

16. *Bernardus Comes de Saxonia* Bonifacio, seu Monachis Fuldensibus, dimidiam partem suæ hæreditatis dedit, de agris, mancipijs, ædificijs, & reditibus. *Epist. Abbatis Fuldẽsis ad Comitẽ quendã.*

17. *Dagobertus Rex* oppidum Rubiacum, cum omnibus suis redditibus & facultatibus Argentinensi Ecclesiæ dedicauit. *Naucl. Vol.* 2.

18. *Boleslaus Rex Poloniæ* Ecclesiasticis omnium onerum, laborum, & pensionum Regi & Reip. præstandarum immunitatẽ sempiterno iure concessit. *Cromerus lib.* 3. *de reb. Poloniæ. Vide lib.* 9. *Vide Lupoldum Bebenburgium de veterum Principum Germ. zelo & feruore in Christianam Relig. & Dei ministros.*

SIG-

SIGNVM IX.

Libidinem execrari.

FOEDAE LIBIDINIS QVASCVNQ*occasiones fugere, declinare, & abrogare.*

1. PHilippus I. Imp. Christianus sentinam [illegible] detestabilium turpitudinum Romæ [illegible] tam, & immobiliter inhærescentem hausta [illegible] nitus sustulit, exoletorum classes. Testatur [illegible] pridius, cùm de Alexandro Seuero ait: Hic [illegible] animo vt exoletos vetaret, quod postea Philippus fecit. Christianorum Principum scopis emun[illegible]da Vrbs & Orbis pariter erat tot tantisque [illegible] dibus obscœnissimis. Etenim post Philippum [illegible] Ethnicis Imperatoribus ijdem restituti, [illegible] per *Constantinum* penitus sublati sunt. Ita [illegible] Hieronymus, in cap. 2. Isaiæ: Sub Constantino [illegible] sti Euangelio coruscante, & infidelitas vnius [illegible] rum gentium, & turpitudo deleta est. Baro. [illegible] no *Christi* 249.

Idem *Philippus* garrulam Poëtarum lingu[illegible] licenter nimis famam honestissimorum vir[illegible] carpentem, coërcere conatus est: quòd eam [illegible] abuterentur arte, ad inficiendum iuuentu[illegible] mos turpitudine, etsi eos penitus auferre [illegible] simi videretur esse res negotij, tamen lege [illegible] eosdem ex albo bonarum artium Profes[illegible] expunxit, dum eos à Priuilegijs illis con[illegible] excluſit, cùm hæc statuit: Poëtæ nulla immu[illegible] tis prærogatiua iuuantor. *l.* Poëtæ C. *de Pro[illegible] ribus lib.* 10.

2. *Tiberio Cæsare* iubente, grauissimis Sen[illegible] decretis fœminarum libido, quæ etiam in [illegible]

torias grassabatur, est coërcita, cautumque, ne quæstum corpore facerent, cui auus, aut pater, aut maritus, Eques Romanus fuisset. *Tacitus lib. 2. annal. Baron. Ann. Christi 21.*

3. Iosephus, *lib. 18. Antiq. cap. 4.* de immani scelere perpetrato ab AEgyptijs Sacerdotibus aduersus *Paulinam*, clarissimam fœminam, quo ex facinore ab eodem *Tiberio* in crucem acti sunt, hanc texit historiam: Erat, ait Romę *Paulina*, mulier opulenta & formosa, in primis autem ornata pudicitia, nupta erat Saturnino: huius amore captus est *Decius Mundus*, iuuenis non obscurus in Equestri Ordine: offerebat ei pro vnica nocte ducenta drachmarum millia: cùm nō posset eam flectere, nec ferret amoris impotentiam, decreuit morbum simul & vitā finire inedia. Hoc eius propositum non fefellit Iden libertam Mundi paternam: spem ergo ei facit, effecturā se, vt potiatur Paulinæ complexibus. Cumque ille preces eius libenter acciperet, ait sibi opus quinquaginta solùm drachmarum millibus ad expugnandā mulieris pudicitiam. Sciēs ergo Paulinam vehementer addictam Isidis cultui, conuenit aliquos ex eius sacerdotibus, accepta fide silentij: ostentat illis in præsens viginti quinque millia, & altera totidem post nauatam operam promittit: indicat eis amprem iuuenis, rogans, vt omnibus modis annitantur eum reddere voti compotem. Natu ergo maximus properè se ad Paulinam cōtulit. Impetrato absq; arbitris colloquio, venire se, ait, missum Anubide, capto ipsius forma, & iubente vt ad se veniat: maritus concedit, proficiscitur in templum, & post cœnam, instante somni tempore, inclusa per sacerdotem, in latentem ibi

Amoris vis, & pretium.

Sacerdotes Anubis clarissimam fœminam sub specie Anubu Dei adolescenti inijctam subijciunt.

Mundum incidit, totamque eam noctem obsera-
ta est iuueni, Deo se gratificari existimans. Deu-
de die post rem patratam tertia Mundus ad eum
obuiuus: O factum bene Paulina, inquit, quòd
ducenta illa millia mihi seruasti, quæ potuisti
facultatibus addere, & morem nihilominus me
voluntati gessisti: atque abijt. At mulier vehe
sibi lacerat, & re tota ad maritum delata, ma-
tus Imperatori significat. Tiberius sacrificu-
los impostores in crucem egit, & Iden inuen-
cem huius sceleris, dirutoque templo, Statu
Isidis iussit mergi in Tyberim. Mundum ve
mitiore pœna exilij multauit, crimen eius
cupidinis impotentiã referẽs. *Vide de adult*

AEgyptijs Sacerdotibus peculiare fuisse, i
iuscemodi in mulieres Deorum nomine enor
re facinora, ostendunt, quæ Ruffinus *lib.* 1. c.
de Sacerdote Saturni, qui *Tyrannus* dicebatur,
fert. *Baron. Anno Christi* 389.

4. Anno Christi 271. *Aurelianus Imp.* milite
qui adulterum cum hospitis vxore commise
ita puniuit, vt duarum arborum capita inflec
ret, quas ad pedes militis deligaret, easdem
subitò dimitteret, vt scissus ille vtrimque pe
ret. *Vopiscus.* Ancillam suam, quæ cum seruo
terium fecerat, capite puniuit. *Idem.*

5. Anno Christi 320. *Constantinus Magnus*, ad
ercendam procacem facinorosorum audaci
aduersus virginum ac viduarum raptores, l
rissimam legem edidit, in hæc verba rescri
ad populum: (*l.* 1. *de Raptor. virg. C. Theod.*
quis, nihil cum parentibus puellæ ante depa
inuitam eam rapuerit, vel volentem abduxe
patrocinium ex eius responsione speraret, q
pu-

propter vitium leuitatis, & sexus mobilitatem, atque consilij, à postulationibus, & testimonijs, omnibusque rebus iudiciarijs antiqui penitus arcuerunt; nihil ei secundùm ius vetus profit puellæ responsio, sed ipsa puella potius societate criminis obligetur. Et quoniam parentum sæpe custodiæ nutricum fabulis & prauis suasionibus deluduntur; his primùm, quarum detestabile ministerium fuisse arguimus, redemptique discursus pœna immineat, vt eis meatus oris & faucium, qui nefaria hortamenta protulerint, liquentis plumbi ingestione claudatur. Et si voluntatis assensio detegitur in virgine, eadem, qua raptor, seueritate plectatur, cùm neque his impunitas præstanda sit, quæ rapiuntur inuitæ, cùm & domi se vsque ad coniunctionis diem seruare potuerint: & si fores raptoris frangerentur audacia, vicinorum opem clamoribus quærere, seque omnibus tueri conatibus: sed his pœnam leuiorem imponimus, solamque eis parentum negari successionem præcipimus. Raptor autem indubitatè conuictus, si appellare voluerit, minimè audiatur. Si quis verò seruus, raptus facinus, dissimulatione præteritum, aut pactione transmissum, detulerit in publicum, Latinitate donetur: aut si Latinus sit, ciuis fiat Romanus. Parentibus, quorum maximè vindicta interierat, si patientiam præbuerint, ac dolorem cõpresserint, deportatione plectẽdis. Participes etiã & ministros raptoris, citra discretionẽ sexus, eadem pœna præcipimus subiugari. Et si quis inter hæc ministeria seruilis conditionis fuerit deprehensus, citra sexus discretionem, eum concremari iubemus.

Lex Diuina, *Deut.* 22. etiam de virgine inuasa, & non clamante, ait: *Lapidibus obruatur puella, quia non clamauit, cùm esset in ciuitate.* Vnde bene visa est consuluisse sibi Susanna, cùm ab adulteris circumuenta, exclamasse dicitur voce magna. *Danielis* 13. Constantius Constantini filius capitalem solùm sentētiam raptoribus ac conplicibus irrogauit. *l. 2. de rapt. C. Theod.*

Cùm apud AEgyptios & Alexandriæ pacis more fluuius quidam ab hominibus mulieribus coleretur, ad hos prolata lex est *Constantini Magni*, qua cautum, vt omnis hæc androgynorum gens, tanquam adulterina & spuria, è vita tolleretur, nec cuiquam liceret vel oculis intueri impura hac lasciuia ægrotantes. Sed cùm superstitiosi existimarent, minimè deinceps fluuium pro consuetudine sua in agros suos effluxurum, Deus fauens Imperatoris legi, longè secus, quam exspectauerant, vberrimum flumen reddidit. Sed cùm impura illa fæx, quæ suis sordibus ciuitatem turpificasset, prorsus esset sublata; fluuius, quasi expurgata expiataq; tota regione, maiore, quam ante, cursu ferebatur, & magnis ac abundantibus gurgitibus intumescēs, omnes agros quaquam sum irrigabat, tanquam reipsa demonstrare omnes impios & sceleratos remouendos esse, ad Deum solum, omnis salutis auctorem, omnium præclararum rerum caussam esse referendam. *Euseb. Vitæ Constant. lib. 4. cap. 25. Baron. Christi* 326.

Nili fluxus vberior redditus.

6. Anno Christi 326. quo *Constantinus Magnus* publicas libidinum Scholas, seu templa, quæ impudicitiarum officinæ, & omnium turpitudinum promptuaria, deturbauit: (*l. 1. de mulieribus*

que ser. Cod. Theod.) etiam Sãctione edita, occultas quasq; turpitudines infectatus est, nimirum, vt si quæ ingenua mulier proprio seruo se occultè miscuisset, capitaliter puniretur, seruus autem ignibus exureretur: deditq; potestatem cuicunq; accusare volenti, etiamsi serui, vel ancillæ forẽt, appositio præmio consequendæ libertatis, si probassent. His & alijs pœnis excrescentem vbique libidinem sedulò coërcere studuit. Sciebat quàm turpe sit, in amplexibus Laidis inuolutum iacere, & eam suem secum in vlnis volutare.

7. Anno Christi 385. sustulit Theodosius Imp. (l. 10. de Scenic. C. Theod.) fidicinas ac psaltrias mulieres, ciuitatum pestes: hisce enim illecebris mores ciuium corrumpebant. De his namque ait S. Hieronymus, epist. 10. scribens ad Furiam: Fidicinas, & psaltrias, & istiusmodi chorum Diaboli, quasi mortifera Sirenarum carmina, proturba ex ædibus tuis.

8. Quòd excrescentia & alluuione omnium turpitudinum Iouiniani, & sectatorum ipsius Roma ita repleta esset luxuria, vt putorem exhalaret infandorum scelerum, eorum videlicet turpissimorum hominum, qui post alteram abeuntes carnem, omnes naturæ terminos prætergressi, in imum se barathrum demersissent. Hos ipsos Sodomitico dignos incendio, vltricibus merito flammis, spectante populo, absumi idem Theodosius Anno Christi 390. lata lege sanciuit. (l. 6. ad legem Iul. de Adult.)

N. fandum scelus flammis vindicibus expiatur.

Nota quas secum sordes ferant hæreses, quibus soluta disciplina Christiana, petulantiæ carnis carceres aperiuntur ad cursum. Vide S. Hieronymum aduers. Iouin.

Idem prouidens Ecclesiæ honori & dignita-
ti (quando Constantinopoli Diaconus cum nobi-
li matrona iuniore Diaconissa se commiscuisset)
Edicto cauit, ne mulieres nisi liberos haberent,
& annum sexagesimũ excessissent, diuinum mi-
nisterium (munus Diaconissæ) vllum suscipe-
secundùm Apostoli Pauli (1. *Tim.* 5.) expressum
mandatum: illæ verò, quæ, magno scandalo, vel
saltem periculo, caput ornarent (attonderent)
Ecclesijs exturbarentur, & Episcopi, qui has ad-
mitterent, Episcopatibus suis priuarentur. (l. 21.
de Episc. Cod. Theod.)

9. *Valentinianus Imp.* moriens, se vna dixisse-
lùm victoria gloriari. rogatus, qua? respondit,
inimicorum nequissimum vici, carnem meam.
Bruson. lib. 1. de Abstin.

10. *Ferdinandus* I. *Imp.* post sanctissimæ coniu-
gis obitum, semel tantùm in die manè cibum
sumpsit, vt carnis stimulos eò valentius repri-
mere posset.

11. *Alexander Macedo* cùm Darij vxorem, sororem, & filias captiuas haberet, mirum in modum
formosas, ne videre quidem eas voluit: turpe-
tus esse, eum, qui viros vicisset, à mulieribus
perari. *Athen. lib. 13. c. 27. Gel. lib. 6. c. 8.*

12. *Cn. Pompeius* Demetrij sui liberti vxorem
formosissimam nunquam blandè allocutus fu-
tur, (quod tamen contra eius ingenium fuit, ve-
tuens, ne pulchritudine ipsius, qua quemuis
amorem allicere poterat) captus videretur.
Plut.

13. *Antigonus Rex Asiæ*, cùm Philippum filium
animaduerteret aliquando hospitium habere
ædibus, in quibus tres iuuenculæ erant, accito
lo, qui

lo, qui super hospitia attribuenda positus erat, eo præsente: Quin tu, inquit, filium meum educis ex istis angustijs? *Plut. in Demetrio.* Aliter *Frontinus lib.4.c.1.* Audio fili angustè habitare te, pluribus dominis domum possidentibus: hospitium laxius accipe: iussoque emigrare, edixit, ne quis minor 50. annos natus hospitio matris familias vteretur.

14. Apud *Romanos* in castris mulieres esse, aut cum militibus turpi consuetudine versari non decebat: domi verò tanta Romanæ verecundiæ obseruatio, & morum exempla fuêre, vt nec pater cum filio pubere, nec socer cum genero lauaret, nudosque conspicere parentes, ducerent nefas. *Alex. ab Alex. lib.2.c.25. lib.1.c.12.*

15. *Imp. Iustinianus* Anno Christi 535. cœpit ab omni turpitudine emundare omnes Prouincias Rom. Imperio subiectas: in primis verò eas, quas Deus ipsi recens subegerat nationes, quas omnes cœno putentis luxuriæ expurgauit, exhauriẽs omnium lenonum cloacas. Ad finem enim huius anni aduersus omnes lenonum turpitudines Deo inuisas ad Constantinopolitanos ciues inscriptam Sanctionem promulgandam curauit: nec ipsi id satis, sed & addidit, vt amplissimum Monasterium exædificaret, ad recipiendas miseras prostitutas ab ipsis fœminas, quæ resipiscentes, Deo vellent iugi pœnitentia deseruire. *Vide Nouel.14. & Authen. de lenon. colum. 2.t.1. Baron. Tom.7.*

16. *Carolus V. Imp.* vxorem adhuc habens, sæpe clausit ipse fenestram, ne inspiceret formosiores fœminas, cùm eas ex fenestra eminus aduentantes, aut prætereuntes fortè conspexisset, aut

etiam præterituras inaudisset. *Gul. Zenoc. lib. 5. de vita Caroli V.*

17. Etiam in ipso coniugio perpetuam virgi-
tatem seruarunt *Arnulphus* cum vxore *Stam-*
ga, Clodouei Regis nepte; *Eduardus* III. *Brit-*
rum Rex cum *Egitha* vxore; *Henricus* II. *Ing-*
cum *Cunegunda*.

18. *Totila Rex Gothorum*, Cumis, & cæte-
Campaniæ vrbibus captis, cùm ingẽtem Ro-
narum mulierum numerum in illis intercep-
set, quas Romani ciues, ob nouos belli tetru-
Vrbi imminentes, procul domo ablegarant,
earum pudicitia in omnem belli euentum
esset, (eratque in his omnis Romana nobi-
captiuas honestè & sanctè barbarus penes se
buit, honestoque comitatu ad suos Roman-
pretio dimisit. *Sab. lib. 6. c. 4 Fulg. lib. 4. c. 3.*

Protector alienæ castitatis, contra vim aliorum.

19. *Alphonsus Aragonum & Siciliæ Rex*, ca-
Massilia, cùm sibi nuntiaretur matronas om-
& puellas ciuitatis pretiosissimis rebus om-
in Templum D. Augustini profugisse, eas dili-
tissimè obseruari iussit, cumq; vim & conti-
liam pertimescentes Regi per internuntium
plicarent, vt tradita omnium gaza, ipsas
intactas abire permitteret, non solùm intac-
sed ne visas quidem, cum omni earum supel-
le, ad vnam omnes tutò abire permisit. *Panor.*
2. de gestis Alph. AEn. Syl. de eius dictis.

20. Constitutionibus *Regum Galliæ* cauetur
lupanaria in vrbes recipiantur, neue meri-
puellis ac lenonibus occultè, vel palàm cœm-
la elocentur, pœna in violatores statuta in
brarum Paris. aut in cõtumaces domus publi-
tionis. Auctores harum legum fuerunt D. Lu-

gicus Anno 1254. Carolus V. Anno 1369. Carolus IX. Anno 1560. & Henricus III. Anno 1586. (*Cod. Henr.* 3.)

11. Apud *Britannos* sancitum erat, vt virgo in fornicatione deprehensa de rupe præcipitaretur, virginis verò corruptor capite multaretur. *Virg. Pol.*

12. *Iulius Cæsar* libertum gratissimum ob adulteratam Equitis Rom. vxorem (quamuis nullo querente) capitali pœna affecit: vt & *Augustus* eius successor Proculum ex acceptissimis libertis mori coëgit compertum adulterare matronas. *Suet.*

13. Multi Magistratus vitæ, famæ, & imperij vniuersim eclipsim pertulerûnt, quia pudicitiam alicui eripuerant. Iust. Lipsius in Carolo Burgundiæ Duce ait: Erat Carolo Audaci vir nobilis in seruenti gratia, atque ei Præfecturam oppidi in Zelandia dedit. Ipse ibi in otio amorem concipit in fœminam corpore scitam, & moribus animo meliorem. Primò adspectus, obambulatio, suspiria, & quæ solent amantes; mox audacior, & verba miscet, & affectum aperit, & solatiũ orat. Neque promissis abstinet, & omnia tentat, quæ sint expugnandæ. frustra. Munita vndique castitas erat. Igitur desperatione ad facinus se vertit. Præfectus erat, & Carolus noster in bello; maritum igitur amatæ fœminæ proditionis insimulat, & statim in vincla missum carcere custodit, vt vel hoc metu minisque illam moueat, & obnoxiam sibi reddat; vel maritum ipsum amoueat, remoram amori. Currit igitur & mulier casta, & viri amans, statim ad carcerem, à carcere ad Præfectum deprecatura, aut liberatura, si possit.

Præfectus: *Et tu, ô mea, me rogas? imperium, quod in me habes, ignoras? affectum saltem mutuũ redde, & maritũ ecce reddo. Detinemur enim vterq; ille in meo, ego tuo carcere, aut vinculis: ab quam facile vtrumq; soluis? quid renuis? amans peto, & per me vitam: Præfectus peto, & per mariti tui vitam: vtraq; agitur; & perire si debeo, peream. At quæ miserere, & mulierem te, & coniugem ostende.* Mulier rubore ad ista, & stupere, & tamen pro marito etiã timere. Constat magis animo, quàm corpore; & trepidat, & pallet. Atq; ille, quia nouum visa, & leuiter vim verecundanti adhibendi ... tus, (soli erant,) in lectum impellit, fruitur ... ctu, vtriq; mox acerbo. Nã mulier confusa & lacrymabunda abiens, pudoris magis, quàm pe... ti ægra, iram & vindictam coquit, quam etiam ... cendit barbarum Præfecti factum. Nam ille ... potitus, & cætera prolixa autumans, si ... sustulisset, maritum damnari curat, damnatum ... pite plecti. At id non in publico, sed carcere ... factũ, atque ibi cadauer in arcam ligneam ... sum mox sepeliendum. Venit interea mulier ... accita ab ipso, (vt quidam tradiderunt,) ... te & super salute mariti anxia; sed venit, & ... pacto maritum recipere se sperat. Ille ... affatus: *Et maritum*, inquit, *quæris? habebis* ... (& digitum ad carcerem intendit, *inuenies* ... *tolle*. Nihil suspicata, abit, videt, & perce... animo & corpore lapsa, super cadauer se ... ac diu lamentata, recipit animum atque ira ... diensq; atroci vultu & verbis: *Et hercules, ... reddidisti maritum: gratia debetur*, ex solo ... tinere, ac placare conatur, frustra: non tigris ... gis sæuiat fœtu erepto. Statimq; amicorum ...

uocatis, rem denarrat, ac consilium viamq; vl-tioni exquirit. Cẽsent omnes ad Principem eundum. Accedit duobus amicis comitata, auditur; vix creditur, & indignatur, & dolet Princeps hoc in suo solo, & è suis quenquam ausum. Sed & mulieri edicere minaciter, nisi vera & certa afferret, malũ habiturã. Iubet manere in aula, & in vicinũ cubiculũ secedere, dum Præfectũ vocat: nã fortè & ipse in aula erat. Venit; introducitur & mulier: *Hanc nostine? fert, etiam nosti? atroces sunt, & quas nolim esse veras. Quid ais?* Vacillat, perplexè loquitur, negat aliquid, & annuit, donec Princeps ex vultu ipso & sermone culpam suspicatus, vt tamen certior esset, remotis omnibus solum alloquitur: *Quam fidem mihi debeas, & quam beneficijs meis gratiam, non nescis. Per hanc & illam te adiuro, vt quid in hac re sit liquidò & sine ambagine denarres. Fatenti gratia aut aliqua seueritas non deerit, nec abnuenti tormenta.* Ibi ille ad genua se abijcere, factum agnoscere, denique mulierem culpæ omnis liberare, se onerare; sed in gratia Principis refugium & solatium ponere. Quam vt magis impetret, illicitam libidinem matrimonio purgaturum affert. Princeps quasi aures præbens, etiam minor, mulierem reuocari, quosdam è suis assistere iubet. *Et heus tu, quoniam huc ventum est mulier, placetne maritum hunc habere?* illa abnuit, & tamen, voluntatem aut iussa Principis timens, adspicit circumstantes, qui certim innuunt, aut suggerunt, accipiat conditionem viri nobilis, diuitis, apud Dominum gratiosi. Victa dat manus: quas Princeps iungi cum Præfecti iubet, & solemnibus

verbis

verbis matrimonium firmari: firmato iterum Princeps: *Tu noue marite hoc iam nunc largire, si prior sine liberis obeas, hac coniunx hæres omnium bonorum tuorum sit.* Libens concedit, cæsus audiunt, tabularius scribit. Et his iam peractis Carolus ad fœminam: *Dic sodes, animo tuo iam factum satis? Satis*, inquit mulier. *Amandum meo*, ille subijcit, & ablegata fœmina jubet Præfectum in illum ipsum carcerem duci, in quo maritus cæsus, & pariter cæsum in arcam ligneam siue capulum deponi: facta sunt. Tum mulierem eò mittit, quæ inopinato casu inter conterrita, duobus maritis eodem ferè tempore amissis, mox in morbũ incidit, & fato obijt, solum alteris nuptijs lucrata, vt liberos ex pare coniugio diuites relinqueret noua hæredes.

Nihil certè tetrius est libidine, qua corpus simul & animi vires hebetantur, obtundunt atque adeò perduntur. Vnde libidinosi mortalijs & deliberationibus occæcati, non modo sibi Reip. clades procurant. Graues enim Dominæ, ait Cic. 6. *de Rep.* cogitationum libidines finita quædam cogunt atque imperant, quæ expleri atque satiari nullo modo possunt, omne facinus impellunt eos, qui illecebrarum incenduntur. Breuiter nihil sancti, nihil nesti atque moderati inest animo semel per libidines corrupto. Hinc Spurina Romanus, adolescens miræ pulchritudinis, cùm eximia spe plurium fœminarũ illustrium sollicitaret, illos, ideoque viris ac parentibus earum se ictum sentiret, oris decorem vulneribus dit, deformitatemq; sanctitatis suę fidem, formam alienæ libidinis irritamentum esse luit. *Val. lib.* 4. *c.* 5.

Vbi nunc sunt illi, qui plus operæ & temporis sumunt appellandis stupri caussa virginibus, quàm operosis Reip. negotijs expediendis? cur nō cogitant, Deo nihil esse clausum, eumq; interesse animis nostris & cogitationibus medijs interuenire? (*Seneca epist.* 83.) Rectè ait Philo Iudæus: Dei conspectum & reuerentiam si non reueremur, certè inuictam potentiam & iustitiam, ac seueritatē incuitabiliter vitare debemus, & nos maleficio continere, reputantes quàm grauiter aliquando animaduertere soleat in eos, qui nec præsentiam eius, nec seueritatem reformidant. Et S. Augustinus, *de Verb. Domini in Ioan. serm.* 46. Deus timendus est in publico, & in secreto. Procedis, videris; intras, videris. Lucerna exstincta est, videt te; lucerna ardet, videt te: in cubile intras, videt te; in corde versans, videt te, &c.

Cyrus Rex Persarum dicebat: Vt qui ignem tangit, haud fieri potest, quin statim vratur: ita qui formæ pulchritudinis mulierem intentis oculis conspicit, vix est vt non statim amore ardeat, & recta sanaque mente abripiatur, &c. (*Xenoph. lib. 5. Cyr.*) Sic & Syrac. c. 9. & 42. ait: *Propter speciem & colloquium mulieris multi perierūt: ex hoc eorum concupiscentia quasi ignis exardescit. Vt de vestimentis procedit tinea, sic à muliere iniquitas viri.* Gregorius *in* 1. *Reg. c.* 15. Libido succenditur more ignis, adiacens stipula velociter inflammatur. Hinc cùm *Scipio Romanus* Hispanicam Carthaginem cepisset armis, captiuas puellas præcipuæ pulchritudinis barbaris restituit, nec in conspectum quidem suum passus est adduci, ne quid de virginitatis integritate delibasse saltem oculis videretur. *Polyb. lib.* 10. *Flor. lib.* 2. *c.* 6.

SIG-

SIGNVM X.

Lingua non abuti.

LINGVA NON ABVTI, SIV *pauca & grauia loqui, &c.*

1. CVM *Sophista* quidam apud Agidem [illegible] set, orationem esse rerum omnium pre[illegible] tissimam, (prædicâs artem, quâ profitebatur [illegible] go, inquit Agis, tu cùm taces, nullius es pen[illegible] gnificans multo præclarius esse res magn[illegible] gerere, quàm habere linguâ ad magnifice lo[illegible] dum expeditam. *Plut.* Ex ore verò Magi[illegible] nil nisi sapientia plenum debet progredi.

2. *Perinthiorum* orator in Lacedæmonia[illegible] sus, cùm apud Agidem primùm dixisset [illegible] prolixè, vbi perorâsset, rogauit eum quid [illegible] Perinthijs renuntiandum? *Quid aliud, [illegible] nisi quòd tu vix dicendi finem feceris, ego [illegible] cuerim?* Idem. Ita legationis fructum [illegible] linguæ loquacioris intemperantia. Pecu[illegible] nim erat Lacedæmonijs verborum paucit[illegible]

3. Cùm de Græcorum libertate quidam [illegible] dium adduxisset magnifica quidem, sed fa[illegible] quàm difficilia. *Tua*, inquit Agis Senior, re[illegible] *pes opus habent viribus & pecunia.* Signi[illegible] frustra de his verba fieri, ad quæ perficien[illegible] suppetit facultas: in consultationibus eam[illegible] solùm consultandum quid factu sit pulch[illegible] mum, sed quid fieri possit. *Idem.*

4. *Abderitanorum* legato, qui multa locu[illegible] gârat, quidnam ciuibus suis renuntiaturus [illegible] Te, inquit, *mihi tacenti tantisper auditum [illegible] quantisper dicendo consumpsisti.* Idem. [illegible]

nim loquacitas responso est indigna.

5. Cùm Rhetorem eo nomine apud Agesilaum laudâsset quidã, quòd res specie exiguas magno verborum ornatu amplificare posset: *Ego*, inquit Rex, *ne sutorem quidem arbitror bonum, qui paruo pedi magnos calceos inducat.* Innuens inanem loquacitatem probandam non esse. *Idem.*

6. *Megarensi* cuidam multa iuueniliter de sua ciuitate aduersus Agesilaum iactanti: *Adolescens*, inquit Rex, *tui sermones opus habent magnis viribus.* Significans indecenter eum magnificè loqui, cui vires non suppetunt orationi pares.

7. *Romulus* dicebat: Vasa fictilia sono, & percussu hominem sermone explorandum esse. *Max. serm. 15.*

8. *Amasis Rex AEgypti* misit Pittaco (qui celebratur inter 7. Græciæ Sapientes) hospiti pecudem immolatitiam, postulans, vt inde sibi remitteret partem quam iudicaret esse pessimam, ac rursus quam existimaret optimam, ratus futurum, vt duas partes dissimilimas remitteret. Is ipsam linguam remisit Regi, significans nihil in homine esse melius bona lingua, mala nihil nocentius. Rectè Hesiodus, linguam non vulgandam, sed recondendam esse, dixit, perinde vt thesaurum, eiusque esse in promendo gratiam plurimam, si & modesta sit, & parca, & moderata. Aut enim:

Gell. lib. 13 cap. 15.

Optimus est homini linguæ thesaurus, & ingens
Gratia, quæ parcis mensurat singula verbis.

Auribus plus, quàm lingua vtitor, ait Demosthenes *apud Stob.* S. Ambr. 1. *de Offic. c.* 3. Alliga seruorem tuum, ne luxuriet, ne lasciuiat, & multiloquio peccata sibi colligat.

9. Lau-

9. Laudatur *Epaminondas*, quòd nemo fuerit repertus, qui & plura nosset, & pauciora loqueretur. *Plut. de audit.*

SIGNVM XI.

A linguarum cognitione armatum esse.

A LINGVARVM COGNITIONE instructum esse.

Politici futuri linguas varias semper discunt.

M. Iun. in Polit. quæst.

1. *Romanorum* filij, ad Remp. aliquandò accessuri, primò Hetruscam linguam, post Græcam cognoscebant. (*Dion. Hal. lib. 4.*)

2. *Mithridates Ponti & Bithyniæ* Rex [illegible] tenuit eorũ populorum, quibus imperauit [illegible] vñquam per interpretem loquutus est; [illegible] quemque ab eo appellari vsus fuit, perinde [illegible] gua & oratione ipsius non minus sciret, [illegible] gentis eius esset, loquutus est. (*Gell. lib. 17. c. 17. Val. lib. 8. c. 3.*) Plin. *lib. 25. c. 2.* ait: Sub [illegible] mam inde vtilitatem accessisse, quòd [illegible] interpretem, sed per se audiuerit.

3. Peritissimus linguæ Græcæ extitit [illegible] (Suet.)

4. *Otho II. Imp.* à Saracenis & Græcis [illegible] cùm Græcè loqueretur, pro Græco habitus [illegible] fit. (*Auent. lib. 5. Boiorum Ann.*)

5. Aurea Bulla, per *Carolum IV. Imp.* [illegible] bet Electorum filios & successores discere [illegible] cam, Latinam, Italicam, Illyricam siue Sclauonicam linguam, quò cum multis gentibus [illegible] nem communicare possent.

8. Etsi vernacula lingua scribantur artes multæ, tamen si quæstiones incidant & controuersiæ graues de verbis, non nisi ad ipsos fontes confugiendum est.

7. Nec sine causſa omnes omnium gentium docti homines maluerunt Græcè aut Latinè, quàm linguâ vernacula vti in scribendo.

8. Adhæc necessitas nos cogit linguas addiscere, vt auribus aliorum sermone accepto satisfaciamus: quemadmodum *Themistocles* apud Persas Persicam linguam est discere coactus. (*Thucyd. lib.* 1.) Et verum est illud Ciceronis: Surdi sumus omnes in linguis, quas non intelligimus. (*Tusc.* 5.)

9. Accedit quòd linguarum cognitio haud exiguam parit gratiam, & benevolentiam, vt & authoritatem, si quis intelligere & alloqui varios populos sua in lingua possit.

10. Nec etiam decipiuntur ab interpretibus legati linguarum periti, aut turpiter ab ipsis cogũtur, maximè cùm cõtinuandus est sermo, aut mutandus ob circumstantias, aut respõsum dandum extempore: nec semper ad manus sese interpretes offerunt. Legatis necessariam esse notitiam linguæ eorum, ad quos mittuntur, vide in libris D. Ioan. à Chokier de Legationibus.

11. Cùm *Cato Censorius* pop. Rom. nomine legationem apud Athenienses obiret, quia Græcè tũc ipse nesciebat, ea, quæ habebat in mandatis, per interpretem exposuit, ibi, quòd ea quæ paucissimis verbis Cato dixerat, interpres vix lõgis ambagibus referret, Athenienses orationum dissimilitudinem mirati, Romanis sermonem in pectore, Athenienſibus in ore nasci dixerunt. Tan-

tum enim à genuina ipsius auctoris mente et
iusuis interpretis orationem distare indic
runt, quantum inter cor & labra est interstitu
Plut.

12. Cùm *Themistocles* Athenis profugus ad
gem Persarum concessisset, animi sui sentent
prius exponere noluit, quàm Persicam lingu
didicisset, ne per interpretem Regi ea, quæ
ret, explicare cogeretur: interpretes enim q
dam interdum omittunt, quædam addunt, qu
dam aliter narrant, quædam implicant, prius
quam quòd perdant orationis gratiam ac ve
statem. *Idem.*

13. *Cleopatra AEgypti Regina* multarum lingu
rum perita, per seipsam responsa dabat Æthi
pibus, Troglodytis, Hebræis, Arabibus, Syriis, Il
dis, Parthis, alijsque. *Plut. in Antonio.*

14. Floruit laude πολυγλωσσίας *Carolus Ma
gnus*: suis enim quosque legatos linguis audi
atque adeò ipsos Græcos intellexit, ipsosque
Græcè respondit. *Bonfin.*

15. *Turcæ*, tametsi à litteris alienissimi sint, a
men cùm videant linguarum cognitionem a
modum necessariam esse, vulgo dictitant, qu
linguas quis callet, totidem viris cum æquali
re, imò præcellere. Tutius enim est commu
ni aut paucis arcana Imperij, quàm multis, m
ximè si committantur vni, qui instar sit mul
rum. Nam hic aptè legationes suscipiet, & al
rum Principum excipiet; hic mores, milit
conditiones vniuersas gentium iam ante cogn
uit: breuiter, fidem facit, multa se vidisse, m
ta vsu multarum rerum didicisse. Nota hic
lud Sancti Augustini, *19. de Ciuit. cap. 7.* Facilius

diuersi generis animalia sociantur, quàm diuersę linguæ homines.

SIGNVM XII.

LITIVM FORENSIVM MVLTITVdinem abrogare, & ad forense studium, rostraq; pauciores admittere.

Lites forenses minuere.

1. ANno Christi 1573. *Carolus* IX. *Galliæ Rex* sistendæ (teste Belleforetio *in hist. Gall.*) nouarum litium prurigini, seu, vt litium nascentiũ fibras sensim circumcideret, in Gallia vectigal iudiciarium excogitauit, vt quicunq; litem intẽderet, vel ordiretur; dependeret, ac deponeret in Regium Fiscum duos aureos; recipiendos, si iure lingasse iudicatus esset: sin aliter, (sin perperã,) amittendos, & relinquendos. Sic & *Romanis* vectigal iudiciarium erat impositum. *Suet. cap.* 40. Chilonis præceptum erat: AEris alieni, atq; litis miseriam fac effugias. Et Cic. scribit ad Atticum: Nihil viro bono magis conuenire potest, quàm abesse à ciuilibus controuersijs. Experientia autẽ docet in illa Rep. esse maximas factiones, vbi numerosæ turbæ luristarum viuunt: isti enim dulci odore lucri deliniti, aureos montes venantur & cupiunt, & haud absimiles sunt Byzantino illi Oratori, qui interrogatus: Qualis Byzantijs lex esset? Qualem ego volo, respondit: adeò varias excogitant legum interpretationes. Quare fuci, & vultures, (luristæ,) *à præsepibus* arcendi sunt, ne fauos exhauriant.

2. *Algothus* II. *Sueonum & Gothorum Rex* statuit, vt omnes controuersiæ prius ad arbitrium optimorum virorum, qui in dissidentium territorio inueniebantur, componerentur, quàm

ad aliquod iudicium deueniretur, rectè existi-
mans, summum ius, summaque iudicia summam
esse iniuriam, nisi bonorum virorum arbitrio
præueniantur. Neque volebat properandum esse
ad mercenariam illam Iurisprudentiam, quæ se
nobis blandè insinuat, & tanquam meretrix plus
offerenti sese turpiter prostituit, quæ factiones
seminat, quæ ciuem cõtra ciuem armat, quæ mul-
tarum litium & seditionum in Rep. causa est.
Rectè ille de I.C. Illud genus hominum, qui ex a-
lienis litibus victitant, quæsticulosq; sibi ex alie-
na stultitia colligunt, mihi certè suspectum est.
Vide Ioan. Mag. lib. 8. c. 38.

3. Litigandi studium minuendum est, ne legibus
fundata ciuitas, legibus euertatur. Licet enim
permulta præclarè legibus sint constituta, ea ta-
men Iureconsultorum ingenijs corrumpuntur
& deprauantur. (*Plin. Paneg. Cic. pro Mur.*)
Et incredibile dictu est, quæ telæ abusuum ex
magno litium stamine & subtegmine causantur,
idque in longè maximam singulorum capitis.
Pragmatici certè lites expeditas longius repen-
tis ambagibus reddunt sinuosas. Hoc considerans
Iulius Cæsar ius ciuile statuerat ad certum an-
dum redigere, atque ex immensa diffusaque
copia optima quæque & necessaria in paucis-
mos libros conferre: (*Suet. cap. 41.*) quod enim
post sęculis pręstitit Iustinianus Imp. Anno Chri-
sti 531. Ferunt & Ciceronem idipsum excogita-
nam Gell. *lib. 1. c. 22.* citat eius librum de Iure
uili in artem redigendo.

Zasius 30. ætatis anno Iuri operam dare cœpit.

4. *Vespasianus*, quò longas litium series tollere,
sorte elegit, per quos Iudicia Cẽtumuiralia, qui-
bus peragendis vix suffectura litigantium ...

videbatur, extra ordinem dijudicarent, redigerentque ad breuissimum numerum. *Suet. c.10.*

5. Quoniam multi I.C. ob insanum lucrum iniquas caussas subtiliter palliant, vt Sophocles loquitur, indeque non rarò fit, vt clientes accisis in foro facultatibus solum misere verrere, atque ad rapinas & artes illicitas sese conuertere coganntur, quò lacunam rei familiaris istorum fallacijs factiã explere possint, *Galeacius* Mediolan. Dux, cùm aliquoties audisset de vafro quodam Caussidico, qui lites ferere, & satas producere, atque alere etiam in liquido iure posset, hominem ad se accitum sic affatur: *Debeo pastori meo centum aureos: non lubet soluere, tu ecquid tueri me in iure, & rem protollere potes?* Annuit largiter. At fraudis sic cõfessum, verbis prius increpitum, laqueo publicè necari iussit. Qui enim non obest, cùm potest, iniuriæ, tam est in vitio, quàm qui facit: &, vt est in Damasi Rescripto: Non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obniare. *c. qui potest 23. q. 3. Cic. 1. de Offic. Lipsius in Exempl. Polit.*

6. Ammianus Marcellinus ait: *lib. 30.* Cùm reste procedũt iudicia, delubra sunt æquitatis: cùm depravata, foueæ fallaces & cæcæ, in quas si captus ceciderit quisquam, non nisi per multa exsilient lustra, ad vsque ipsas medullas exuctus. Rectè ergo *Ludouicus XI. Galliæ Rex* totis viribus in hoc incubuit, vt optimis legibus Gallia constitueretur, & litium forensium tollerentur tricæ & ambages. *Comineus lib. 9.*

7. Laudandum est Statutum Patauinum, ne coniuncti vel affines in controuersijs Iudices alios adeant, quàm arbitros, coram quibus vadimonio

citati, ex æquo & bono res terminetur. *Vide M. Antonium Blancum I. C. Patauinum.*

Cùm multi I. C. vt quæstum colligant vberrimum, & segetem auream, multas serant lites, qui possumus ipsorum opera carere? Resp. In Pannonia viuebant olim sine Iuris Interpretibus, non tamen sine Iure. Nam simpliciter & bona fide, ex antiquis moribus, & paucis quibusdã legibus Pannonijs illis, non Romanis, res iudicabant, imò dissensiones suorum ciuiũ facilè componebãt. Et quemadmodũ de Seruio Sulpitio dicit Cicero, tollere controuersias malebant, quàm constituere. In comitatũ Beatricis Ferdinandi Regis Neapolitani filiæ, quæ illinc missa fuit nuptiis Matthiæ Coruino Regi, venerunt Iureconsulti aliquot, qui barbarũ (vt ipsi dicebãt) morẽ magno vultus & superciliorũ fastidio aspernati, auctoritate sua facile perfecerunt, vt homines rudes & simplices illorum se sapientiæ cõcrederent. Ceperunt illi formulas pręscribere, quibus esset petendum, quibus respondendum, atque excipiendum, dies legitimos notare, Iudici quoq; aliquid assignare quod diceret, ne muta esset persona. Breui tempore, vbi nullæ prius erant lites, omnia vidisses feruere litibus, controuersijs, petitionibus, repetitionibus, exceptionibus, comperendinationibus, procrastinationibus. Quod malum tantum & tam subitũ cùm animaduertissent homines prudẽtiores, ad Regem res est delata. Quare percognita Iureconsultos illos continuò Regni finibus iussit excedere, & omnia in pristinam morem reuocari: sedata est statim tempestas illa, tanquam si nulli vẽti fuissent. *Lud. Viues de causis corrupt. artium lib. 7.*

SIGNVM XIII.

LVSIONIBVS DVNTAXAT HONESTIS ANIMVM RELAXARE.

Lusionibus honestis se recreare.

VT Magistratus, qui multis quotidie curis cõficitur, & molestissima quæq; identidẽ & videt, & audit, & sentit, negotijs publicis rectè nõ nulla interponat laxamẽta, cauendũ 1. Ne gerendis rebus vllum ex ijs impedimentum sequatur. Non enim ita ijs animus est mancipandus, vt optimæ horæ Reip. negotijs destinatæ negligantur. 2. ne elatus voluptate in aliquã turpitudinem dilabatur. 3. ne vtatur ludis veritis. 4. danda opera, vt tempestiua laboris intermissione ad laborandum fiat vehementior. *Val. lib.* 8. Ideo enim *Anaxagoras* laudabile esse dicebat honestis lusionibus oblectari, quò vegetior alacriorq; ad Philosophiã animus reddatur, & repudiatis omnibus honoribus, qui ipsi publicè deferebantur, solum postulabat, vt quo die mortẽ cum vita commutaret, pueris, qui disciplinis & artibus operam darent; permitteretur otiari & ludere, sentiens ingenia assiduo labore frangi, refocillatione autẽ & recreatione ad nouos labores instaurari. (*Plut.*) Relaxationibus vtendum ceu medicamẽtis, vt vegetiores reddantur animi ad solita negocia. Si autẽ exercitia sint immaniora, corpora declinant, languent, deformantur, & augmentatio impeditur: quia spiritibus labore nimio exhaustis, franguntur vires, extenuantur partes, truncus totius corporis exarescit.

Dio lib. 52. *Tac.* 2 *hist. Cic.* 1 *de Offic.*

1. *Scæuola*, cùm à forensi labore esset fessus, pilæ ludo se aliquantulum instaurabat. *Cic. de clar. Orat. Val. lib.* 8. *c.* 8.

2. *Dionysius* Tyrannus & *Alexander* Magnus pila & folliculo summopere delectabantur. Ael. 3. *cap.* 20.

3. AEgyptij ciuibus suis interdicebant aleæ lusu, vsque adeò, vt aleator omnibus accusare volentibus obnoxius esset, nec talioni subiaceret accusator. *Diod. Sic.*

4. *Albertus Imp.* dicere solebat: Venationem virilem esse, saltationem muliebrem: seque voluntate quauis alia carere posse, venatione non posse. *AEneas Sylu. 4. de reb. Alphons.* Vt & aliunde Imp. frequenter dicebat: Malle se febri teneri, quàm saltationi operam dare. Fridericus tribuit hanc vocem.

5. *Arcadæ* volebant non solùm pueros, sed iam adolescentes, & iuuenes vsque ad 30. annos in Musica exerceri, homines alioqui vitæ difficilis, & austeræ. *Polyb. 4. hist.*

6. *Achilles* feruidam animi iracundiam, quippe inflammabatur, harmonia solùm compescit & *Alexander Magnus* citharam laxamenti causa sumpsit.

7. *Romani*, quia Scenam, seu ludos Scenicos (turpes) probro ducebant, Comœdos non modo honore ciuium reliquorum carere; sed etiam tribu moueri notatione Censoria voluerunt. *Augustin. 2. de Ciuit. cap. 13.*

8. *Philippus Augustus Galliarũ Rex* Comœdos, mos, & eiusmodi impuros nebulones vbique terminabat. Nam histrionũ impudicissimi mores (ait *Lactant. lib. 6. 20.*) quid aliud, nisi libidines docent? *Francisc. Petrarcha* inquit: *lib. 1. de rem.* Ad summam hoc teneas velim, pudicitiam in iaculis sæpe stratam, semper impulsam vel

mus, & multarum ibi fama perijt pudorque, multæ inde domum impudicæ, plures ambiguæ redière; castior autem nulla.

9. *Lacedæmonij, Cretenses, & Persæ* maximam in venatione curam ponebant: quia similitudinem quandam cum arte militari tenet: (*vt Xenoph. dicit lib.* 1. *Cyr.*) dũ enim membra laboribus assuefacit; dum locorũ ingenia edisce it; dum saltus pererrat, & excutit cubilibus feras; dum æstum, frigus, famem quandoque perfert, bellicæ artis rudimenta capit.

10. *Iustiniani* Constitutione omnibus Rom Imperio subiectis aleæ ludus prohibetur, negata insuper actione victori; imò & victo facultate cõcessa, pecuniam amissam condicendi, neque vlla obstet præscriptio, nisi annorum 50. *l. aleæ rum vsu, C. de aleæ lusu & aleat.*

11. Ob aleæ lusum Magistratus apud alios incidunt in contemptum. Nam licet *Augustus Cæsar* in oculis esset ciuium Rom. tamen quòd plus æquo indulgeret aleæ, hoc scommate notabatur, *apud Suet. c.* 71.

Postquam bis classe victus naues perdidit,
Aliquando vt vincat, ludit assiduè aleam.

Optima exercitatio est conuersatio eruditorum.

SIGNVM XIV.

LVSTRARE, ET PERAGRANDO VISITARE Prouincias & vrbes suas, nec non subditorum mores & ingenia probè cognoscere.

EXpedit Magistratus cognoscere rerum suarum statum, & quantæ vires suæ sint oculis

cernere, vt Ratiocinarium suarum rerum cōscri-
bere, Remp. nosse, & fraudibus gubernatorum
occurrere possint. Expedit eosdem nosse naturam
subditorum. Nam rectè ait Martial.

Principis est virtus maxima, nosse suos.

Hinc Plut. *lib. Pol. ad Traian.* inquit: Vir ciuilis
& Remp. tractare incipiens, tamdiu ciuium mo-
ribus consentaneè viuat, & se ad eorum naturam
accommodet, atq; scitè cōsectetur ea, quibus po-
pulus solet delectari, donec opinione virtutis
fide iam comparata auctoritati inniti possit.

1. *Augustus Cæsar* Prouincias, quæ Proconsulari
imperio regebantur, persæpe adijt, vt videret,
quo in statu res essent, neue fortassis Proconsules
potestate sibi tradita in dedecus & odium suum
abuterentur. *Suet. c.* 47. Et Codice separato ma-
pria manu scripsit instrumentum, seu, vt vulgo
loquitur, Statū rerum, quo publicæ actiones illu-
striū Virorum nomina, reditus publici, &c. quæ
per indicē continebantur. Veteres Breuiarium
Imperij nuncupabant. *Suet. c. vlt.* eo cōplexus est
quantum militum vbiq; sub signis esset, quantum
pecuniæ in AErario & Fiscis, &c. (ita occurrere
fraudibus Quæstorum.) *Vide Dion. lib.* 53.

2. *Tiberius*, eius priuignus & successor, cum
percensere solebat numerum Legionum, & quæ
Prouincias tutarentur, vt vires suas cognoscere
ipse, (non per vicarios.) Tac. 4. Annal.

3. *Traianus Cæsar*, velocissimi solis more, omnia
inuisere, omnia audire, & vndecunq; inuocatus
statim veluti Numen adesse, & assistere solebat.

† Plin. Paneg.

4. *Persarum Reges* omnes vniuersæ suæ ditionis
Prouincias obibant, & lustrabant, quò si quæ quæ
Regiā desiderarent, eis Rex adesset, continuoque

res componeret, & stabiliret. Motus populi per internuntios cohiberi non possunt. Nam, vt Tac. 3. hist. ait, *ex distantibus terrarum spatijs consilia non res afferuntur.* Vt Luna (aiebat Princeps quidã) præcipuè mouet inferiora, non quòd efficacior; sed quòd vicinior: ita multum habet momenti, ad motus belli sedandos vicinitas Regis.

5. *Carolus V.* sæpe ex Hispanijs ad Flandros, & Germanos aduolauit, vt internos populi motus aut seditiones, vel penitus tolleret, vel certè mitigaret. Dictum fortassis Ferdinãdi Regis Castellæ & legionis imbiberat: Principis internuntios instar oculorũ Principum esse: sed væ illi Principi, cui[us] oculi sic caligãt, vt aliorũ oculis indigeat.

6. *Alexander Seuerus* milites suos, qui vbique erãt, sciebat: quia in cubiculo habebat Breuiariũ, numerum complectens, & tempora militantiũ, semperq; cùm solus esset & rationes eorũ, & numerum, & dignitates, & stipendia recensebat, vt esset ad omnia instructissimus. *Lamprid.*

7. Cùm *Rex Assuerus* noctem quãdam insomnẽ duceret, iussit sibi adferri historias & Annales priorum temporum: quæ cùm illo præsente legerentur, ventumq; esset ad illum locum, in quo scriptũ erat, quomodo Mardochæus Iudæus insidias Eunuchorum, Regẽ Assuerũ iugulare cupientiũ, nuntiasset, percunctatus Rex, quid pro hac fide honoris & præmij Mardochęus consequutus esset, intellexissetque à ministris, nihil omnino mercedis accepisse, illũ honorari, & omnib[us] Regu Proceribus præponi iussit, neq; passus est tanti beneficiũ sine præmio relinqui: cuius beneficij haud dubiè immemor fuisset, nisi cõtulisset se ad scripturij sui Rationariũ, seu Annales, qui memoriã illi

illi renouârunt obliterati beneficij: cuius remu-
nerationem vt Mardochęus acciperet, plurimum
Regis intererat. *Esth. 6.*

8. *Constantinus*, *Leonis* Imp. *Constantinop.* filius
Rationarium sui Imperij scripsit, in quo foedera
hostium vires, & summa totius Imperij comme-
batur: quem librum Veneti diligentissimè asser-
uant. *Girald. hist. Poët. Dial. 5.*

9. *Carolus* VI. *Galliæ Rex* Regni Prouinciali-
ginquiores adiuit (inquit Frossardus *lib. 3. nouæ*
Gall.) tandē in Prouinciam, & finitima loca pe-
uenit. Ibi grauissimas querimonias audit de pa-
truo suo Berriæ Principe, qui supra modum ex-
pilatis miserorum bonis, ad summam propè de-
sperationem eos adegerat. Erat ibi videre quo-
die supplices libellos plurimorum, de fraude, in-
iuria, vi, proscriptionibus, atque rapinis con-
rentium. Regem vehementer commouit pro-
miseria, & ideo statuendi exempli caussa, quo-
dam Berriæ Principis patrui sui Quæstores, in
locis primùm grauiter ab omnibus accusatos,
propter expilationes, viuum exuri præcepit, qua-
tumuis intercedente per litteras ac deprecatio-
Berrio, quem postea Rex iter prosequens, in sa-
mitatu suo adesse vetuit.

10. Anno 1602. cùm *Henricus* IV. *Galliæ Rex*
audiret, Pictones varijs in locis agitare sedi-
nes, quòd tributis ab Quæstoribus prægrauan-
tur, iter ad eos suscepit, moxque effecit, vt omni-
nes animorum motus sua præsentia exstingu-
rentur, nedum sedarentur.

Prou. 20. *Rex sedens in solio dissipat omnem ma-*
lum intuitu suo.

SIGNVM XV.

MAGIAM MALEFICAM exstirpare.

TIberius Imperator Romæ, inter alia laudatissima Edicta, quæ promulgauit, vt de veste serica non vtenda, neque vasis aureis, nisi in sacris, aliud addidit aduersus Magos & quoslibet diuinationes exercentes: (*vide Theatrum Vindict. Druin.*) quos omnes seueriſſimo Edicto exagitauit. Cauſſam eius legis ferendæ narrat *Dio lib. 57.* his verbis: Etſi Thraſillo aſſiduè vtebatur, ac ſingulis diebus vaticinia accipiebat Tiberius, tamen re accuratè conſiderata, cùm aliquando per ſomnum iuſſus eſſet cuidam argentum dare, hominem interemit, quòd intelligebat per Magicam artem dæmonem immiſſum fuiſſe: reliquos omnes Aſtrologos, Magos, aut quicunque aliquopiam modo diuinationes exercerent, exteros neuuit: ciues (qui, etiamnum neglecto priore Edicto, quo prohibitum fuerat, vſu harum artium omnibus, qui in Vrbe eſſent, tractare eiuſmodi res deferrentur,) extorres egit: qui verò deſtitiſſent, impunitatem conſequebantur. Meminit eiuſdem Sanctionis *Plinius Nat. hiſt. lib. 30. c. 1.* vt conſideratione ſit dignum, adueniente Chriſto in mundum, Magos ex Oriente venientes, ipſum Dominum cognouiſſe, & adoraſſe: dæmones in AEgypto perterrefactos, Roma, itemque ab Italia Magos expulſos, & in eoſdem ſeueriſſimè lege actũ eſſe: venerat enim in Orbẽ ille, qui aduerſus dæmones bellum indiceret, eorumque vires infringeret, & ſub eodem Imperatore Crucem perferendo,

rendo, sibi cuncta subijceret. *Vide etiam Annal. Taciti lib. 2. & Cæs. Baron. Tom. 1.*

SIGNVM XVI.

Magistratũ libenter deponere.

MAGISTRATV COMMVNI CERto tempore haud grauatè abire.

COmmunem Magistratum ita verti exoptant Philosophi, vt statis temporibus hi munus ineant, alij deponant; hi inaugurentur, alij se abdicent, seu fasces sui imperij abijciant.

1. Vt ciues stimulis honoris ad virtutis studium alacrius incitentur. Nam Deus in libera ciuitate prẹmiũ virtutis quasi in stadio palmam omnibus proposuit, cuius spe sublata, quis curret? quis laborabit? Certè vt honos artes, ita spes dignitatis ciues studiosos alit, qui accessum ad Reip. quotidie suis factis quærunt & demerentur.

Spes ciuium præmium virtutis, & honoris participatio.

2. Vt ciues consilij & Magistratus pro meritis virtutis participes fiant. Hinc Romani à rastro ad Senatum, à cespite ad solium dignitatis plurimos euehere & promouere solebant. 3. quia iustitia ideo lances Reip. tenet, vt dignitates ciuitatis vni perpetuas, sed singulis promeritas distribuat, ac partiatur: quod certè fieri non potest, si omnes Magistratus perpetui creentur. Fieri non potest sine ciuium iniuria, vnus vt semper sedeat ad gubernacula, alij sentinam exhauriant. Quod ergo ille de militibus in bello, id hi de Magistratibus in pace dicunt.

Arist. 2. Pol. c. 1.

Magistratus ambulatorij.

Succedant, seruentq; vices.

Cauendum tamen præcipiunt in ista vicissitudine, vt saturis famelici, (in aurea messe ciuitatis,) expertis rudes, & imperiti; iustis, & sapientibus

ibus viris carnifices, & sutores non surrogentur. Regij autem Magistratus æternitatem commendant, ne fiat seditio, & ne noui culices, acrius mordētes, ad cadauera oppressorum ciuium adolent; seu, ne alij rapaces vultures, diffidentes tempori, temporis quasi falce ciues iam laborantes vulnerent.

Tiberius Cæsar cùm ab amicis interrogaretur; cur non tam facile Magistratus & Præfecturas suas mutaret? respondit, se data hoc opera semper fecisse. Natura enim omnes, qui administrationi rerum præsint, pecuniæ esse cupidos, plurimumq; studij ad rem magis magisq; augendam eos collocare. Cæterùm, si diutius in Magistratu versentur, segniores ad quæstum faciendum fiēt. Muscas enim si diutius corporum vlceribus inhæreant, minus graues & molestas fieri; quippe sanie vlcerum ad satietatem vsque refertas: & eam, qui vlceribus scateat, durius acceptum affectumque iri, si saturis iam repulsis, famelicas illas ad vulnera admittere velit. *Niceph. li. 1. c. 17.*

SIGNVM XVII.

Magnanimum esse.

MAGNANIMVM ESSE.

MAgnam fortunam magnus decet animus, qui iniurias superet despiciendo, & spernendo. (*Seneca 1. de Clem.*) famam tamen non contemnendo. (*Tac. 4. Annal.*) *Vide de Fortitud.*

Sic *Antigonus Maced. Rex*, cùm ad Regiam dignitatē recens ascēdisset, idq; grauatè ferret, stomachareturq; populus, ipse virtute & conscientia fretus, in populi cōspectu diadema sceptrūq; posuit, atq; palàm monuit, ve si aliū quempiam se

Regno

Regno digniorem inuenirent, ad eum ex ad-
trio diadema sceptrumque deferrent. Qua ani-
magnitudine atque fiducia populi animum
mouit, vt vltro omnes ad capessendum
Regnum hortarentur, quod ipse constanter
nuit, nisi ante de seditionis auctoribus
cium sumeretur. *Stob. ser.* 47.

2. Etsi *Ferdinandi Arragonij* II. *Neapolitani*
gis res bello attritæ, & tantùm non desperat
sent, nunquam tamen ad honestissimas pacis
ditiones, quæ illi à *Carolo* VIII. *Francorum*
proponebantur, modò Regis nomine se spo
vellet, & iuribus suis renuntiare, attendere
luit; quin fortiter & viriliter omnia tolera
vsque eò obdurauit, dum conuerso rerum
Regnum auitum ingenti cum gloria armis
perauit. Non cessit ille nouercanti fortunæ
fortiter restitit, sciens infirmi ingenij esse
aliquo summæ rei diffidere, cùm exiguis
tis subitò inclinentur omnia, quæ in bello
tur. (*Egesippus lib. 4. cap.* 11.) Rectè Diogenes
Laërtium: δεῖ ἀντιθέναι τύχῃ θάρσος: o
obijcere fortunæ confidentiam, &c. *Gaur*
lib. 2. & 3.

3. Cùm *Balthasar* circumsideretur, splen
quadam nocte conuiuium omnibus suis Reg
trapis & Regulis, qui ipsi subsidio venerant
rissimisque copiarum Præfectis parare de
vt Persæ Medique, à quibus circumsid
derent, quàm parui arctam illam obsidio
deret. Sic enim viri celsi animi multis
circumuenti occasiones solent vestigare
tandi oblectamenta, vt & suorum animos
ment, & hostes metu perculsi animum

seu: Magni Duces rebus afflictis hilaritatem de industria simulant, vt aduersas res adumbrata lętitia abscondant.

4. *Pyrrhus Rex* cùm Tarenti obsessus, & à Curio Dentato Rom. Duce arctissimè inclusus teneretur, Tribunis suis dixisse perhibetur: Nolite animum despõdere, Commilitones, quos nunquam pusillanimes vidi: nam si corpora nostra Romani circumsident, nos animos illorum obsidemus. Sic enim habetote, eo me esse ingenio, vt quò maiores in angustias ab hominibus redigor, eò liberius lætiusque animus meus euagetur: imò & hoc addo: Si muros Romani euerterunt, animos tamen nobis integros esse scio: & quamuis muros iam, quos illis opponamus, nullos habeamus; tamen Romanis difficilius esse animos Græcorum vincere, quàm saxa Tarentinorum diruere, ostendemus. Lucan.

Audendo magnus tegitur timor.

SIGNVM XVIII.

MANSVETVM ESSE.

Mansuetum esse.

Flavianus Episc. Antiochenus ad Theodosium Imp. paratum vlcisci Atiochenos, quòd Statuas ipsius Theodosij & Placillæ Augustæ, iam biennio ante vita functæ, loco emotas, cum ignominia protraxissent, inter cætera dixit: Non tantum exercitus, & arma, & pecuniæ, & subditorũ multitudo, & alia huiusmodi splendidos facere reges consueuerunt, quantum animi disciplina & mansuetudo. Fertur beatus Constantinus effigiem suam quandoque lapidata, multis ipsum instiganti-

Baron. Anno Christi 324. & 388.

Constantini Magni mansuetudo.

gantibus, ad ſupplicium de auctoribus contumeliæ ſumendum,& dicentibus, quòd omnem ipſius faciem ſaxis conuulneraſſent, manu faciem palpans, & leniter rideus,dixiſſe: Ego verò nuſquam vulnus in fronte factum video; ſanum quidem caput, ſana verò & facies mea. Illi verò reuerìti, & confuſi, ab hoc iniquo ſtitêre conſilio. Et hoc verbum hactenus omnes, nec tantum temporis labefecit, tantus ius ſapientiæ memoriam exſtinxit. Quot non hoc trophæis ſplendidius? multas vrbes condidit, & multos barbaros ſuperauit, ſed minimus illorum nihil: hoc autem verbum que ad præſentem diem canitur, & poſteriſtri, & poſteri illorum omnes idipſum Nec hoc ſolum eſt admirandum quòd verùm etiam quòd laudibus & fauſtis proſequentur,dicenteſque laudabunt,& tes gratè ſuſcipient; nec vlluseſt, qui diens, ſilere poſſit; quin pariter exclamet, lia dicentem laudet, & innumera ipſi vel cto bona precetur. Quòd ſi propter illum bum apud homines tanta potitus eſt gloria apud benignum Deum coronas aſſequetur Flauianus, teſte Chryſoſtomo *Hom. 2. de Antioch.* qui *ibidem* ait:

2. Poſt hanc concionem ſecundis non opbuit (Theodoſius) verbis; ſed vnum ſolum tus eſt verbum, quod ipſum diademate magis ornauit. Quod autem hoc? Et quid rabile & magnum eſt, ſi his, qui nos contumelia affecerunt,iram remittamus hominibus tibus, cùm & ipſi homines ſimus? cùm Dominus in terram deſcendens, & propter

seruus factus, & à beneficio affectis crucifixus, pro crucifixoribus suis Patrem orauerit, dicens: (Luc. 23.) *Ignosce illis : non enim sciunt quid faciunt?* Quid igitur admirabile, si nos conseruis ignoscamus? Idem Flauianus ad Theodosium dicebat: Te Dominum tuum imitari supplico, qui quotidie à nobis contumeliam patiens, non cessat bona sua omnibus ministrare. Antiocheni igitur, Maiestatis rei, indulgentiam consequuti sunt, tanta celeritate, vt qui sub ictu carnificis ingemiscerent, læti tamen Paschale festum peregerint. Theodosius, teste eodem Chrysost. Flauianum inuitum properare, & festinare, coëgit, & se ciuibus exhibere: Noui, inquit, quòd nunc ipsorum sunt animi perturbati, & multę supersunt calamitatis reliquiæ: abi, consolare. Si gubernatorem viderint, nec præteritæ reminiscentur tempestatis; verùm & ipsam tristium memoriam omnem delebunt, &c. Idem *Theodosius*, teste Aurelio Victore, iratsci rebus indignis, sed flecti citò. Vnde modica dilatione emolliebantur aliquãdo seuera præcepta; habuitque à naturæ munere, quod *Augustus* à Philosophiæ Doctore didicerat: qui cùm audisset eum facile cõmoueri, ne asperum aliquid statueret, monuit, vt vbi irasci cœpisset, 24. Græcas litteras memoria recenseret, vt illa concitatio, quæ momenti est, mente aliò traducta, parui temporis interiectu langueseeret. *Baron. Anno Christi* 395.

Vide Trip. Virt.

3. *Theodosiũ Iuniorẽ* nemo vnquã ira incensũ aspexit. Cuidã ex necessarijs aliquãdo sciscitãti, cur nemine, qui intulisset iniuriã, morte ailquãdo multasset, respõdit: Vtinã potius mihi potestas esset eos, qui mortui sũt, ad vitã denuo reuocãdi. *Socr.*

lib.7.cap 22. Baron. Anno 415. Vide de Humilitate, & de Clementia. (Alij hæc tribuunt auo Theodosio *Maiori*, à quo nepos didicit, & imitatione perfecit.) Alteri, (ait idē Socrates,) de eadem re interroganti, dixit: Non magna res est, atque ardua, vt qui homo sit mortem oppetat: sed eum, qui semel obierit, nemo omnino, nisi solus Deus, potest ad vitam reuocare, &c.

4. Solenne erat *Impp. Romanis* igneas præferri prunas, interdiu ardentes; noctu verò lampades in cubiculis accendi; vt ipsis vigilantibus cereis, dormientibus lucernæ arderent. Institutum autem à Romanis fuit, vt oleum, ex olea natum; & cera apum industria parata, ante Principes vrerentur, vt æquè se placidos, ac mites; quàm oleum ex olea natum: æquè vtiles Reip. atque in aliquam apem esse oportere meminissent.

De mansuetudine *Dauidis* vide Chrysost. Hom. 3. *de Dauid & Saul, & in Psalm. 7. & Hom. 4. in Genes.* Basil. *Hom. 11. de Inuidia, & epist. 1. ad Gregor. Nazian.* De mansuetudine *Octauiani* vide Senec. 1. *de Clem. c. 9.*

Imperiosissimum imperium est, imperium blandum. Hinc Ausonius: *Blando vis latet imperio.* Mansuetudine enim nihil est violentius, & quia sæpe monendo, quàm minando proficitur. Claudianus de Consulatu Mallij Theod.

Lene fluit Nilus, sed cunctis amnibus exstat
Vtilior, nullas confessus murmure vires.

S. Chrysost. ait: Oratione molli durissimo confringi.

Frangitur ira grauis, quando est responsio suauis.
Nutritus vento, vento restinguitur ignis:

Lenis

Lenis alit flammas, grandior aura necat.

Nabal duro & contumelioso sermone iram Dauidis accendit, vt iuraret se ipsum cum tota domo funditus perditurum. Abigail contra placido sermone Dauidem placat.

Sint ergo in Magistratu leonini mores, hoc est, generosi & iusti. Leo enim est animal generosum & iustum: hostem contumacem vngue, dente, cauda inuadit; at in ouem mortuam, & iacentem desæuire non contendit. Hinc Reges Leonibus comparantur, Tyranni lupis ac tigribus.

SIGNVM XIX.

MEDITARI MORTEM, ALIAQVE ad salutem pertinentia.

Meditari res salutares.

1. *Seuerus Imp.* (auctore Dione Nicæo) vrnam sibi parari voluit, in qua sepeliretur, (cineres prisco illo more reconderentur:) quam crebrò manibus contrectans, dicebat: *Tu virum capies, quem totus Orbis capere non potuit*: idque fecit, vt memoriam mortis retineret. *Sola* enim *mors fatetur, quantula sint hominum corpuscula.*

2. *Carolum V. Imp.* sæpe dixisse ferunt, se, abdicato Regno, in sua ista solitudine, (D. Iusti Cœnobio,) è quieta vnius diei meditatione, plus solidæ voluptatis, quàm ex omnibus victorijs & triumphis hausisse. *Vide Signum 33. part. 1.*

3. *Maximilianus* is, qui matrimonio Mariæ Burgundiæ Caroli, cognomento & re Audacis filiæ iunctus, biennio (al. triennio) toto ante mortem (& ætas adhuc bona, & valetudo erant) capulum *Sapientiß. factum Maximi. 1. Austriaci.*

p lum è plumbo & querno ligno funebrem ar-
cæ ligneæ viatoriæ inclusum circumferri secum
quaqua iret, & in dormitorio semper cubiculo
deponi curauit. Thesaurum ignari censebant o-
culi, & erat: sed Philosophię, cuius studium vete-
res definierunt meditationem mortis esse.

4. *M. Aurelius imp.* epist. ad nepotem suum: Sic
magnis & fructiferis arboribus stolonum fru-
cticatio signum est, amputandos esse ramorum
dos: ita infantiũ in familia natiuitas parentũ au-
rumq; ad sepulturam citatio est. Cui dulcissima
vita est, eius fores repente mors ingreditur, &
contra, qui maximè mortẽ auersatur; ab eo, ne
præmonito quidem, vita aufugit. Mihi si daretur
optio vitæ in vnum diem, securitatem omnibus
totius Orbis opib⁹ anteferrẽ. Quid enim prodest
de augendo honore, diuitijsq; laborare, cùm sin-
guli diebus singulis vitæ decedant dies? Et epist.
ad Cincinatũ amicum: Necesse tandẽ est vitæ tu-
ius pomũ à carnis miseræ arbore auelli. Sæpe enim
in folijs, aut floribus iuuentæ morbi pruina, aut
calamitatis grando aufert, ne cùm viuos noscu-
bitu surrecturos *remur, in æternam claudam*
lumina noctem. Laboriosa, sumptuosa, inextricabi-
lis & prolixa textu tela est; sed vt multis die-
bus detexitur, ita puncto temporis abrumpitur.
Ita M. Aurel. de Morte.

Idem *epist. ad Domitiam* probat exẽplis, eam
vitæ partem periculosissimam esse, quam intra
securissimã facit. Hercules amicæ manu occisus
Agamemnon domi suę noctu trucidatus est: Ale-
xãder veneni haustu exiguo perimitur: Pompe-
ius Magnus ab amico Ptolemæo interficitur: Ju-
lius Cæsar, qui 52. prælijs vinci nõ potuit, 23 pu-

gis in Curia cõfossus est: Bibulus, dum curru per Vrbem inuehitur triumphali, tegula delapsa caput illi elidit, atque ita vana illa gloria finem illi vitæ attulit.

Refert Maiolus *in Diebus canic. sub finem p.* 1. adolescentem quendam mortis effigiem spectandam sibi in cubiculo quaquauersus appendisse, & quidē hoc carmen conscripsisse: *Viuens sæpe more, vt mortuꝰ sēper viuas.* altera verò cubiculi facie hoc sub mortis simulachro carmē subiecisse:

Ne mora, opus est mortem præcurrere morte.

Alio deinde cubiculi latere eidem simulachro hoc carmen adiecisse:

Semina nequitiæ languidiora facit.
Felices animæ, quibus hæc cognoscere primùm,
Inq; domos superas scandere cura fuit.

Illud Richardi de Mariſco, Episcopi Dunelmensis Epitaphium nostris obuersetur animis:

Culmina qui cupitis, laudes, pompasq; fititis:
Est sedata sitis, si me pensare velitis.
Qui populos regitis memores super omnia sitis:
Quòd mors immitis non parcit honore potitis.
Vobis Præpositis similis fueram, bene scitis,
Quod sum, vos eritis: ad me currendo venitis.

Vtinam omnes Christiani Magistratus interdum mundi nugamentis relictis, ad pedes Christi conquiescerent, Ambrosiam cæli degustarent, & mortem, aliaque hominis nouissima sibi ob oculos ponerent.

SIGNVM XX.

MENDACIVM DETESTARI.

Mendacium execrari.

MEndacium reddit eos, qui ad clauū Reip. sedent, viles, & parui valoris, vt & moneta falsa, opprobrium est hominum.

1. Hinc ex eius collo, qui inter *AEgyptios* Iudices primum obtinebat locum, Numinis imago pendebat, gemmis & auro confecta, quod Numen ipsi veritatem nuncupabant. Hoc signo ostendebant, Iudicis cordi oriq́ue veritatem inesse semper debere. *AElian. lib. 14. & Diod. Sic.*

2. *Epaminondas Thebanorum* Princeps tam seuerus veritatis cultor fuit, vt ne ioco quidem vnquam mentitus sit. *Alex. lib. 9. c. 10. AEmil. Prob.*

3. *T. Pomponius*, Eques Romanus (ob linguam Atticus dictus) mendacium nec ipse dicebat, nec pati poterat. Quapropter omnes ei res suas tanti curandas certatim dabant, consiliumq́ue ab eo de Rep. deq́ue rebus magnis petebant. *Cornel. Nepos.*

4. *Persæ* per omnes ætatis gradus illud prae puè suis inculcabant filijs, vt fugientes mendacium, vera semper loquerentur. Duo pro gravibus peccatis habebant, debere, & mentiri. Qui enim sunt obærati sæpius mentiuntur. *Alex. lib. c. 25. Herod. lib. 1.*

5. *Rex Salomon* ait: Prou. 17. *Non decet Principem labium mentiens.*

6. Cic. 3. *de Offic.* negat in bonum virum cadere mentiri emolumenti sui caussa. Rectè ergo Horat.

Hunc odi peius furijs, & dæmone diro,
Qui verbis aliud loquitur, quàm pectore sentit.

Vide de Fide seru. & de Veritate: item Theatrum Vind. diuinæ.

SIGNVM XXI.

MILITVM RAPACES MANVS coërcere.

1. *Carolus Magnus* vetuit, ne quicquam ex agris amicorum, præter herbam, ligna, aquam, à militibus inter proficiscendum attingeretur. *Auentinus lib. 4. Ann. Boiorum. Vide de Disciplina militari.*

2. *Belisarius* Constantinop. cùm ad recuperandam è Gothorum manibus Italiam à Iustiniano missus esset, adeò ab omni maleficio milites continuit, vt cùm iter facerent, quanquam defessi, ad decerpendos fructus, qui in via ab arboribus pendebant, nunquam manum extenderint, neque in opacum locum pabulatum iuerint. Qua re effectum, vt Itali, singulari eius continentia moti, spretis his malis, quæ ab hoste poterant perferre, miro omnium consensu, Belisarij virtutem, parauique eius copias, Gothorum multitudini antepoſuerint.

SIGNVM XXII.

MISERICORDEM ESSE.

Misericordem esse.

1. *Traianus Imp.* postquam cum Decebalo Rege superbissimo Dacorum conflixisset, &

vulneribus suorum ligamenta deessent, propria
vesti non pepercit, quam in lacinias conscissa
sauciatis partitus est. Militibus, qui in ea pugna
conciderant, aras constitui, & annua parentalia
peragi voluit. Decebalũ humi procumbentem
se adorantẽ excepit, & perdifficiles pacis con-
tiones subire coëgit. *Dio.* Idẽ puerorum pau-
rum curam suscepit. *Dio, & Plin. in Paneg.*

2. Constantinus Magnus afflictos longa per-
cutione Christianos in Africa, pecuniis mi-
molestia releuauit, vt datæ ab eo ad Cæcilianum
Carthaginensem Episcopum indicãt litteræ, quæ
extant apud *Euseb. lib.* 10. *cap.* 6. Edidit etiã
Christiano Principe Sanctionẽ, qua parentes in-
piæ (cùm illi filios, quos alere nõ possent, occi-
rent) cùm ex Fiscali, tũ ex priuata pecunia vi-
esse cõsultum. *l.* 1. *de alimentis. Cod. Theod.* Ex-
planè auri copia, ad hæc præstãda, ab ipso fu-
rogata.

Extat (*l.* 2. *de aliment. Cod. Theod.*) ei-
Rescriptũ pro subleuandis pauperibus fame
euntibus eiusmodi: Prouinciales egestate
atq; alimoniæ inopia laborãtes, liberos suos
dere & oppignorare cognouimus. Quisquis
tur huiusmodi reperietur, qui nulla rei fa-
ris substantia fultus est, quiq; liberos suos
ac difficile sustẽtet, per Fiscũ nostrũ, ante
calamitati obnoxius, adiuuetur, ita vt Pro-
les, Pręsidesque, & Rationales, per vniuersam
fricã, habeant potestatẽ, & vniuersis, quos
terint in egestate miserabili constitutos,
necessariã largiantur, atq; ex horreis sub-
protinus tribuant competentem. Ab horre-
à nostris moribus, vt quenquam fame cu-

ad indignum facinus prorumpere concedamus, &c. De eiusdem erga pauperes liberalitate *vide locum de cura pauperum. De pœnis immisericord. vide Theatrum hist.*

3. Macrob. *Sat. lib* 3. in nobilissima Athenarum vrbe templum ait Misericordiæ adeò diligenter custodiri solitum, vt, nisi Senatus consensu & permissu, nemini fas esset ingredi, quoniam ibi statuæ tantùm Principum benigniorum positæ erant, nec alij, nisi viri misericordes, ad orandum intrabant. *Vide Horologium Principum.*

4. Narrant Historici nobilissimam statuam in eo templo fuisse Regis cuiusdam Attici, qui & ditissimus, & liberalissimus, & ante omnia maximè misericors fuerit, quem præter thesauros, quos templis dedit; & pecunias, quas pauperibus distribuit, curam suscepisse aiunt, educandi Athenis omnes orphanos, & alimenta præbendi cunctis viduis.

5. Plutarchus *in Polit.* auctor est, Romanos instituisse, vt epuli aut conuiuij nuptialis vel Triumphalis reliquiæ viduis & orphanis darentur vniuersæ: quæ consuetudo ita Romæ inualuerat, vt si quis diues reliquijs ipse frueretur, eum furti postulare orphanis liceret.

6. In more habebant Principes Persarum, vt non ante mensæ pransuri, vel cœnaturi accumberent, quàm ad Palatiorum portas tubis sonoris magis, quàm suauibus, signum daretur, vt pupilli viduæque omnes illuc concurrerent, quòd lex inter ipsos esset, vt quidquid eduliorum mensis regijs superesset, indigentibus distribueretur.

7. Pha-

7. *Phalaris* Tyrannus *Epist. ad amicum*: Deos testor immortales, nunquam pupillis & viduis fores meas clausas fuisse.

8. Trebellius Pollio, *in vita Claudij Imp.* author est, fœminam pauperrimam & viduam venisse aliquando ad *Claudium Imp.* lacrymis madentem, vt illius opem imploraret, optimum verum Principem misericordia commotum, non solum cum illa comploraſſe, verùm manibus etiam suis lacrymas de facie illius absterſisse. Cumq; multi ex nobilitate Romana circa Imp. essent, quæsiit illorum ita Cæsarem compellasse: Satis est ad Principum Romanorum authoritatem & grauitatem, si iustitiam petentes subditos audiant, etiam si lacrymas de facie illorum manibus suis exsiccét. Cui respõdens Claudius: Bonos, inquit, Principes eo nequaquam contentos esse debere, ut nihilo amplius quàm iusti Iudices faciant, nisi in exercenda iustitia misericordes etiam exhibeantur. Sæpe enim adeuntibus Principes maiori benevolentia, quam præ se ferunt; quàm iustitia, quam illis administrant, satisfaciunt. Et paulò post ait: Quod imminuendæ Principis authoritatis & grauitatis esse ais, si cum vidua misera comploret Princeps, suisque illius faciem manibus abstergat, malle me respondeo angoris subditorum participem, quàm vt oculos lacrymis plenos habeant authorem esse. (Misereantur pauperum, qui sibi volunt parcere Christum. Ioan.) (Melius est nudum Christum vestire, quàm adulatoribus vestes dando peccatum incurrere.) (Qui dat, vt habeas; mandat, vt tribuas.)

9. *Alexandrum Magnum* celebrant Plutarchus & Q. Curtius, quòd tam humanè tractauit Darij Reginæ

regis, à se penitus victi coniugem & liberos, eámque clementiam ita extollunt, vt fermè eandem Alexandro gloriam ob pietatem in liberos, quàm ob victoriam de patre tribuant. Darius cognita Alexandri hac clementia, missis Legatis, gratulantes ei de præteritis gratias agi iussit, atque etiam deinceps etiam faceret rogari: posse enim fieri, vt Deorum & Fortunæ indignatione aduersa se mitigata, parem ipsi gratiam referret. Verùm Alexander Legatos cum hoc responso redeuntes, renuntiarent Dario: Gratiarum actionem de hoste, pro benignitate & beneuolentia mulieribus captiuis præstita, superuacaneam esse: neque enim se, vel, quia Darius sibi amicus foret, ita facturum; vel, quia hostis esset, idem præmissurum fuisse. Sed ideo feciisse, vt Principis tàm in parte generosi officio fungeretur: vtendum enim clementia erga mulieres, quæ nil nisi fleré nossent; vtendum animi magnitudine aduersus Principes, qui tantùm bellare didicissent.

Antoninus Imp. cognomen *Pij* sibi peperit, quia nihil aliud nouerat, quàm pater esse pupillorum: nec vlla re magis gloriabatur, quàm quòd patronus esset viduarum: ipsemet enim audiuisse & iudicasse legitur pupillorum cõtrouersias, querimonias, Palatijque fores egenis & viduis apertas semper habuisse, cùm ianitorum, quibus in Palatio vtebatur, munus esset, non ingressu prohibere tenuiores, sed accessu arcere locupletes. Frequenter hæc verba vsurpabat: Decere Principes bonos & generosos orbis & viduis viscera semper aperta habere, vt illis opitulentur; & portas nunquam claudere, vt illos audiant.

diant. Apollinem enim dixisse, nunquam permissuros Deos, vt Principi, qui in iudicandis negotijs pauperum non fuerit diligens, promptè obediatur à ditioribus.

SIGNVM XXIII.

Missam audire.

QVOTIDIE, SI FIERI POSSIT, sacros. & augustiss. Sacrificium Missæ audire.

MIssæ Sacrificio, 1. non solùm aguntur, sed etiam referuntur gratiæ Deo, pro beneficijs ab ipsius bonitate acceptis: 2. remittuntur venialia peccata: 3. impetratur gratia ad mortem eũ dolore confitenda, & in posterũ vitanda: datur gratia rectè viuendi, confertur auxilium viuis omnibus, atq; defunctis. 5. Adhæc, solet Dominus in temporalibus rebus illi magis fauere, qui videt ante omnia spiritualiũ rerũ, & diuini honoris curam gerere. 6. Et sicut parẽti grãtum est, vt manè summo ante omnia à filio visatur, & salutetur: ita gratũ est Christo, vt quotidie in sacro Missę Officio eũ videas, adores, atq; salutes. (Pœnas hoc iuge Noui Testamẽ. Sacrificiũ contemptiũ, vide in Theatro Vind. Diu.) 7. Præterea sicut in Veteri Lege aspect⁹ Serpẽtis æneꝰ sanitatem ferebat vulneratis: & in Nouo Testamento vmbra Petri curabat ægrotos: ita dubium non est, quin Christi Corpus, dũ in Missæ Sacrificio quotidie deuotè cõspicitur, magnã vim ad curandas animæ habeat. (Vide Manuale Sedul.) 8. Demum in hoc Sacrificio non solùm offertur Deo Pater à Sacerdote, & à præsentib⁹ Christi Corpus & Sanguis in verum Sacrificiũ pro sua salute; sed quoq;

dò adsunt, digneq; se parant, spiritualiter Corpore Domini reficiuntur, vt membra, per os Sacerdotis: imò, vt in cella vinaria, nouis vinis repleta, solus aër odore infectus inebriat; ita in loco vbi hoc Sacrificium offertur, tanta est gratiæ copia, vt non solùm ex eo dæmones pellat, sed etiam præsentes consolatione perfundat.

Spiritualis refectio datur ministrantibus Mensæ huius Regis.

2. *Eduardus* Angliæ, 2. *Ludouicus* Galliæ Reges sanctissimi, & alij cõplures, fructu Sacrificij huius cognito, nullam sibi illius quotidie audiendi occasionem patiebantur elabi. (Præmia Missam in honore habentium, vide in Triumpho Virt.)

3. *S. Elzearius* Comes non modò quotidie Sacro intererat, sed etiam familiam suam vniuersam curabat vnam ad minimum Missam, nullo vnquam intermisso die, integram audire.

4. *S. Wenceslaus Boëmorum Rex*, non contentus vno Sacrificio Missæ quotidie præsto adesse; sed etiam messis & vindemiæ tempore, oblitus quasi dignitatis suæ, metebat, & vindemiabat, quæ pro Sacrificio Sacerdotum manibus offerret.

SIGNVM XXIV.

MODESTIAM IN OMNI actione præ se ferre.

Modestum esse.

VT in mediocribus (ait Cassiod. *epist. 44. var. 1.*) iactantia est odiosa, ita in Magistratu modestia & humilitas est gloriosa: quia, teste Seneca *epist. 121.* maximum argumentum est animi ab honori venientis sede, si hæc, in quibus versatur, humilia iudicat. Et, teste S. Chrysostomo, *Hom. 3. in cap. 1. Matth.* sublimium maxima gloria est, quam maxime se submittere.

Est

Est autem Magistratui modestia seruanda in omni actione. 1. *in vultu ac gestu*, eos intra orbitam decoris continendo. Syr. 19. *Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu facies cognoscitur sensatus.* & Ambrosius, 1. *de Offic. cap.* 18. Est in ipso motu, gestu, incessu, tenenda verecundia: habitus enim mentis in corporis statu cognoscitur. Paulus Iouius: *Ludouicus Sfortia* adeò compositis erat moribus, vt à rudibus rusticanisque, qui eum nunquam vidissent, pari inter multos cultu, & ipse sine comitatu, vti omnium Princeps, atque Imperator salutaretur.

2. *In sermone*, qui erit grauis, coctus, & breuis, seu restrictus. Hinc Ambrosius, 1. *de Offic. cap.* Sit grauitas in sensu, in sermone pondus, atque in verbis modus. Seneca *epist.* 40. Quemadmodum sapienti viro incessus modestior conuenit, ita oratio pressa, non audax. Cassiod. 10. *Var.* 4. Hinc et regalis virtus, celerius necessaria sentire, solutius in verba prorumpere.

1. Dicendi breuitas *Pisistrato* Athenienſi fuit grata est ad promerendam ciuium gratiam, et ea quidem imperium assequutus dicitur. F. Patric. *ex Plut.*

2. *Menelaum* dicendo dulcem fuisse, tradit Homerus, sed pauca loquentem inducit. *Ibid.*

3. *Theodoricus Rex Gothorum*, intromissorum tium legationibus, audiebat plurima, respondebat pauca. *Sidon. Apoll. lib. 1. epist. 2.* Demetrius Phalereus, 1. *de Elocut.* ait: Præcepta, & sententiæ, quæ Principi conueniunt, breuibus formantur verbis: preces autem, quæ humilioribus, verbosæ & longæ esse debent.

Cur breuitas dicēdi Magistratui cōueniat.

3. *In omni externo apparatu, & cultu*: in ingressu,

& comitatu, victu, habitu. B. Anſelmus in Moraſtichis:

Μείζων ὅσσῳ ἔσῃ, τόσσῳ μετριώτερος ἴσθι.

Quanto maior eris, tanto moderatior eſto.

1. *Traianus Imp.* ita domo progrediebatur, vt illam nullus apparatus arrogantiæ principalis, nullus præcurſorum tumultus detineret, nemo perturbabatur, nemo ſubmouebatur (à lictoribus) tanta viatoribus quies, tantus pudor Faſcibus, vt plerumque aliena turba (alicuius Magiſtratus) ſubſiſtere Principem cogeret: ipſius quidem officium (ipſi comitantes) tam modicum, iam temperatum, vt antiquus aliquiſq; magnus Conſul ſub bono Principe incedere videbatur. Plin. *Paneg.*

2. Cicero, *ad Q. Frat. epiſt.* 1. ſcribit: Sit lictor mitiſſues, & tuæ lenitatis apparitor, maioraque præferant faſces illi ac ſecures dignitatis inſignia, quàm poteſtatis.

3. *Dio Syracuſanus*, iam rerum potitus, nec mē ſam, nec veſtem mutauit; ſed eodem habitu, victuque contentus, quo vtebatur, cùm in Academia cum Platone, & condiſcipulis verſaretur; Platonis monitum ſequutus, ad eum hunc in modum ſcribentis: Eum exiſtimare oportere, ſe ab omnibus probari, & à viris ſolùm, qui in Academia verſantur, probaretur, quando illi non fortunam, non victoriam, non audaciam admirarentur; ſed virum, qui in magnā rerum amplitudine per honeſtatem, temperantiam, modeſtiam, iuſtitiamque proſpera fortuna vti ſciret. *Bruſon. Stob. in Serm.* Claudian. 6. Hon.

Publicus hinc ardeſcit amor, cùm moribus æquis

Inclinat populo regale modestia culmen.

4. Cùm *Alexander Seuerus* humili vestitu contentus sępe incederet, & ob id identidem ab auditis suis reprehenderetur, respondit: *Imperatoriā Maiestatem constare virtute, non corporis cultu.* Bruson. lib.3.cap.13.

5. *Thymoleon Dux* hoc nomine maximè prædicatur, quòd nihil vnquā neq; insolés, neq; gloriosum ex ore eius exierit. Cùm suas laudes audiret prædicari, nunquā aliud dixit, quā se in ea re maximas Dijs gratias agere atq; habere, quòd cùm Siciliam recreare constituissent, tum se potissimum Ducem esse voluissent. *Probus.*

6. Cùm *Augustus Cæsar* ex Græcia rediret, noctu Vrbem ingressus est, ne obuiā venire volentibus molestus esset. Vel, vt Suetonius, *cap.* 53. [illegible] quem officij caussa inquietaret. *Vide de Humilitate, & de Adulatione.* Idē deferenti S.P.Q.R. pecuniam, vel imagines faciendas, nullam sibi sed Saluti publicæ, Cōcordiæ, Paci posuit. *Dio lib.* [illegible]

7. Cùm *Caio Mario* Consuli Rom. duplex Triumphus decerneretur, noluit solus triumphare: sed gloriam suam cum collega Catulo partitus est, quanquam minus dignus ille à populo Romano iudicaretur. *Plut.*

8. *Vespasianus* adeò nihil ornamētorum extrinsecus cupidè appetiuit, vt Triumphi die fatigatus tarditate & tædio pompæ, non reticuerit, meriò se plecti, qui Triumphum, quasi aut debitum maioribus suis, aut speratum vnquam sibi, tam ineptè senex concupisset. Ac ne Tribunitiam quidem Potestatem, & Patris patriæ appellationem, nisi serò recepit.

9. Quamdiu *Pomponius Atticus* in Prouincia fuit,

tia, ne qua sibi Statua poneretur, restitit: quanquam absens prohibere nō potuit. *Cornelius Nepos.*

2. P. *Africanus* Statuas triumphali ornatu inductas, continuum Cōsulatum, perpetuam Dictaturam nequaquam admisit: & penè tantum in recusandis honoribus se gessit, quantum gesserat in emerendis. *Valer. Maxim. lib. 4. c. 1.*

3. *Imp. Nerua* omnino recusauit, ne sibi Statuæ ex auro & argento constituerentur. *Dio Cass.*

4. D. *Ludouicus Galliæ Rex*, à suis quondā scissimus, quo titulo dignari & honorari maximè optaret, exemplo illorum Regū, & Imperatorū, qui ab eximia quadā virtute, vel excellēti victoria cognomen quoddā sortiebantur, respondit: Maiorē sibi victoriam obtigisse nullam, quàm in fide sacra de Poissi, cùm sacro Baptismatis lauacro ablut⁹, humani generis hostē fugasset. Hoc cùm ita sit, maiori honore insigniri, & affici non posse, quàm si Ludouicus de Poissi nūcuparetur.† †Caguin.

5. *Iulianus Medicæus* (auctore Iouio *in Vitis Illust.*) extanto tēpore, locorumq; interuallo reductus in Remp. Florentinā, primùm non in Medicæas ædes, sed in Albicianam se contulit: deinde regulari humanitate & modestia *Domini* & *Magistri* nomen repudiauit, seq; ciuē omniū æquissimum, atq; omnium fratrem esse professus est: quia nouus Principatus, nutantibus adhuc ciuium animis, necdum stabilitus & firmus erat. *Ambitiosi tituli initio imperij repudiandi.*

6. Cùm *Scipio Africanus* à militibus Hispanis Rex acclamaretur, sibi maximum nomen imperatoris esse respondit: Regium nomen alibi magnum, Romæ intolerandum esse: si quid in homine ingenio amplissimum ducerent, tacitè indicarent, vocis vsurpatione abstinerent. *Liu. lib. 27.*

15. *Antoninus* cùm Rhodum insulam vi ac impressione expugnasset, & in ingressu passim salutaretur *Rex* ac *Dominus*. Nec Rex sum, inquit, nec Dominus; sed Regis, ac Domini interfector.

16. *Carolus V. Imp.* non tam verbis, quàm factis singularem modestiam præ se semper tulit. Nam non infrequenter dixit: Quò quisque maior, eò se submissius gerat. *Guil. Zenocarus lib. 4.* Cauã.

SIGNVM XXV.

MONETAM NON TEMere mutare.

1. IOan. Marian. *lib. 3. de Rege cap. 8.* Affligebat *Fridericus Augustus* eo nomine Secundus Fauentiæ in Flaminia, duriſſima hyeme: deerat stipendium pecunia, & milites passim dilabebantur: soluere obsidionem turpe erat & graue, perseuerare difficile. Pecuniam è corio signant, rei nummi valore, qua arte ex ijs angustijs emicuit. Vrbe subdita victor, quod erat pollicitus, centeceos nummos aureis totidem mutauit. Auctor *Collenutius Neapolitanæ historiæ lib. 4.*

2. *Philippus Pulcher Galliæ Rex*, sub mortem non alia causſa, quàm ob depranatam monetam odium populi se sustinere fatetur: ac filio Ludouico Hutino, vt mutaret, postremis verbis mandauit. *Auctor Robertus Gaguinus.* Motus populares & odia non antea conquieuerunt, quàm Enguerrancus Engerranus, tetri consilij auctor, publicè est vindicatus, nobilitate pleraque instigante, vniuerso plaudente populo.

3. Ale-

Henricus eo nomine *VIII. Angliæ Rex*, ex quo Ecclesia recessit, in multa mala præcipitauit. eo numero argenteam pecuniam deprauauit: m quæ vndecimam æris partem admixtam ha-, eò sensim redacta est, vt sextam argenti mo- partem retineret. Veterem pecuniam à Pro- incialibus corrasit, noua & praua pari nume- & pondere mutatam. Siluit populus tantisper, ominis sæuitiam veritus, cui lusus esset ciuium nguis. Eo tamen extincto, ab Eduardo filio est petratum, vt valor eius monetæ ad semissem ecresceret. Isabella etiam rerum potita, Eduar- soror, semissem iterum reliqui valoris detra- it. Sic factum, vt qui quadringentos aureos in ea ecunia obtinebat, dodrante detracto, ad centum ediger etur. Neque in eo restitit malum: pecunia prorsus antiquata est, nullo, qui damnum re- neret; infame latrocinium. Sic Sanderus *lib. 1. de Schismate Anglicano.*

Rarò certè legitima pecunia est mutanda: quia ue rerum commutandarum mensuram, ean- emque permanentem iustitia fecit. *Arist. 1. Pol.* p 6. Cùm Princeps adulterat pecuniam, sequi- r mercium & annonæ caritas.

SIGNVM XXVI.

IN MORBIS CONTAGIOSIS SAlubritates prouidere, & ægros benignè inuisere.

MOs erat *Alphonso Aragonio Siculorum Regi*, quocunque in loco Eucharistiam ferri per-

ſpexiſſet, relicto equo, quo ferebatur, pedibus eã proſequi in locũ, quò perferebatur. Dũ hoc pergit, contigit ſemel in vetulæ domũ ipſum ingredi ſanguinis fluxu laborantis. Cùm autẽ certior factus eſſet, eiuſmodi morbo plurimum Iaſpidem cõferre, miſit ſtatim qui vnum, quẽ habebat, perferret, ipſeq; mulieris manui eum inſeruit. Breui autem liberata anus, cùm poſt aliquot tempus ad Alphonſum veniſſet, gratias pro accepto beneficio actura, excuſauit ſe, quòd Iaſpidẽ non retuliſſet, ne ei daretur vitio, quia ſiniſtro caſu eum amiſerat. Cùm autem qui adſtabant grauiter eam increpaſſent, ſubridens Alphonſus: *Mater*, inquit, *mea, hi, qui valetudinis ſuæ nullam rationẽ habent, mirantur, ſi tu, vt valere poſſis, Iaſpidem retinuiſti.* Fulg. lib. 5. cap. 1 *Vide Signum* 31. Idem cùm militem grauiter vulneratum vidiſſet, ſuo ſudario vulnus eius obligauit. *Panorm. lib. 3. de Alphonſ.*

SIGNVM XXVII.

MORIBVS BONIS ET AMABILIBVS ornatum eſſe.

MAgiſtratus boni eſt, non negligere mori ciuilitatẽ & decorum, in veſtitu, ſermone, victu, alijs. Sicut autẽ hyemi neceſſaria poſſint parari per æſtatem, ita boni mores in ipſa iuuentute ſunt comparandi, & ita quærendum viaticum ad ſenectutem. (*Plut. de educ. lib.*)

Ratio 1. Quemadmodum oculi vitio aliquo laborantes, perperam cernunt: ita anima malè res gerit. (*Plato* 1. *de Rep.*)

2. Et cùm mores doctrinæ non reſpondent, nõ

eſt

et ac si cœnoso puteo purissimam aquam quis fundat, vbi cœnum simul & aquæ puritas conmiscetur. *Lysides* Pythag. Pythagoreorũ Symbolum erat: cibum in metallum non esse inijciendum: hoc est, sermonem bonum in animum hominis improbi, quòd ita corrumpatur, & putrescat, aut in acetum conuertatur.

Adhæc eorum, qui alijs præsunt, errata & vitia, tam iocosa, quàm seria notantur, citius cõspiciuntur, & grauius exaggerantur, propter personæ conditionem. (*Plut. in Præcept. ger. Reip.*)

Minus morati etiam inepti sunt ad conuersationes hominum, haud secus atque vinum austerum potioni neutiquam est accommodatum. Itaque ad cõciliandam hominum beneuolẽtiam nihil bonis & amabilibus moribus accommodatius est.

Ex moribus quoq; signa peti solent de probitate aut improbitate hominis. Gregorius Nazianzenus ominatus est *Iulianum Imp.* aliquando Imperio Romano magnum malum daturum, propter cervicem inflexam, humeros subsultantes, oculos vagos, & furiosè intuentes, pedes instabiles, aures contumaciam & contemptum spirantes, sermonem hærentem, & spiritu concisum. (*Orat. 2. in Iulian. Nicephor. lib. 10. cap. 37.*)

Nec in dicendo gratiam obtinent, nec voti compotes sunt, qui diserti quidem, at non bene morati sunt; propterea quòd mores dicentis potius, quàm verba considerantur. Nec minùs Spartanorum Principes sententiam boni hominis non bene morati alteri dederunt pronuntiandam, cuius spectata erat virtus. *Plut. laudat.*

Quare si quid audiendum, accedunt bene morati Magistratus tanquam ad sacrum conuiuium placidè & tranquillè, vultus quieta & seria constitutione, quæ non modò nullam cõtemptus, aut indignationis; sed nec aliarum curarum & occupationum indicium habet. Veteres in dedicandis templis Mercuriũ Gratijs adiunxerunt, vt obsederent, Orationem benignas & placidas auresq; requirere. Vitant, ne vultus sit parum iucundus, oculi vagi: declinant quoque suffurrum ad alterum, & subrisionem, corporis circumactionem, & somnolentam oscitationem, aut vultus demissionem.

Sciunt esse tempus, quando nihil; & esse tempus, quando aliquid; nullum autem esse tempus, in quo omnia dicenda sint: (*Hugo de disciplina*) & maximè apud eos esse tacendum, qui vitæ & necis potestatem in linguæ acie portant. (*Ammian. Marcell. lib.* 18.) Curt. 4. *de garrul.* ait: Non subibit magnum officium cum laude & vtilitate, tam publica, quàm priuata, cui tacere grause est.

Norunt quæ turpia factu iudicantur, turpia etiam dictu haberi: (*Isocr. ad Demon.*) & curant, vt oratio sit clara, & suauis; nec expressa nimis, nec oppressa; non agrestis, & subrustica; non nimia vel celeritate, vel tarditate laborans.

In incessu curant, vt authoritatis species, pondus grauitatis, vestigium tranquillitatis esse videatur. Curent, ne aut tarditatibus vtantur aegressu mollioribus, vt similes esse videantur paparum ferculis: aut in festinationibus suscipiant nimias celeritates, (pedominarij, id est, pedum pernicitate valentes.) (*Cic. 1. de Offic.*)

§ 16.

SIGNVM XXVIII.

MVNERIBVS DELINIRI, AVT MERide corrumpi non posse: cùm munus acceptum Iudicem excæcet, mutum eum reddat, (Syr. 20.) *quoad famam corrumpat,* (Isaiæ 1.) *seruum dantis,* (1. Cor. 6.) *& ad malum pronum faciat.* (Isaiæ 5. Psalm. 25. Iob 15.)

Muneribus non corrũpi.

1. ALexander Seuerus Imp. palàm edici iussit, ne vllus, qui in Magistratu munera acciperet, aut aliter aliena raperet, coram se appareret: conuictos enim huius sceleris, capite se mulctaturum (nulla hominis alicuius habita ratione) denuntiauit. Idem Vetronium Turrium operam hã, acceptis muneribus, ijs, qui à Cæsare aliquid petere volebant, largè promittentem, sed plerosque inani spe decipientem, palo alligatum fumo necari iussit, cum elogio: *Fumo punitur, qui fumos vendidit.* Iudices rebus necessarijs instruxit, ne largitionibus locus relinqueretur. *Fulgos. lib. 6. cap. 3.*

2. *Traianus Imp.* correptus ab vxore Plotina, quòd calumnijs suorum Procuratorum Prouinciæ diuexarétur, detestari cœpit improbos istos Fisci lienes. Sicut enim crescente in corporibus nostris liene, artus reliqui tabescunt: ita turgente Principis Fisco, reliqua ciuitatis membra marcescunt, & ægrotant. *Cuspinian.*

3. *Philippus Macedo* cùm arcem quandam valde munitam capere destinasset, atque exploratores retulissent, prorsus esse difficile, percontatus est,

num vsque adeò difficile esset, vt nec asinus auro onustus possit accedere? Significans, nihil esse tam munitum, quod auro non expugnetur. Cic. *epist. ad Attic.* Plut. Horat. Carm. lib. 3. Ode 16.

Aurum per medios ire satellites,
Et perrumpere amat castra, *potentius*
Ferro.

Iustitia, & æquitas diuturnum reddunt imperium.

4. *Alcamenes* Telecri filius, cuidam percontanti, quo pacto quis optimè Regnũ seruare posset? *Si lucrum*, inquit, *nõ magni fecerit.* Alio rogante, cur à Messenijs oblata munera recusasset? *Quoniam, si recepissem*, inquit, *cum legibus pacem habere non poteram.* O mentem Rege, vel Regno dignam, quę magno, obuioque lucro legum auctoritatem antepositit. Plut.

5. *Pericles* cùm vrbem & Remp. 40. annis administrasset, nec vno nummo fortunas suas, quamquam ei reliquerat reddidit ampliores.

6. *L. Paulus Aemilius*, deuicto Perseo, vim ingentem auri, ingentem argenti ex Regijs cœnis Thesauris, ne aspicere quidẽ sustinuit; sed Quæstoribus, vt in ærarium deferrent, permisit, &c. *Sab. lib. 8. Enn. 5.*

7. C. *Gracchus*, ex Sardinia rediens, orationem ad populum habuit, inter cætera dixit: Versatus sum in Prouincia, quomodo ex vsu vestro existimabam esse; non quomodo ambitioni meæ conducere arbitrabar. Ita versatus sum in Prouincia, vt nemo possit verè dicere assem, aut eo plus, a me muneribus me accepisse, aut mea opera quempiam sumptum fecisse, &c. *Gell. lib. 15. c. 12.*

8. De *Samuelis* integritate, qui nihil vnquam à quoquam accepit, *1. Reg. 12. & Syr. cap. 20.*

9. *Laurentius Laureranus Dux* Venetus nullum munus

gnus donumue inferri intra ędes ſuas publicas ceſſus eſt. *Egnat. lib. 4. cap* 3.

9. *Diomedon Cyzicenus*, rogatu Artaxerxis, E*paminondam* pecunia corrumpēdum ſuſceperat. Hic magno cum pōdere auri Thebas venit, & Michitum adoleſcentulum quinque talentis ad ſuā perduxit voluntatem, quem tum Epaminondas plurimū diligebat. Michitus Epaminondā conuenit, & cauſſam aduentus Diomedontis oſtendit. At ille Diomedonte corā: Nihil, inquit, opus pecunia eſt. Nam ſi ea Rex vult, quæ Thebanis ſunt vtilia, gratis facere ſum paratus; ſin autē contraria, non habet auri atq; argenti ſatis: namq; Orbis terrarū diuitias accipere nolo pro patrię charitate. Tu qui me incognitum tentaſti, tuiq; ſimilem exiſtimaſti, non miror, tibiq; ignoſco. Sed ecedere properē, ne alios corrumpas, cùm me nō poteris. Tu Michite argentū huic redde, aut, niſi ocōfeſtim facis, ego te tradā Magiſtratui. Hunc Diomedō cùm rogaret, vt tutò exire, ſuaque, quæ amiſiſſet, liceret efferre. Iſtud, inquit, faciā, neq; ea cauſſa, ſed mea: ne ſi tibi ſit pecunia adempta, aliquis dicat ad me ereptū peruenisſe, quod delatū accipere noluiſſem. A quo cùm quęſiſſet, quò ſe duci vellet? & ille Athenas diceret: præſidium dedit, vt tutò perueniret. *Probus in Epamin.* Vide in loco de Benef. *Elzearij* exemplū. Idē cùm Legati venirent ferentes munera animo corrumpē-di, ad prandiū eos venire iuſſit prius, vt in eodē cauſam aduentus explicarent. Appoſita eſt mēſa vilis, bibebantq; vinum acidū. Subridēs igitur Epaminondas ad Legatos ait: *Abite, & domino veſtro mea prandia narrate, quibus me contentum non facile ſuis muneribus ad proditionem alli-*

alliciet. Stobæus Serm.1. de Prudentia.

11. *M. Curius* oblatas pecunias respuit, dicens: Nec acie vinci, nec pecunia corrumpi possum. *Cic. de Senect. Gell. lib.1.cap.14.Cel.6.cap.8.*

12. *Phocion, Dux Atheniensium*, cùm à Rege Philippo munera magnæ pecuniæ repudiaret, legatiq́ue hortarentur accipere, simulq́; admonerent, si ipse his facile careret, liberis tamen suis prospiceret, quibus difficile esset in summa paupertate & angustia rerum tantam paternam tueri gloriam. His ille heroicè: *Si mei similes erunt, idem hic*, inquit, *agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit. Sin dissimiles sunt futuri, nolo meis impēsis illorum ali augeriq́; luxuriam.* Probus in eius vita.

Pindar. Lucro etiam sapientia capitur, & irretitur: κέρδει καὶ σοφία δέδεται.

13. Alexander Magnus amicitiæ ergò Phocioni dono misit ex Asia centum talenta. His Athenas deportatis, quæsiuit ex ministris eius Phocion, qua de caussa in multis Atheniēsibus tantum munus soli sibi Alexander largiretur? vbi responderunt illi: *Quòd te existimet virum bonum & honestum. Ergo sinat me*, inquit Phocion, *talis vt & habear, & sim.* Qui vt domum eū secuti, insignē animaduerterunt frugalitatem eius, magis, ac magis institerunt; ibi conspiciens Phocion inopem senem in obsoleta læna prætereuntem, rogauit, num eo se arbitrarentur deteriorem? *Bona verba*, inquiunt illi. *Atqui*, infit, *hic ex re minore viuit, & est contentus*, &c. Vide locum de Auaritia.

Rectè Seneca *ad Lucilium*: Vt cognoscas, quales eligi Magistratus cōueniat, sic habeto: Oportere

ere illos esse in sententijs iustos, in verbis veraces, in actionibus honestos, in exercenda iustitia mites, & ante omnia in accipiendis donis abstinentissimos.

14. Cùm populus Romanus *M. Curio*, ob operam strenuè pro Rep. nauatam, deferret tantum agri, quantum vno die circumarari posset, respondit: Non est vobis eo opus ciue, cui plus opus sit, quàm vni ciui. *Valer. Max. lib. 4. cap. 3.*

15. *AEgyptius Rex* Iudices sculpi fingique iussit relatis oculis, truncos manibus; significans nec affectu flecti, nec muneribus capi debere.

16. *Andronicus Comnenus* in Prætorijs Magistratibus reficiendis, viros præstantes & Senatorij Ordinis optimos delegit, & amplissimis muneribus donatos ablegauit, vt beneficijs tantis ortati, minus graues essent ciuitatibus, & defendendis ac subleuandis pauperibus semper intenti. Qui cùm aliunde suppeteret, vnde viuerent, (nã quadragenas & octogenas argenti minas secum referebant) tanquam sacrilegio etiam ijs abstinebant, quæ à Prouincialibus vltro offerebantur, quòd aut è manu potentis erepti, aut alijs beneficijs affecti essent. Vnde ciuitates exiguo tempore creuerunt, &c. *Nicetas lib. 2.*

17. *Basilius Macedo*, principio sui Imperij, Magistratus commisit ijs, qui à capiũdis muneribus perhiberentur quàm maximè alieni, & quos testatum esset, manus omnis capturæ puras habere, &c. *Cedrenus, & Zonaras.*

18. *Ludouicus Pius Imp.* primo post mortem patris Caroli Magni anno Conuentu Procerum Aquisgrani coacto, sacramenta apud se dicere maximè Prætores, prorsus nihil munerum acceptu-

ros,

ros, iussit: ipsis pauperes summopere commẽdauit: vetuit insuper, ne populum extraordinarijs tributis nouisq; seruitutibus expilarent. Aventinus lib 4. Annal. Boiorum.

Abusum hic maximè afflixit litigantes.

Vtinam constitueretur pœna in iudices, aduocatos, Procuratores, vel alios Pragmaticos, qui vltra sportulas & salaria definita, etiã volentibus accipiunt. Vtinam impune ijs non liceret amplius accipere, quàm potest in legitimam taxationem venire. Vtinam renouarentur leges feliciter aliàs de istis furtis (sic enim vocat D. Petrus Gregorij *lib. 2. de Rep. cap. 6.*) propositæ: fic enim fieret, vt superans in iure aduersarium, in suum repeteret integrum, & sumptus integros in litem factos.

Munera, ait Moyses, Deut. 16. v. 19. *excæcant oculos sapientum, & mutãt verba iustorum.* Et Ecclesiastes 23. v. 8. *Nec accipies munera, quæ etiã excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorũ.* Et Salomon ait: Prou. 17. v. 23. *Munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicij.* Ideo prædicti iustinianei ministri manus à muneribus integras habebunt.

Abstineat Magistratus à loculis subditorũ.

Præfatus D. Petrus inquit: Neq; permittendũ est ferè, vt vel esculenta, aut poculenta capere possint: nã & in minimis est affectio: & ex minimis permittãtur, facilis ad maiora optanda & capienda est via. (*Vide in loco de Ambitione legẽ Iustiniani.*) Sunt & esculenta, & poculẽta maximo damno pauperibus, qui minutis etiã expẽsis, quæ pro nihilo possunt haberi à diuitibus, exhauriuntur.

Iustinianus Imp. (*in Nouella 17. de mandatis Principum cap. 1.*) Triboniano scribit: Oportere purè sumentem administrationem, & sine omni suffragio, præ omnibus alijs mũdas seruare Deo, nobis-

nobilisq; & legi manus, & nullũ contingere lucrũ, neq; maius, neq; minus, neq; captiosam quandam contra subiectos facere negotiationẽ: (*Vide locũ de Officijs.*) sed contentũ esse solis à Fisco tibi militratis, & tam per te, quàm per eos, qui circa te sunt, purum vndiq; eis seruare ius. Idẽ, *Nouel.* 25. vult Iudices puras manus seruare, & integras Deo, Imperatori, & legi. *Nouella de mand. Princ.* cap. 5. ait: Festinabis Consiliarium, & quicunque circa te assumere virum optimum, & purum vndique, & contentum ijs, quæ ex Fisco dentur, & si non inueneris eum custodientem fidem iustã, excelles, &c. Et in *Nouellæ Const.* 25. vult Iudices habere puras manus, & secundùm leges dijudicare, quia officium gratis suscipiunt. 2. ea de caussa iuramentum præstant. 3. hoc modo Reip. suæ statum veteres exornârunt.

Demosthenes contra Timocratẽ, inter capita Iuramenti Heliastarũ Iudicũ, & Athenienſiũ posuisse & illud: Οὐδὲ δῶρα δέξομαι τῆς ἡλιάσεως ἕνεκ', οὐδὲ αὐτὸς ἐγὼ, οὔτ' ἄλλῳ ἐμοὶ, οὔτε ἄλλος ὑπὲρ ἐμοῦ, οὐ τέχνῃ· οὔτε μηχανῇ οὐδεμίᾳ, id est: Iudicij caussa neque dona muneraue vlla accipiam ipse, neque in meam rem alius; sed neque vllum arte fraudeue aliqua quicquam accipere aut sciens dolo malo. Cicero 2. *de Offic.* Corrumpuntur deprauanturque hominum mores admiratione diuitiarum.

Lex Cincia, & aliæ prohibebant pro caussis agendis pecuniam aut donum accipere. (*Tacit. lib. 11.*) iam verò prohibitum non est Aduocato vendere patrocinium, aut consilium: quamuis Iudici prohibitum sit vendere iudicium. (*c. non licet 14. q. 5.*

19. Age-

19. *Ageſilaus Lacedæmonius* tantùm abeſt, vt maxima munera à maximis miſſa Principibus acciperet: quin litteras, ad ſe ab eis, & nominatim Perſarum Rege, miſſas, reſignare noluit, dicens: Si Rex Lacedæmonius amicus ſit, fruſtra ſibi priuatim ſcribi, cùm ei quoque amicus ſit: ſin inimicus, ne litteræ quidem, vel quidlibet aliud eum à fide abducerent, quam Lacedæmonijs deberet. *AEmil. Probus.*

Rationes aliquot, ob quas non poſſunt accipere munera Iudices. 1. Malè rerum examinat pondera corruptus Iudex: (*Horat. 2. Serm.*) & auaritia eſt Iuſtitiæ nouerca. (*Auguſtin. Serm. 35. ad Frat. in Eremo.*) 2. Improbitatis ac nequitiæ omnis fundamentum eſt habendi libido: (*Chryſoſt. Serm. 5. de malis à nobis aduertendis:*) Omnium flagitiorum principium & finis eſt pecuniæ officijs conquirere. (*Iuſtin. Conſt. 8.*) 3. Iudicium eſſe ſimile debet caſtæ & pudicæ virgini, idcirco longè hinc remouendæ corruptelæ & largitiones. (*Plato 12. de leg.*) 4. Neque quicquam ibi firmi aut ſancti exſpectari poteſt, vbi Iudicum studia & cogitationes omnes ad auaritiam referuntur: (*Demoſth. contrà Ariſtocr.*) magnâ enim vis eſt argenti, quod cogitationem præcipitem, & ad ſe deorſum rapit. (*Idem Orat. de pace.*) 5. Adde ibi creſcit peccantium multitudo, vbi redimendi ſpes datur: facile peccatur, vbi venalis ignoscentium gratia eſt. (*Arnob. lib. 17. adu. gentes.*) Hinc ſacræ litteræ affirmant munera excæcare oculos, & (*Syr. 20. v. 31.*) efficere, vt quaſi captiui frænentur homines, nec vitia caſtigare poſſint, &c.

20. *Cambyſes* Siſamnem, propter pecuniam ir-

què iudicantem, excoriauit. *Herodot. lib. 5. Tiberius* hac de caussa P. Suillum in insulam amandauit. *Tac. lib. 4. Iulius Cæsar* tales ordine remouit, & dignitate sua spoliauit. *Suet.* (Quis coriũ corrupti Iudicis intuetur? Quis lepram Elisei serui timet?) Isaias 5. *cap.* de ipsis ait: *Væ qui iustificatis impium pro muneribus.* Similes sunt tales arundini piscatoris, quæ capto pisciculo manet recta; capto verò pisce magno flectitur, & contorquetur. Scitum est illud Pontij Samnitis, cùm diceret se velle tunc se natum esse, quando Romani munera accipere cœpissent: nõ enim voluisse se pati eos diutius imperare. Intelligebat vir sapiens, vix posse Remp. stare cùm Magistratus accipiunt munera. Turpe est audire, icti vulneratique Iudices sunt muneribus, tanquam de gradu propositoque deiecti sunt mercede, manus ipsorum fulvo auro delinitæ & perunctæ sunt, &c. Turpe est illud: *Aurum expugnat omnia.*

Accusatiuus si venerit ante Tribunal,
Atque Vocatiuus, quamuis fuerit peregrinus,
Proficit in nihilum, si venerit absq; Datiuo.
Dum diues loquitur, verbum Salomonis habetur:
Dum pauper loquitur, tum barbarus esse videtur.

SIGNVM XXIX.

ODISSE IMPROBOS.

DEliberabant Lacedæmonij de summa rerum. Exurgit quidam turpitudine vitæ de-

famatissimus, sed facundia insigni, & consilium prudens proponit, omnibusq; persuadet. Tum vnus *Ephororum* stomachabundus: *Et quænam hæc demētia est, ô ciues, quæue spes, Remp. hanc diutius incolumem fore, si huiusmodi consiliarijs vtemur? Quòd si proba isthæc & honesta sententia est, non sinamus eandem dehonestari turpissimi authoris contagione.* Hoc vbi dixit, viro forti, atque iusto, sed infacundo, præcepit eandem sententiam, quibus posset verbis, dicere. Sic bona sententia mansit, turpis author mutatus est. *Gell. lib. 18. cap. 3. ex Orat. AEschini contra Timarchum.*

2. In ipsa Venetæ vrbis origine, cùm vndique magnis pollicitationibus ad nouam vrbem incolendam homines rei maritimæ naualisque fabricæ periti accerserentur, neque seruilis fortunæ quenquam, neque sicarium, scelestumue aliquē in eam receptum affirmant. Ex quo manifeste apparet, viros illos optimos, vrbis conditores, noluisse nascentem ciuitatem praua vlla conuenarum colluuione contaminari. *Sab. lib. 1. dec. 1.*

Romani Imperij rudimenta, & incunabula.

Romulus tamen primus Rex Rom. cùm Vrbem conderet Romanam, ad solitudinē frequentandam, tria adiumenta quæsiuit. 1. Locum septē densis sentibus (qui inter duos lucos erat) Asylum aperuit, quò ex finitimis populis turba omnis sine discrimine; liber, an seruus esset, ausca rerum nouarum profugit. 2. Natorum liberorum diligentem & fidelem conseruationem, grauis pœna proposita, si secus factum esset, omnibus demandauit. 3. Hostes victos in ius ciuitatis, & omnium rerum, sine vlla exceptione, communitatem humanissimè recepit.

SIG-

SIGNVM XXX.

NON ODISSE INIMICOS, NEque eos, qui in dicendis sententijs ab ipsis dissident.

1. DAuid Rex tam procul ab inimicorum suorum odio se abesse sciuit, vt securus dixerit: *Si reddidi retribuentibus mihi mala*, &c. *Psal.* 7. v. 5.

2. *Cyrus, Alexander, Augustus*, & alij boni Principes, propterea postremo loco dicere sententias suas sunt soliti, ne propter authoritatem alij suas sequerentur.

3. Apud *Romanos* in omnibus Comitijs, vbi quid cum populo agendum erat, prius priuatis hominibus concio dabatur, quàm Magistratum tenentibus, ne quis potentioris sententia præuentus, suam ipse supprimeret: sed summa cum libertate quod sentirent exponerent omnes. *Dio lib. 39.*

4. *Artabanus* apud Xerxem Regem Persarum affirmat, nisi diuersæ dicantur sententiæ, meliorem non posse eligi: pluribus autem dictis, tanquam aurum purum licere deligere: quod cùm per se discerni nequeat, cum altero comparatum, discerni potest. *Herodot. lib. 7.*

5. *Cicero* vult, vt in recta sententia ne victa quidem caussa vituperetur: vnusquisque rectissimam sententiam dicat, tametsi solus in ea singularisque futurus sit; quòd ad eum non rei exitus, sed consilium ac suffragium optimum pertineat. 11. *Phil.*

6. *Philippus Macedo* cuidam amico in omnibus libi annuenti, dictaq; sententias probanti: *Diuersū*,

inquit, *ſemel ſenti, vt duo eſſe videamur.* (Plut. *de diſcrimine adulat. & amici.*) Vix certè adulationis effugere ſuſpicionem poſſunt, qui aliorum ſententias omnes probant. (*Idem ibid.*)

Vt autem in ſententiarum diſcrepantia aliorum offenſio vitetur, hi modi ſunt tenendi: 1. in Senatu pro Rep. ſententiæ diuerſæ dicantur inter: in priuatis verò rebus, amicè ac familiariter dicantur. 2. diſtinguatur inter ciuem à nobis diſſentientem, & verum inimicum. 3. vitentur reprehenſiones, aut ἠθικωτέρως adhibeantur, & placidè: fugiantur iracundia & contumelia. 4. vſurpetur illud: hæc tibi videntur, illa verò mihi. 5. reducatur, qui diſſentit à nobis, quaſi Muſicorum ad modum, amicè ac placidè, non durè. 6. adhibeatur laus prudentiæ illius ac doctrinæ, paris amoris, &c. (*Plut. de ger. Rep.*) 7. ita denique agatur, vt non à voluntate, ſed intellectu profi[illegible] diſſenſio videatur.

SIGNVM XXXI.

OFFICIA AC MVNERA PARVA NON CONTEMNERE.

OFficia parua non eſſe contemnenda, probant hæ rationes. 1. Studium multitudinis, & aliorum, penes quos eligendi Magiſtratus eſt poteſtas, minimè improbandum eſt. 2. Cùm in Magiſtratu moderatio maximè commendetur, huius argumentum ac ſignum magnum eſt, cùm quis ad inferiores Magiſtratus ſeſe demittit. 3. Publica iſtud vtilitas flagitat. Siquidem Reip. prodeſt, vt mino-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

minoribus quoque officijs aliquid dignitatis ac splendoris ab ijs adijciatur, qui illa suscipiunt: quia etiam à Viris Magistratus ornatur. 4. necessarium est, vt nec contemptui sese Politicus sese exponat, ambiendo magna officia; nec odium in se excitet, petenti Reip. operam suam denegãdo. 5. Hinc *Cato* nullam delati officij partem recusandam esse censuit, modò authoritati & gratiæ priuãdæ prodesset. Et *Epaminondas Thebanus*, cùm contemptu quodam ac inuidia Telearchum eum cives elegissent, (cuius officium erat curare, vt sordes ex angiportis eijcerentur, rectè deriuarẽtur aquæ, plateę essent mundæ, sternerentur viç,) munus hoc in se recepit, addita facti sui ratione, quòd non solum Magistratus Virum, sed etiam Virum Magistratum ostendat. (*Plut. de præcept. ger. Reip.*) 6. Sunt multa, quæ si quis pro se, vel proprij commodi caussa agat, aut tractet, abiectus idem, ac sordidus videri queat: liberalis contra, si ciuitati exhibeat, ac præstet. (*ibid.*) 7. Nihil abiectũ iudicandum est, quod in Repub. geritur, nisi malis fortè moribus vitiatum fuerit: neq; vlla Reip. pars, tam est vilis ac contempta, quæ inspectionẽ, ac procurationem non requirat. (*ibid.*) 8. Neque Lacedæmonij suos duntaxat habuerunt ἁρμοστὰς, Thessali Archos, (*Dionys lib. 5. Alex. ab Alex. lib. 4. c. 23*) Pœni Suffetem, (*Liu. lib. 3. & 4.*) Ægyptij Diœcetas, (*Cic. pro C. Rabirio.*) Persæ Megistanas, (*Ammian. Marcellin. & Sueton. in Calig.*) Achæi Demiurgos, (*Liu. lib. 4.*) Longobardi Exarchos, (*Volaterr. lib. 4. Geogr.*) alij alios maiores Magistratus; (quorum meminit Alex. ab Alex. *lib. 4. cap. 23.*) verùm ijsdem & minores fuerunt. Nec apud *Romanos* solùm extiterunt Consules,

sules, Prætores, atque extra ordinem Dictatores dicti, Censores, &c. (*Sigon. lib. 3. de Antiquo iure Prouinc. cap. 8. 9. 10. & Feneſt.*) sed & succrescentibus negotijs alijs, minores Magistratus multi creati sunt, vt Triumuiri nocturni, Monetales, Agrarij, Capitales. (*Idem lib. 1. cap. 20.*) Et Athenis in Rep. reperti sunt Phylarchi, Phratriarchi, Demarchi, Prytanes, Epistatæ, Archontes, Polemarchi, Thesmothetæ; itē qui naualia curārūt, qui de verberibus, ac vi quæsiuerūt; qui Agoranomi, negotiationibus, & nundinationibus præfuerunt; id curārunt, ne in emendo, ac vendendo mendacio locus aliquis esset; qui Metronomi viderunt, vt mensuræ iustæ essent, nemo his deciperetur; qui Sitophylaces in eo occupati fuerunt, vt frumentum, farinæ, panes, pretio æquo venderentur; qui Emporij curatores, id spectārūt, vt frumēti, quod in Atticū Emporium adueheretur, partes darent vrbē à mercatoribus deferrētur; qui mercatorū, ac nautarum sibi commendatas lites habuerunt; qui vēdita à ciuitate administrārūt; qui pecunias, quæ mulctæ nomine pendebantur, acceperūt; qui ζητηταὶ, pecunias publicas retentas acerbè exegerunt; qui, Sitonæ, externum frumentum Reip. nomine mercati sunt, & recondiderunt; qui, Astynomi, id negotij habuerunt, vt cum decoro ornatu ædificia, tam publica, quàm priuata, vt & vias conseruarentur, in his collapsa reficerētur, aquæ in fontes abundè ac purè euntes ciuitatem irrigarent & ornarent, & iuuarēt; qui ad muros veteres reficiendos, τειχοποιοὶ, fuerunt adhibiti; qui præpositi sunt Legibus, νομοφύλακες; & iuuenum moribus, σωφρονισταὶ; & γυναικόκοσμοι, mulierum modestiæ; & virorum sumptibus, ac

commu-

nauiuijs, ἐνώπται; qui rationes popoſcerũt magiſtratuum, & curationum, Logiſtæ.

SIGNVM XXXII.

VNO ET EODEM TEMPORE nolle multa officia, ſeu plures Magiſtratus ſubire.

CVM vno Magiſtratu defungi, vt decet, laboris plus, quã honoris habeat; & omne publicum officium in Rep. integrum, & iuſtum requirat virum; nemo ſapiens exiſtimat ſe poſſe ſimul AEneam, & Hectorem; Catonem, & Scipionem in Theatro ciuitatis agere.

Res eſt ſolliciti plena timoris honor.

1. Romani, Macedones, Lacedæmonij hanc legem tulerunt, vt nemo duobus ſimul in ciuitate ingatur officijs, cùm plus oneris ſit in vno, quã nus rectè ſubire ac ſuſtinere poteſt.

2. Omnis functio publica magnis & multis difficultatibus eſt implicata; ideo fieri nõ poteſt ſine rnicie Reip. vt vnus idemque pluribus Magiſtratibus vtatur. Nam ſi fiat, neceſſe eſt, vt altem omnino deſerat, ſi alteri (vt decet) pro viri- ſeriò ac diligenter attendat.

3. Adhęc plures Reip. claues ac Magiſtratus, (vt nec claui, nec chartæ multarum nauium,) vni cõueri nõ poſsũt, ſine murmure & grũnitu populi.

4. Rectius ac melius negotia à multis, quàm vno unficiuntur, quemadmodũ manus multos in digitos diuiſa, ad negotia peragenda celerè & expeditum vſum habet. *a* Singuli ſingula rectè cõficere poſſunt, plura verò minimè. Quòd ſi facere quis hoc conatur, in ſingulis deficiet; ita vt in nullo egregius euadat. *b*

a *Plut. de ger Rep.*
b *Plato 2. de Rep. Ariſt. 2. & 4. Pol.*

6. Ac licet intentum quis animum habeat, tamen duas res, magnas præsertim, non modò agere vno tempore, sed ne cogitando quidem explicare quisquam potest. (*Cic. Phil.12.*)

7. Etsi quoque πολυγάμους tales initio placeant, sint nonnullis admirationi propter industriam: tamen oritur post tædium, (*Plut. de gerend. Rep.*) nec possunt tales immunes actiones esse à reprehensionibus. (*ibid.*)

8. Plurima mala & incommoda publica oriuntur; officia negliguntur, iudicia corrumpuntur, multi Vicarij, qui pestes sunt Rerump. introducuntur. (*Arist. 2. Pol. cap. 9.*)

9. Etiam naturæ conditio talis est, vt non vnamnia, sed singulis distincta det officia: Soli, vt luceat: igni, vt ardeat: aquæ, vt humectet. (*ibid.*)

10. Adhæc via ita præcluditur conscendendi honores idoneis, dum vnus plurium vices & honores occupat. (*Gregor. Tholos. 4. de Rep. cap. 6.*)

11. Itaque & Leges Ciuiles multitudinem Magistratuum & officiorum prohibent. Extat Lex Iustiniani, quæ eius hanc addit caussam: Nemo ad vtrumque festinat, neutrum bene peragit: neque enim facile credendum est, etiam duabus rebus necessarijs vnum sufficere. (*lib. 1. Cod. tit. de Assessoribus, & domest. & Cancell. Iudicum: & Digest. lib. 50. tit. 4.*)

12. Apud Plut. de Metrocho quodam omnia gere volenti illud Athenis ciuium sermones circumferebatur: Metrochus exercitum ducit, Metrochus vias curat, Metrochus farinam tractat, Metrochus cunctis alijs præest: Metrochus ploRABIT: qualis plerumque exitus illorum esse solet, qui temeritate vel ambitione quadam

gere omnia volunt. (*Plut. de Rep. ger.*)

Ludouicus Vngariæ Rex à Casimiro Magno Polonorum Rege in Regni successionem adoptatus, petentibus Polonorum Legatis, & Vngarorum Proceribus, vt Regnum susciperet, respondit: Non satis intelligere, neque hos quid suadeant, neque illos quid petant. E neutrorum enim re id fore: sicut neque duobus quidem gregibus expediat vnum pastorē habere. Duas Resp. vix vlla ratione sine alteriutrius, siue adeò vtriusque malo & incommodo ab vno administrari posse. Etsi post, victus ab Oratoribus, annuerit. *Cromerus lib.* 13.

SIGNVM XXXIII.

VIRVM OFFICIO, NON OFFICIVM *Viro quærere: nec officium publicum plus offerenti vendere.*

Officia non vendere.

Alexander Seuerus Imp. non vltro ambientes, sed inuitos & reluctantes publicis officijs præficere solebat: aiebat enim nihil esse minus, si qui munus aliquod emerint, idem rursus vendant, id est, venalem iustitiam habeant: (iuxta versum:

Emerat ipse prius, vendere iure potest.)

nec sine rubore puniri posse eum, qui quod emit, vendit. A*Elius Spart. Vide de Ambit.*

Alexius cognomine *Angelus, Orientis Imp.* initio, seu primo die Imperij, proclamari iussit, Magistratus sese non venditurum; sed delectu ex

optimis habito, gratuitò mandaturum: (*Nicetas lib. 2.*) vt & *AEneas Syluius* dicebat: Dignitatibus homines dandi, non hominibus dignitates.

3. *Nero* initio Imperij in Senatu iactauit, vel Senatui promisit, nihil suis in penatibus venale, aut ambitioni peruium sese permissurum. *Tac. lib. 3.* Aulici ergo eius etiam puras manus habuerunt.

4. *Iustinianus* Magistratuum venalitatem summopere cauendam, non vno in loco monet, eamque omnis nequitiæ principium & finem (*Nouell. Const. 8.*) appellat, quòd ex ea oriatur, velut ex quadam sentina, morborum omne genus, quibus certissimò Resp. ad interitum, aut certè mutationem perduci solet: vt & Demosthenes scribit, *Orat. de Corona*, ciuitates tum ægrotasse, cùm Magistratus intenti essent muneribus, & nimium delicati in otio degerent ciues, & inde subuersionem Reip. illorum ex inopinato accidisse. Et *Iuuius Vopiscus* declinantis Imperij Romani omnia eidem rei adscribit, dũ sub *Aureliano Imp.* officia venalia esse cœperunt, neq; dabãtur hominibus, sed diuitijs. Et cùm Imperiũ Romanũ nouis Rectoribus esset redintegratũ, suoq; pristino nitori restitutũ, *Phocas* illud afflixit, quòd sub ipso nec vetus nobilitas, nec probata virtus ad Magistratus capessendos aditũ præberet, sed pecunia cuiusque, qua qui magis pollebat, auctione tanquam proposita, alijs licitatoribus præponebatur.†

† *Baron. Tom. 8. Anno Christi 600.*

5. *Imp. Leo*, agẽs de electione Episcopi, ait: Quæratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat: sola illi suffragetur necessitas excusandi. *Quenquam 31. C. de Episc. & Cler.*

6. *Martianus* simulatque Imp. ab omni exercitu creatus fuit, initiũ reformationis Reip. ex ea parte in-

incepit, qua ambitio coërcebatur, & cõfestim
reuit, nemini pecunia Magistratum esse con-
endum. *Tom. 2. Biblioth. Sanctæ. Theod. Lector*
1. Collect.

Idipsum etiã fecisse *Anastasium Imp.* scribit,
Magistratus, ante venales, gratis contulisse.

Alexander Seuerus Vetronium Thourinum, cõ-
ctum, quòd suum suffragium vendidisset his,
à se aliquid petebant, ad palum alligari iussit,
posito igni ex humida materia, præcone cla-
nte: Fumo punitur, fumos qui vendidit.

Quoniam tempore *Iustiniani* inualuerat, vt
lici admissionales à petẽtibus honores aliquid
iperent (quod suffragiũ vocat Iustin.) ipse su-
lit omne genus suffragiorũ (*vide locum de Am-*
) sequutus hac in re Theodosij & Valentiniani
stitutionẽ: quæ extat. † Rectè: nã per has sor-
iustitia euertitur, & beneficij gratia subtra-
ur (quia beneficiarij, non tã Principi, quã suf-
gatoribus aulicis beneficiũ seu dignitatẽ ac-
tã ferunt.) Adhæc merita (quæ alioquin sem-
sunt attendenda) nõ considerantur. Deniq; si
nia pateãt hominibus dignitatũ portæ, sæpe
tiosissimi quiq; flabello diuitiarum accensi,
itionisq; cupidine permoti, ad quaslibet di-
tates adspirabunt, ac perueniẽt, quas vbi ade-
erint, multiformi iniquitate expensas, eam
rem factas, sarcire conabuntur.

† *l. vlt. C. ad l. Iul. Repet.*

Franciscus II, *Galliæ Rex*, statim primis Re-
auspicijs (Francisco Oluiario suasore) legem
, qua, vt Iudices spectatæ integritatis & e-
tionis in supremis Regni Curijs, & inferio-
us subsellijs constituerentur, edicebatur, vt
posterum penes ipsos Iudices ius esset, tres

probi

probitate, & iuris scientia conspicuos nominandi ex quibus quem vellet Rex deligeret. Thuanus lib. 17 Hist.

11. D. *Ludouicus* inter salutaria præcepta, quæ Philippo filio dedit, eum monuit, vt ad Sacerdotia seu Beneficia Ecclesiastica bonos duntaxat, & optimè meritos per seipsum, & quidem consulto nominaret. Sciebat vir Diuino afflatus Spiritu, vbi officia indignis conferuntur, interturbari iustitiam distributiuam. Certè inter caussas excidij vrbis Hierosolymę hanc adfert Egesippus cap. 6. quòd Sacerdotia atque Pontificatus maximus non nisi ad homines ineptos, indoctos, atque auaros deferrentur. Quis enim locus tutus, aiunt Impp. *Leo* & *Anthem.* & quæ caussa poterit esse excusata, si veneranda Dei Templa pecunia expugnentur? quem murum integritatis, aut vallum fidei prouidebimus, si *auri sacra fames* in penetralia veneranda proserpat? quid denique cautum esse poterit, aut securum, si sanctitas incorrupta corrumpatur? Cesset itaque Altaribus imminere profanus ardor auaritiæ, & à sacris Aditis repellatur piaculare flagitium. *l. si quemquam* 31. C. *de Episc. & Cler.*

Ex venditione Magistratuum, non licet facere compẽdium.

12. *Theodosius* & *Valentinianus* Impp. concesserunt iuramentum subeuntium administrationes vel Magistratus, vt neque quicquam se dedisse vel daturos, vel promisisse pro sortiendis administrationibus, neque dum in administratione fuerint, quicquam pręter salaria accepturos promittant. *in l. fin. ad legem Iul. repetund. lib.* 9. C. *t.* 27.

13. Cùm à *P. Scipione Africano* quidam vetus assectator ex numero amicorum non impetrare

se Præfectum in Africam duceret, & id ferret
oleste: Noli, inquit, mirari, si tu à me hoc non
petras: ego iampridem ab eo, cui meam exi-
mationem curæ fore arbitror, peto vt mecum
refectus proficiscatur, & adhuc impetrare non
ssum. (*Cic. 4. Verr.*) Docuit Scipio suo exemplo
agistratum, ne ambitiosè petentibus officia,
mere conferant; sed defugientibus, quòd suæ
t imbecillitatis conscij.

Quinam maximè idonei sint officijs obeundis.

4. Honores turpissimo quæstui exponi non
bent: meretrices enim sunt dignitates, quæ se
dernunt lucro: ignominiosi sunt honores, qui
gmentantur pretio: creantur enim Magistra-
s, non vt onerent, sed vt honorent ciuitatem;
n vt ciues premant, sed vt oppressis opem cle-
enter ferant.

5. Hinc boni Magistratus solos bonos seu tho-
æ virtutis indutos (etsi sanguine non sint illu-
es) ad honores euehunt; malos è solio in vis-
m & lutum deturbant: Honor enim verus est
erentia solùm bonis debita, & data in signum
rtutis. (Seneca: *Nunquam Stygias fertur ad vm-
as Inclyta Virtus.*)

6. Cùm *Amasi Regi AEgypti* populus parentes
os, viles artifices, indignabunde obijceret, eiq;
ere pro officio recularet, vas quoddam aureũ
quod Principes AEgyptiorum vomere & me-
e solebant) in celebre idolum fundi & com-
ari iussit, in templo erexit, instituit festum,
egit populum, nouum Deum admirantur om-
s, venerantur singuli. Amasis Rex sapiens in
ium ascendit, sic affatur: *Charissimi ciues, cur
e contemnitis*, & tamen Deum ex matula con-
tum adoratis? *ô Ciues, non locum, sed virum; non*

me

Generis humilitas honorem virtuti non negat.

me seruum, sed Regē respicite. Hoc intellecto, populus prostratus cecidit, contemptum Regem adorauit, atque ita humilitas loci huic insigni viro imperium non negauit.

SIGNVM XXXIV.

Libenter orare.

ADMODVM ORANDI STVdio deditum esse.

1. DVx populi Israelitici *Moyses* quàm olim solicitè pro populi peccatis Domino supplicarit, ipse fatetur, dicēs: (Deut.9.) *Iacui coram Domino 40. diebus & noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar, ne deleret vos,* &c. Vide 62. Signū boni Clerici. Orant *Iosaphat*, 2. Paral. 2. Ezechias, 4. Reg. 19. 20. *Manasses*, 2. Par. 33.

2. *Rex Salomon* de se ait: (Sap. 8.) *Adij Dominum, & deprecatus sum illum, & dixi ex totis præcordijs meis.* Quis nescit eum conceptis verbis à Deo sapiētiam postulasse, velut vnicum Imperij, & imperantis firmamentum: (3. Reg. 3. 2. Paral. 1.) eamque Deus illi impertiuit, cum diuitijs, quas non postulauit, vt nemo fuerit illi similis vnquam, nec porrò futurus sit.

3. *D. Stephanus Vngarorum Rex*, interdiu dicendo iuri, ac regalibus officijs & negotijs incumbebat: noctes ferè insomnes ducens, in diuina contemplatione versabatur, cum assiduis lachrymis pro publica & priuata salute supplicando.*

** Bonfin. lib. 1. dec. 2.*

4. Hierosolyma per sacrum illud insigne bellū recepta, quod fuit Anno MIC. cùm inter Principes, qui eò multi conuenerant, de creanda Regis consultaretur, cœpisse inquisitionē fieri de singulorū vita & moribus: quin etiā, vt cuiusq; merita

magis constarent, ferunt iureiurando adactos familiares & intimos quosque, vt candidè & simpliciter omnia expromerent. Qua inuestigatione adhibita, cùm omniũ vita patuisset, electꝰ est *Godefridus* ille, cuius vnũ hoc crimen compertũ est, quòd nimis prolixas moras in templis traheret, quæ familiam tædio afficerent, & cibos iam paratos insuauiores redderent. * Præmia ardenter erantium, vide *in Triumpho Virt.*

* *Tyrius de bello sacro lib. 9.*

Ciuitas Leodiensis in antipagmentis domus Ciuicæ præscripsit:

Stare diu nescit, quod non fulcitur ab alto:
Et discors in se regnum, durabile non est.

Vt & Plato 1. *de Leg.* olim dixit, Remp. sine ope Numinis Diuini gubernari nõ posse. Sicut enim, ut bestiæ sui curã habere nõ possunt, sed ad illas moderandas hominis directione opus est: ita homines ad felicitatem dirigi nõ possunt, nisi Deus moderetur, & quasi manu ducat.

Cambyses Persarum Rex filio Cyro ad Astyagem auum proficiscenti ait: Hoc vnum præcipuè commendo, idque, tanquam pretiosum thesaurũ patre donatum, in tua memoria perpetuò redondi cupio: Dei esto amicus, in eundem pius, nihilque (publicum, vel priuatum,) aggrediaris, nisi prius Diuino Numine implorato: imbecilla enim est & hebes mortalium natura: nihil autem Dei sapientiam latet, omniaque ex sententia ijs cadunt, quibus illa præsto est. *Herod.*

Scipionem Africanum legimus nõ ante ad negotia, vel publica, vel priuata iuisse, quã in Cella Iouis Capitolini aliquandiu constitisset, vota Superis faciens, pro Sapientia obtinenda. *Plut. Vide de Pietate.*

8. Sena-

8. *Senatus Romanus* Diuam hanc semper tanti fecit, vt quotiescunque Senatum Magistratus coëgisset, idipsum, quòd primò proponebatur, ad Religionem pertineret, nullaque, quãquam grauior, caussa, vel quæ celeritatem requireret, huius morem anteuertebat, vt publicorum consiliorum, quemadmodum etiam aliarum rerum, diuino cultui primæ partes darentur.

9. *Iudith* cupiens liberare obsidione ciuitatem Betuliæ, quam cinxerat Holofernes, priusquam animum ad consilium tanti ponderis componat, oppidanos rogat, vti Deum pro se orent. cap. 8. Sæpe enim Deus victorias magis propter lachrymas orantium concedit, quàm per arma pugnantium.

10. *Dauid* septies in die laudem Domino dicebat, idque ardenti mentis affectu: *Deprecatus sum*, inquit, *faciem tuam ex toto corde meo.* Idem in domestico illo & nefario bello, quod illi Absolon filius mouebat, Deum votis omnibus obsecrabat, ne consilia Achitophel Absalon sequeretur, quòd illius consilia essent, quasi si quis consuleret Deum. Vnde non mediocriter sibi ab illius, ceu diuinis, consilijs metuens, quò ijs obstare quadantenus posset, dixit Chusi, vt sese Absaloni comitem & Consiliarium præberet, & si eum Absalon susciperet, consilia Achitophel dissiparet, & omne verbum, quodcunque audiret in domo Absalonis, indicaret Sacerdotibus, quorum opera Chusi exsequutus est mandata Dauidis. Nam cùm Absalon consilium Achitophel exquisiuisset super belli negotijs, suasisseque Achitophel, vt exercitum 12. millium conscriberet, ad persequendum Dauidem, quem

proc

procul dubio profligasset, si eius consilio Absaló parauisset: vocatus Chusi, iussusq; sententiam dixit, mox reclamauit, quod & placuit non solum Absaloni, sed & omnibus viris Israel, *vt dißipatur*, inquit Scriptura, *consilium Achitophel vtile*: qui videns suum cõsilium à cunctis repudiatum, domum abijt, & suspẽdio vitam finiuit. Tanti fecit Dauid consilium eius, quem Sapientia Diuina regi existimabat. Idem Dauid contra Goliath pugnaturus, Dominum prius consulit, antequam manus cum hoste conferat.

Dum Absalon parẽtem studet delere, datus in reprobum sensum, sequitur consilia infidi Consiliarij Chusi.

11. Platina in Vita Ioannis XX. refert de *Roberto Rege Franciæ* illustre pietatis exemplum, quòd, quoties sibi per occupationes bellicas liceret, Horas Canonicas vnà cum Sacerdotibus cecinit: quâ pietate hoc meritum ferunt, vt cùm oppidum quoddam obsideret, neque Horas suas intermitteret, mœnia hostium diuinitus corruerent, statimque irruentibus suis oppidum caperetur.

12. Certè si *Impp.* gentiles (*Rom.*) in bellum (expeditionem alicuius momenti) ituri, non exibãt Vrbe, nisi templa execranda visitassent: neque reduces Vrbem ingrediebantur, nisi benedictionẽ (vt loquimur) prius à Dijs illis abominandis acciperent: multo magis id faciendum est Principibus Christianis, qui Templa sua Deo vero consecrata, Diuinisque dicata officijs nõrunt.

13. Cùm *Constantinus Magnus* secundò bellũ cõtra Licinium necessariò gerendum animaduerteret, Saluatori suo preces fundendi tempus vacuũ & solutum dicauit, & Crucis Tabernaculo, extra castra etiam longissimè fixo, ibi sinceræ & piæ meditationi se dedens, more veteris illius Dei

Prophetę, quem extra castra Tabernaculum fixisse Diuina confirmant Oracula, Deum orare cœpit. Nonnulli etiam, quos ipse, ob fidei & pietatis studiũ, satis spectatos habuit, in idẽ munus cum eo vnà incũbebant: hocq; etiam aliàs exequi erat ei in more positum, cùm bello cum hoste decertare constitueret. Nam sicut propter secretiorem tardior in rebus gerẽdis fuit: sic Dei consilio omnia administrare consultum statuit. Et cùm iã animo vacuo attentè Deo preces adhibebat, semper Diuina aliqua visione dignatus fuit: ac post illud, tanquam Diuino instinctu impulsus, exibat è Tabernaculo, & derepente exercitum incitare cœpit, mandauitque, vt, nulla mora interposita, ipsam gladiorum aciem experirentur: qui et improuiso hostes adorti, homines cuiusque ætatis occiderunt: atq; interdum puncto ferè temporis parta victoria, trophæa cõtra hostes infigua statuerunt. *Euseb. Vit. Constantini lib. 2. cap. 1. an. 14. Baron. Anno Christi* 318. (Fortiores aduersus hostes preces, quam ferrum. *Flor.*) Eusebius *lib. 3 Vitæ Constantini cap.* 3. scribit, eum voluisse imaginem suam fingi, & aureis nummis imprimi, tanquam precantis manibus expansis, oculisque in cælum sublatis. *Niceph. lib. 7. cap. 43.*

Animæ defunctorum, viuorum precibus adiuuantur.

14. Idem in Ecclesia Apostolorum à se exstructa delegit sepulturã, vt defunctus particeps fieret precum, quæ ibidem peragi solerent. Euseb. *Vit. Const. lib. 4. cap. 58. 59. 60.* Hinc S. Chrysostomus: (*aduers. Gentil. quòd Christus sit Deus, Tom. 5.*) Constantinopoli, ait, Reges nostri magnã gratiã putant; non si prope Apostolos; sed si vel extra eorum vestibula corpora sua sepeliantur, fiantque piscatorum ostiarij Reges. Neque hinc in

morte confunduntur; sed honestantur & ipsi, & eorum nepotes, & pronepotes. *Baron.* Anno Christi 336.

ii. Anno Christi 388. *Theodosius Imp.* profectus aduersus Maximum Tyrānum, in primis, quibus valuit, pietatis armis conatus est, conciliādo sibi Diuinum Numen, exercitum communire. Siquidem persentiens magni momēti opus aggredi, dubiam iacere aleam, remque tentare periculosam, à Deo diuersis modis sibi implorare suppetias laborauit; vtpote qui optimè sciret Dei munus, atque diceret cum Dauid: Psalm. 43. *In Domino faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.* Ad hæc planè respiciebat, quod ait ad Flauianum, vt precibus apud Deum contenderet extingui bella. Sed & in eo maximè eiusdem pietas commendatur, quòd tanti ponderis prælium auspicaturus, Legatos in AEgyptum misit ad Sanctos ibi agentes Anachoretas, quos pro se certātes precib⁹ voluit habere pugnatores.

Curæ ad preces impellunt, & preces curas depellunt.

Armat se precibus piorum.

iii. Idem Anno Christi 393. expeditionem parans aduersus Eugenium Tyrannum, Occidentale Imperium occupantem, in eo præcipuè inniendum esse putauit, vt Deum sibi sanctis operibus, Sanctorumque precibus conciliaret, illud Dauidicū occinens: Psalm. 59. *In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos:* probè sciens, Deo duce, Cyrum (Isaiæ 45.) dorsa Regum retrorsum conuertisse, superbos terræ humiliasse, portas æreas contriuisse, confregisseque vectes portarū ferreos. Præparatur, *ait Ruffinus lib. 2 cap. 31.* ad bellum, nō tam armorum, telorumque; quàm ieiuniorum, orationumque subsidijs: nec tam excubiarum vigilijs, quàm obsecratio-

crationum pernoctatione munitus: circumdat eū Sacerdotibus ac populo omnia orationum loca, ante Martyrum & Apostolorum thecas iacebat cilicio prostratus, & auxilium sibi fida Sanctorum intercessione poscebat. Fertur, *ait Sozom. lib 7. cap. 24.* quod cùm egressus tunc esset Constantinopoli, Deo preces nuncuparit in Ecclesia illa, quam in honorem Ioannis Baptistæ construxerat, ac petierit, vt expeditionis illius aleæ, tum sibi, tum exercitui suo, tum Romanis omnibus feliciter cederet, & auxiliatorem sibi invocaverit ipsum Baptistam. In ipsa pugna, cùm funderetur ex parte Theodosij auxilia barbarorum, (non vt Theodosius funderetur, sed ne per barbaros vincere videretur,) qui vidēs suorum aciem conversas proiectis armis, *ait Ruffin. lib. 2. cap 33.* ad solita se vertit auxilia, & prostratus in conspectu Dei: Tu, inquit, omnipotens Deus, nosti, quòd nomine Christi Filij tui, vltionis iustæ (vt putabam) prælia ista suscepi; si secus, in me vindica: fretus cum causa probabili, & in te confisus, hoc verò porrige dexteram tuis, *ne fortè dicant Gentes: Vbi est Deus eorum?* Post illam Imperatoris precem, ventus ita vehemens exortus est, vt tela hostium in eos, qui iecerant, retorqueret. Cumque magna vi persistente vento, omne iaculum missum ab hostibus frustraretur, fracto aduersariorum animo, seu potius diuinitus repulso, Eugenius ante Theodosij pedes, vinctus post tergum manibus adducitur; ibique vitæ eius & certaminis finis fuit. Eadem *Socrates lib. 5. cap. 24.* de victoriæ miraculo, retorquente spicula vento. *Videtur Sozom. lib. 7. cap. 24. & Theod. lib. 5. cap. 24.* vbi inter cætera ait: Totam noctem huius Victoriæ gaudio

Contra hostes magis orando, quàm feriendo pugnat Theodosius.

gubernatorem precibus solicitauit. Sub tempus quem noctis, quo galli cantare solent, somnus eum oppressit. Qui humi stratus, videre sibi visus est duos viros candido vestitu amictos, equis alijs vehi, qui ipsum bono animo esse, timorem abijcere, prima luce arma capere, & exercitum in aciem educere iubent. Nam se auxiliares, & velut Antesignanos ad eum missos esse, & alterum esse Ioannem Euangelistam, Philippum Apostolum alterum. Hac oblata visione, Imperator precem fundere non desistit, sed attentiore cogitatione eas Deo adhibet. Eadem quoque visio militi secundùm quietem apparuit, &c. Cùm autem tela vtrinque conijci cœpta sunt, tum Antesignani Imperatoris, (duo illi Apostoli,) verè promissa præstitêre. Nam ventus violentus è regione hostibus irruens, illorum sagittas, iacula, spiculaq; in ipsos retorquet, adeò vt nullum teli genus eis alimento fuerit, neque miles grauis armaturæ, neque sagittarius, neque iaculator Imperatoris exercitum lædere potuerit. Quinetiam tãta pulueris copia in eorum facies impetu ferebatur, vti palpebras occludere, & pupillas oculorum, vt grauiter oppugnatas, tegere, ac tueri eos coëgerit: Imperatoris verò exercitus, nullo damno incommodoue ex illo turbine accepto, fidentibus animis hostes trucidant, &c. Hinc Claudianus Gentilis Poëta:

Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit aduersas acies, reuolutaq; tela
Vertit in auctores, & turbine reppulit hastas.
Omnium dilecte Deo, cui fundit ab antris
AEolus armatas hyemes, cui militat æther,
Et coniurati veniunt ad classica venti, &c.

Diuina dispensatione factũ est, ait Baronius Anno Christi 394 vt humanæ vires hebetatæ languescerent, aciesq; primò succumberent, ne si sic vincere datum desuper esset, illud superbę mentis & ingrati animi elogium iactitaretur: *Manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia*: in vltimis fiuit Deus res discrimen adduci, vt cognoscretur, quòd *Domini est salus, & super* (Psalm. 3.) *populum suum benedictio eius*: verumque Deum esse Christianorum, qui imperans vẽto, *hostium* (Psal. 75.) *confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum*, vt illud iustè exprobraretur in Cantico (Deut. 32.) *Vbi sunt Dij eorum*, &c.

17. S. Augustinus, *de Excidio Vrbis cap. 6.* Ante paucos annos, ait, Arcadio Imp. Constantinopoli, Anno Christi 396. (quod dico audierunt nonnulli, & forsitan nouerũt, & sunt in hoc populo, qui illic præsentes fuerunt) volens Deus terrere tuitatem, & terrendo emẽdare, terrendo conse-

Hæc præmonitio, est magna Dei miseratio.

tere, terrendo mundare, terrendo mutare; fertur cuidam suo fideli, viro (vt dicitur) militari, venisse in reuelatione, & dixit ei, ciuitatem venturo de cęlo igne perituram. Eumq; admonuit, vt Episcopo diceret. dictum est. Non contempsit Episcopus, & allocutus est populum. Cõuersa est ciuitas in luctum pœnitentiæ, quemadmodum quondam illa antiqua Niniue. Tamen ne putarẽt homines illi qui dixerat, vel falsitate deceptum, vel fallacem decepisse, venit dies, quem Deus fuerat comminatus: intentis omnibus, & exitũ cum timore magno exspectantibus, noctis initio, tenebrante iam mundo, visa est ignea nubes ab Oriente, prima parua, deinde paulatim, vt accedebat supra ciuitatẽ, ita crescebat, donec toti vrbi ingens terri-

ger immineret. Videbatur horrenda flamma pẽ-
dere, nec odor sulphuris deerat. Omnes ad Ec-
clesiã confugiebant: non capiebat multitudinem
ecclesia. Baptismũ extorquebat quisque à quo pote-
rat, non solùm in Ecclesia, sed etiã per domos, per
vicos, ac plateas, salus Sacramenti exigebatur, vt
effugeretur ira, nõ prẽsens vtique, sed futura. Atta-
men post magnã illam tribulationẽ, vbi exhibuit
Deus fidẽ verbis suis, & reuelationi serui sui, cẽ-
sauit, vt creuerat, minui nubes, paulatimq; cõsum-
pta est. Populus securus paululũ factus, iterũ au-
diuit, omnino esse migrandum, quòd ciuitas esset
proximo Sabbato peritura. Migrauit cũ Impera-
tore tota ciuitas, nemo in domo remansit, nemo
domũ clausit, longè recedens à mœnibus, & dul-
cia tecta respiciẽs, relictis carissimis sedibus, vo-
ce miserabili valefecit. Et aliquot millibus tanta
illa multitudo progressa, vno tamen loco fundẽ-
ta ad Deũ orationibus cõgregata, magnum fu-
rũ subitò vidit, & vocẽ magnam emisit ad Deũ.
Tandemq; tranquillitate cõspecta, missis, qui re-
nuntiarẽt, solicita, quę prædicta fuerat, hora trã-
sita, & renũtiantib⁹, quòd salua vniuersa mœnia,
& recta cõsisterent, omnes cũ ingenti gratulatio-
ne redierunt. Nemo de domo sua quidquã perdi-
dit, patente, omnis homo sicut dimisit, inuenit.
Quid dicemus, vtrũ ista ira Dei, an potius mise-
ricordia fuit? Quis dubitat misericordissimũ Pa-
trem corrigere voluisse terrendo, non perdendo
punire, quãdo nihil hominũ, nihil domorũ, nihil
mœnium tanta impendens præsentia calamitatis
fecit? Prorsus sicut solet manus erigi ad feriendũ,
& consternato illo, qui feriẽdus erat, miseratio-
ne reuocari, ita factum est illi ciuitati, &c. Hæc

Augustinus. Paulus Diaconus: Orationibus præsentem perditionem Deus exoratus auertit, probans se solum esse, & conseruatorem humilium, & punitorem malorum. Idem, *lib.* 13. precibus Arcadij Imp. ac populi tribuit ciuitatis ab imminente clade salutem. Idem ait: In vrbe Constantinopoli domus est maxima, habens cognomen Caryæ, id est, nucis: est enim in eius domus vestibulo arbor nucis, in qua (vt sermo est) fuerat appensus Martyr Acacius, & defunctus: ob quam rem etiam Oratorium illic est ædificatum. Hanc Arcadius videre volens, ad orationem venit, protoque completo, reuertebatur: proinde omnes circa Oratorium habitantes, volentes Imp. videre, currebant: dumq; omnes cum mulieribus, atque filijs, simulq; mancipijs extra domum fuissent egressi, repente maxima domus, Oratorio cohærens, subitò tota corruit: clamor cum admiratione secutus est, quomodo oratio Principis tantos ruinæ imminentis periculo liberauit. Eadem habet Socrates, *lib.* 6. *c.* 20. Vide Baronium Anno Christi 407. *pag.* 261.

18. *Theodosij iunioris* Regia non dissimilis huic Monasterio. Nam primo diluculo ille ipsecum sororibus suis Hymnos alternatim decantatos recitauit. Quin etiam sacras litteras memoriter pronuntiauit. Nam cum Episcopis perinde ac Sacerdos iam olim designatus esset, de ipsis disseruit. Quodam anni procelloso admodum & turbido die, consueta statutaque spectacula, populo ea flagitãte, in Circo edidit: vbi autem Circus hominibus refertus fuit, tempestas cœpit esse vehementior, ac cùm magna vis nimis præceps delaberetur, tũ Imperator præcipuè declarauit

qua

go animo erga Deum affectus esset: sic enim populum per præcones compellauit: Quin multo melius est, vt, neglecto spectaculo, omnes vno ore Deum precemur, vti ab imminente procella cõseruemur incolumes. Vix ea verba protulerat, cũ omnes in Circo vno animorum consensu, summaque cum alacritate Deo preces fundere cœperunt, totaque ciuitas quasi vna Ecclesia fuit. Tũ imperator in media populi frequẽtia priuati hominis habitu incedens, Hymnos recitare exorditur: nec spes certè eum frustrata est: nam aër serenus factus est, & annonæ caritas, Dei beneficio, in omnium rerum affluentiam commutata. Ad quando bellum concitabatur, Dauidis exemplum imitatus, ad Deum confugit, pro certo persuasus, eum bellorum administratorem esse: precumque subsidio adiutus, ea prosperè ac feliciter gessit. Hæc *Socrates lib. 7. cap. 22. Barõ. Anno Christi* 425. quæ docent, quantum valent in rectè administrando, securoq; seruando Imperio, erga Deũ pietas, & exactè custodita religio, cùm tantam molem puer vnus atque puella (Pulcheria soror) summa tranquillitate, ab omni Barbarorum, & tyrannorum timore securam, (quod nec temporibus bellicosissimorum Impp. concessum est,) feliciter rexerint, Deo eiusdem Imperij habenas manu apprehendente, atque sua prouidentia moderante, atque protectione custodiente, posito in eo ipso Saluatore muro & antemurali. *Isaiæ* 26.

9. *Carolus V. Imp.* quotidie Horas Canonicas manè perlegit: à cœna etiam redibat semper ad longissimas suas preces, quæ duarum plerumque erant horarum, sicut & matutinæ. Multi, cùm ad-

uertissent eum & domi, & militiæ ęquè continuũ & prolixum esse in precibus suis, dicere solebãt: *Carolus sæpius cum Deo, quàm cum hominibus loquitur.* Quotidie tres quartas horæ partes genu flexo orabat, ac tum nemini in cubiculũ patebat ingressus: post patebat ijs, quibus ius ingrediendi erat, ac tum Horarias Ecclesiasticorũ Horas dicebat: post ad Remp. gerendã se componebat. Non enim suis viribus fidebat: sed totus à Dei Opt. Max. gratia & auxilio pẽdebat, quẽ sibi precibus tã assiduis & longis quotidie conciliare studebat. In singulas bellorũ expeditiones nouas sibi Preces ipse componebat, & sua manu conscribebat, quæ prolixitate ferè æquarẽt septẽ illos Psalmos vsitatissimos, easq; prius examinãdas dabat suis Confessarijs, & ab ijs approbatas, quotidie, etiam in agmine & acie dicebat: nonnunquam, cùm in oratione incalesceret, per speciem exonerandæ vesicæ, aut alui, ab agmine secedebat, vt prolixius ac feruentius oraret. *Ioan. Langhecrucius cap. 1. in Speculo Canonicorum lib. 2. cap. 17.* Gulielmus Zenoccarus *lib. 5. de Vita Caroli.*

Ad primum quæuis arbor non corruit ictum.

20. Anno Christi 1577. Pestis ita per omnes Italiæ oras grassata est, vt miserandã stragem passim ediderit, quędam etiam loca habitatoribus exuerit. Venetias certè magno furore inuasit: ideoque plura millia, ex AErario deprompta, per Prouisores Salutis in egenos distribuebantur. Iamque Venetiæ in solitudinẽ mutari sunt visæ, cùm plures caderent indies, quàm condi possent. Qua calamitate cõmoti Patres, & Aloisij Mocenici Ducis oratione instigati, cùm humana non suppeterent consilia, ad Medicinæ Creatorem sua vota conuerterunt: cumq́ue ira læsi Numinis non risi

per

per pœnitentiam valeat placari, ieiunia precesq; indixerũt, & ad Diui sui Tutelaris patrocinia cõfugiunt, ac facta iniustè acceptorũ restitutione, largisq; eleemosynis datis, tandem Dei beneficio malum cessauit, integræq; sanitati vrbs restituta est. Cuius beneficij memores, Templum augustissimũ S. Saluatori ædificârunt. Sicut enim nullũ in vulnere proficit medicamentũ, si adhuc in eo ferrũ sit: ita nihil proficit illius oratio, cuius adhuc dolus in mẽte, vel odium hæret in pectore. Ipsius namq;, vt rectè ait Cassianus, est oratio perfecta, cuius & caussa clamat, & lingua, & actus, & sermo, & vita, & cogitatio. *Beyerlinck in Chronogr:* 21. Optimè certè faciunt omnes illi, qui negotia sua semper communicant cum Deo, & orationi (quod S. Bern. *lib. 4. de Consid.* à Cardinalibus requirit) plus fidũt, quàm suæ industriæ, vel labori. Si enim ad negotia bene gerẽda iuuat lumẽ boni alicuius & periti Cõsiliarij, idq; magno ęstimari, magno etiã interdũ emi solet: quis melior, aut sapiẽtior Cõsiliarius, quã Deus ipse? Quis autẽ non videt, nullã esse posse tantã vllius hominis prudẽtiã, quæ nõ sæpe aberret, nisi Dei ductu gubernetur? Itaq; ob hãc caussam scriptũ est, Iosue, tantũ virum; neq; ipsum solũ, sed reliquos simul Principes Hebræos à Gabaonitis esse deceptos, quia os Domini non consuluerunt. *Iosue 9.* S. Augustinus ait: *de lap. mul.* Quis est Consiliarius prudentior Christo? quærimus consiliũ? habemus copiã, nõ sapientis, sed ipsius sapiẽtiæ, qui Christus est. Is ergo, qui sic animatus est, vt nihil aggredi sustineat, nisi ante Diuinã opem & gratiã petat, nihilq; aliud expetat, nisi Dei voluntatẽ explere, eũ nunquã deseret Dominus, qui lucẽ ei suã copiosè

immit-

immittet. Dic (inquit idem S. Augustinus, de Verb. Domini in Matth. Serm. 8.) tibi lumen non esse, & clama quod scriptum est: *Lumine tuo Domine illuminabis tenebras meas.* A me enim non nisi tenebræ: Tu autem lumen fugans tenebras, &c.

SIGNVM XXXV.

Otium vitare.

OTIVM TVRPE, TANQVAM MALORVM omnium scaturiginem, fugere: otiosam, ac cessatione torpentem vitam agentes è Repub. explodere, & exterminare.

NAtura humana sicut duris laboribus imbrietur, ita per otia torpētia fatuatur, ait Cassiodorus, (1. *Var. epist. 39.*) Et Alcibiades inquit, apud *Thucyd lib. 6.* ciuitatem negotiosam, si negotium cum otio commutet, statim euersionem, aut, ut minimum, status mutationē passuram. Et Catul. Carm. 51. *Otium & Reges, simul, & beatas perdidit vrbes.* Plato, *epist. ad Prop.* Otiosus semper in desiderijs viuit, &c.

1. Hinc *Theodoricus Gothorum Rex* curauit, ut suo æuo nullarum artium cessaret industria, sollers vbicunque lateret inquireretur. Ennod. in Paneg.

2. Apud *Romanos* æuo *M. Aurelij* Imp. in otiosos animaduersum est, interdictumque, ne quis sine tessera professionis suę per Vrbem ambularet: cui secus, opus foret Censorium: condemnabatur quasi malè feriatus, si ita videretur, ad opus publicum. *Ant. de Gueu. 1. Hor. Princ. cap. 2.*

3. Ap-

3. *Appius Claudius* ait: *apud Val. lib. 7. cap.* 2. Negotium populi Romani melius, quàm otium cõmitti: non quòd ignoraret, quàm iucundus tranquillitatis ſtatus eſſet, ſed quòd animaduerteret, prepotentia Imperia agitatione rerum ad virtutem capeſſendam excitari, nimia quiete in deſidiam reſolui. Et ſanè, negotium, nomine horridum, ciuitatis Romanæ mores in ſuo ſtatu continuit: blandæ appellationis requies plurimis vitijs reſperſit.

4. *M. Cato*, cùm, capta Carthagine, in Senatu deliberaretur, num vrbs funditus deleri deberet, contra Scipionem cenſuit, non tollendam eſſe æmulam Imperij, ne, ea ſublata, deeſſet, quæ lacesſeret, & exerceret milites Romanos: futurum enim, vt milites, deficientibus externis bellis, moverent interna bella, patriæ pernitioſa. *Plut. in vita.*

5. *Sinenſes populi Indici*, barbari alioqui, ac religionis noſtræ expertes, vſque adeò ab otio, ceu peſte quadam, ſibi cauent, vt neminem prorſus ſenari patiantur: ſic omnibus occupatis, vt maxime ſit opificum induſtria, an litteratorum ſedulitas, dubium ſit. Certè tertium genus hominum, hoc eſt, otioſorum, apud Sinas nequaquam inuenitur. *Ex Epiſt. Indic.* Apul. *lib. Florid.* 1. ſcribit, adeò veteribus Indis exoſum fuiſſe otium, vt non prius adoleſcentibus edulia apponerentur, quàm facta diſquiſitione, quid à lucis ortu didiciſſent, vel feciſſent: qui nihil reſpondebat, impranſus foras triclinio extrudebatur.

6. *D. Ioan. à Chokier, in Theſauro Polit. Aphor. lib.* 1. *cap.* 19. ait, ſe Lutetiæ non ſine riſu vidiſſe deſidioſos & validos mendicantes inſtar aſinorum

plau-

plaustris ligari ad asportandas ciuitatis sordes.

Hoc est otiũ domo & familia sua exigere.

7. *Carolus Magnus* filios suos primùm liberalib' studijs erudiri, tum, quàmprimum ætas patiebatur, equorum regimine, armis, ac venationibus exerceri fecit: filias verò lanificio assuescere, colóque ac fuso, ne per otium torperent, operam dare, atque ad omnem honestatem erudiri iussit. *Bellefor. estus in eius vita.* Sic & *Augustus Cæsar* filiam & neptes lanificio assuefecit. *Sueton. cap. 64.* *Euripid.* Quemadmodum, inquit, *Virtus* per labores incedit: ita per otia *Vitium. Semper enim,* vt Lucanus canit, *variam dant otia mentem.*

8. *Maximinus Imp.* à Tribunis quibusdã suis reprehẽsus, parũ decere militũ ducẽ & imperatorẽ tantopere laborare: Ego verò, inquit, quò maior fuero, eò magis laborare cupio. *Xenophon:* Fortibus viris quasi obsonia quædam sunt labores.

9. *Alexãder Magnus:* Nihil est, inquit, magis seruile, quàm luxuria: nihil magis regium, quàm labor. *Cyrus Xenophonteus:* Ego, inquit, arbitror, decere Principem anteire subditis, non vita desidè, & laborum expertè: sed eo, quod rebus prouideat, laboresque libenter subeat.

10. Nulla iustitiæ æquitas, nec prudentiæ ratiõnem habet, vt qui nullam Reip. vtilitatẽ adferũt, à Magistratu honorentur, & Reip. opibus sagimẽtur, & quod erat industrijs & fortibus hominibus tribuẽdum, ignauis & otiosis tribuatur: imò vt apes fucos ignauũ pecus arcent, quòd nec mel conficiant, sed apum cura & sedulitate confectum mel intemperanter absumant: sic homines ignaui, qui nullam Reip. operam nauant, omnes tamen Reip. opes liguriunt, atque deuorant, à Regni finibus expellendi & ejiciendi sunt, ne & alios

tios suo pernitioso exemplo inficiant.

12. *Dionysius Senior* cuidã percontanti, nũ esset otiosus? Abfit, inquit, vt hoc mihi vnquã accidat. Sensit turpissimum esse Regi, vacare vnquam à Reip. negotijs. *Plut. in Apopht. Reg. Cæl. lib. 11. ca. 1.*

13. *Probus Imp.* non patiebatur militem esse otiosum: sed multa opera militari manu perfecit, dicens: Annonam gratuitam militem comedere non debere. *Fl. Vopiscus.*

14. *M. Cato Censorinus* tria in tota vita detestari solebat: arcanũ aliquod fœminæ credere: si trãsisset naui, quò pedibus accedere licuisset: & si qua dies ei per incuriã inanis effluxisset. *Plut. in eius Vita.* Idẽ *in libro, qui inscriptus est, Carmen de Moribus*: Vita, inquit, humana prope vti ferrũ est. Ferrũ si exerceas, cõteritur: si nõ exerceas, tamen rubigo interficit. Itẽ: Homines exercendo videmus conteri: si nihil exerceas, inertia atq; torpedo plus detrimenti facit, quã exercitatio. *Gellius lib. 11. cap. 1.* Otiosi venenum Reip. nominantur.

15. *Antoninus Pius Imp.* multis subtrahebat salaria, quos otiosos videbat viuere, dicens: Nihil esse crudelius, quàm si Remp. ij arroderent, qui nihil in eam suo labore conferrent.

16. *Seuerus Imp.* Symbolum Tribuno dari iussit: Laboremus. *Pertinax*, ad Imperium ascitus, deberat: Militemus. *Ælius Spartianus.*

17. Apud *Athenienses* otiũ & inertia in forũ ac iudicium, (perinde ac delictũ aliquod) vocabantur, seu trahebantur: singuliśq; annis omnes omnino ciues adesse corã Magistratu tenebantur, reponsuri qua arte, quibus opibus ipsi suiq́ue vitã transigerent. Qui ea in re mentiebatur, mortis pœnam subibat. Non ignorabant inopiæ causſam esse

esse pigritiam, & per inopiam plerosque impelli ad flagitia, vt loquitur Isocr. *Orat. Areop.* Atque Areopagitarum hæc in primis cura & solicitudo fuit, qui morum ac disciplinæ publicæ custodes ab Isocrate dicuntur. Eos *Cleanthem, Menedemum,& Asclepiadem*, nouos Philosophos,& qui in nullis erant facultatibus, euocasse, atq; interrogasse memoriæ traditur: qui fieri posset, cùm toto die Philosophiæ operam nauarent, ac nihil penitus possiderent,eorum corpora nihilominus tam bene se haberent,ac tam robusta essent. Cæterùm Philosophos iussisse adduci molitorem, & hortulanum, victus sui optimos testes, qui docerẽt,vti apud se singulis noctibus, aqua nunc conrienda, nunc volutatione rotæ atque pistrini pro opera duas drachmas lucrifacerent. Itaque magnopere admiratos Areopagitas,non solum Cleanthem,Menedemum,& Asclepiadem innoxios dimisisse: sed & ducentarum drachmarum mutuare donauisse. Cleanthes accipere noluit.*Diogenius ex Athemmo lib. 4.cap.2.& lib.5.cap.2.& Lactertio lib. 7. Diod.lib.1.cap. 6. Val. Max.lib.5.cap.4. Gell. lib.12.cap.7.*

17. Narratur & apud *Corinthios* hunc morem fuisse, vt si quem cernerent splendidius ædificari,hunc interrogarent,vnde ille sumptus ei suppeteret,quidue ageret. Quòd si huic vitæ genus sumptus suppeterent, frui sinebant: si autem sumptus facultates excederent, iubebant in posterum moderatius vti, ni parerent, multam imponebant. Quòd si, cùm nihil haberet, tamen splendidè & oppiparè viueret,necandum carnifici iubebant: quia aut hunc furem esse, aut eum furibus participare &c. necesse esset. *Diphilus apud*

catore: *Athen. lib. 5. cap. 2. Dipnoſoph.* Magiſtratus habebit oculum in ſummitate ſceptri vigilantem.

8. *Claudius Nero* ſolitus eſt dicere: Capuam fuiſſe *Hannibali* Cannã, hoc eſt, perniciem: proterea quòd in ea ſuos milites, meretriculis, balneis, alijſque id genus delicijs mancipatos, paſſus eſt effœminari.

9. *Amaſis Rex* apud AEgyptios hanc legem condidit, vt ſinguli eorum ſingulis annis apud Prouinciarum Præſides demonſtrarent, vnde viuerent. Et qui aut hoc non faceret, aut non demõſtraret, ſe legitimè viuere, is morte afficeretur. *Herod. lib. 2. Plutarch. in Solone, AElian. 4. cap. 1.* Eandem legem *Solon*, ab AEgyptijs mutuatus, Atheniẽſibus, vt attigi, tulit.

10. Cùm nuntiatum eſſet *Ephoris Lacedæmoniorum*, quoſdam deambulationibus vti pomeridianis, cum mandato miſerunt ad eos, qui dicerent: Ne deambuletis, vt genio indulgeatis potius, quam vt corpus exerceatis: nam oportere Lacedæmonios non deambulationibus, ſed exercitijs ſanam valetudinem parare, & tueri. *AElian. lib. 14 Var. hiſt.*

11. Apud *Argos*, (his adde *Sardoas*,) etiam, ſi quis in re quærenda negligens foret, & remiſſus, aut ſi deſidioſum aut ſegnem viderent, rationem vitæ, (quo artificio,) victum quæreret, (ſibi paret,) apud Magiſtrum, qui locò Cenſoris erat, reddere cogebatur. *Alex. lib. 3. cap. 13.*

12. Si quis apud *Lucanos* homini otioſo, ac voluptatibus dedito mutuaſſe aliquid conuincitur, is mutuo dato priuatur. *Stobæus Serm. 42. ex Nicolao de Moribus Gentium.*

23. *Florentiæ* in Hetruria patrio instituto animadvertitur in eos, qui otiosi & ignaviter in ea ciuitate agunt. Ex his interrogatus aliquis, vnde victum sibi quærat, & vestitum, si respondere nó potest, nec vitæ innocentiam probare, vt sceleris conuictus plectitur, aut tanquam ciuitati perniciosus, vrbe eijcitur. *Sabell. lib. 6. cap. 1.*

24. *Philippus II. Hispan. Rex* Principum vitam textorum vitæ similem esse dicebat. Quemadmodum enim textoris officium valde laboriosum est, & non assiduitatem solùm continuam, sed & totum hominem requirit, indefessum scilicet manuum ac pedum motum, defixos in tela oculos, quę vt innumeris penè constat filis, facile soluitur, rupto hîc filo, alibi intricato, adeoq; omnia reconcinnanda, tam oculi, quàm manus, sine vlla mora, præsto esse debent: ita Reges & oculos, & manus, adeoque totum animum plurimis negotijs simul intentum habere, & maturè incommodis quibuluis occurrere oportet.

25. *Alexander Magnus* interrogatus qua ratione potissimum tota Asia potitus esset, respondit Μηδὲν ἀναβαλόμενος: omnia enim negotia conficiuntur assiduitate & industria. Vide *simul. Virtut.* 202. Certè quemadmodum Virtus laboribus excolitur, ac magis, magisque inclarescit: ita degeneri otio languet, exolescit ac diffluit. Inutilis turba & otiosi in Rep. sunt similes humoribus vitiosis in corpore.

(***)

SIGNVM XXXVI.

PATIENTER FERRE MORBOS, rerum temporalium, seu facultatum suarum iacturam, iniurias, mortem cognatorum, aliaq; aduersa.

Patientem esse.

POstquam *Antigonus* à graui morbo cõualuerat: Nihilo peius est, inquit: siquidẽ hic morbus submonuit nos, ne animo efferamur, cùm simus mortales. Deplorabant amici, ceu magnum malum, quòd tam grauiter ægrotasset: ille interpretatus est, ex morbo plus accessisse boni, quàm mali. Corpus extenuarat, sed animum reddidit modestiorem: corporis robori nonnihil detraxerat, sed animo detraxit insolentiam, morbum ingẽ periculosissimum. *Plut.* Idem dictum etiam *Alexandro* adscribunt.

Ezechias Rex cùm audisset, Deo puniente, omnes opes suas in Babylonem transferendas, eò, quòd illas Babylonij Regis Legatis nimis iactanter ostẽdisset, animo turbatus non est, sed respondit (4. Reg. 20. v. 19.) *Bonus sermo Domini, quem locutus es. Sit tantùm pax in diebus meis.* Qua patientiæ humilitate meruit, vt regiæ gazæ direptio ad successores eius Ioachim & Sedechiam differretur, quando & populus ob scelera sua tractus est in captiuitatem. Vide Marulum *lib. 5. cap. 5.*

Vetus: Viri fortis animus, quò plus premitur, eóque magis sæuit fortuna, hoc est erectior.

Sigismundus Imp. rogatus, quos Imperio aptissimos iudicaret: Eos, respondit, qui nec secundis rebus insolescerent, nec aduersis frangerentur.

4. Cùm *Themistocles* exilij caussa solum vertere iussus esset, patienter istam iniuriam tulit: à Persis verò non solùm receptus est, sed tribus etiam ciuitatibus donatus, domum ad suos rescripsit: Perijssemus amici, nisi perijssemus: optanda enim est iactura, quæ lucro maiore pensatur. *Vide de Calumnia*, &c.

5. In aduersis confugiendum *primò ad Deum*: qui enim salutem suam Deo committunt, (ait Iosephus *lib.2. Antiq. Iud. cap.6.*) præter opinionem è medijs emergunt periculis. *Secundò ad amicos*: Nam, vt S. Ambrosius, 3 *de Offic. cap.16.* ait: Solatium vitæ huius est, vt habeas cui pectus aperias tuum, cum quo arcana participes, cui committas secretum pectoris, vt colloces tibi fidelem virum, qui in prosperis gratuletur tibi, in tristibus compatiatur, in persecutionibus adhortetur. Et Seneca: *de Tranquil. cap. 7.* Quantum (ò quàm) bonum est, vbi sunt præparata pectora, in quę tutò secretum omne descendat, quorum conscientiam minus quàm tuam timeas, quorum sermo sollicitudinem leniat, sententia consilium expediat, hilaritas tristitiam dissipet, conspectus ipse delectet. Præmia Patientiæ, vide in *Triumpho Virtut.*

Iustus aduersis superior.

6. Quemadmodum petra, maris ventorumque furijs exposita, immota manet, minasque cunctas contemnit, ac spernit: ita etiam iustus, rupis instar, aduersa quæque forti constantique animo perfert, cedere nescius, vt monet S. Cyprianus, *lib.1. epist.3.* Manere debet, inquit, apud nos Fidei robur immobile, & stabilis atque inconcussa virtus, contra omnes incursus atque impetus obstrantium fluctuum, velut petræ obiacentis fortitudine & mole debet obsistere. Docet nos vir

lectus impetum omnem, quantumuis vehemen-
em infracto animo sustinere, petræ imitantes
ortitudinem, quæ maris aëriscque minis sine vlla
ermissione resistit: quod & Virgilius hisce
rsibus expressit:

Ille velut pelagi rupes immota resistit.

Vt pelagi rupes, magno veniente fragore, &c.

Cogitabunt Magistratus, rebus aduersis ten-
ti, exerciti, probati, *primò*, difficile esse virtu-
eum reuereri, qui secunda semper fortuna sit
ius. (Cic. 4. *ad Heren.*) *Secundò*, aduersitatis ex-
citatione nos effici prudentes. (*Boët.* 2. *Consol.*
prosa 8.) παθήματα enim sunt μαθήματα. Plato:
Quæ nocent, docent: aliorum nocumenta, sint
bis documenta. Hinc *Cræsus Rex* ait: (*apud He-*
rod. lib. 1.) Mei casus, etsi ingrati, mihi tamen exti-
re disciplinæ. Et *Cato*: (orat. pro Rhod. *apud*
Gell. 7. *cap.* 1.) Aduersæ res docent, quid opus sit
acto: secundæ res lætitia transuersum trudere
olent à rectè consulendo, atque intelligendo. Et
erè quid ab illo exspectes, qui semper fortunã
uentem, nunquam nouercãtem sensit, nisi mol-
a, leuia, parum sana? *Seneca epist.* 69. ait: Nõ est
uod existimes vllam mentem aptiorẽ esse, quàm
uæ se multis experimentis; longa ac frequenti
rum patiẽtia domuit; quæ ad salutaria mitiga-
a affectibus venit. Et *de Prouid. cap.* 4. Non est
obor solida, nec fortis, nisi in quam frequens
otus incursat: ipsa enim vexatione constringi-
r, & radices certius figit: fragiles sunt, quæ in
ptica valle creuerunt.

Rex Dauid dicebat: (2. *Reg.* 12.) Cùm *adhuc*
arvulus filius *viueret*, lugebam: erat enim spes
ongiorem vitam impetrandi: at post mortem

stultum est lamentationibus animũ inundare: ego ibo *ad* illũ, *non ille reuertetur ad me*. Addit S. Augustinus: (*Serm.2. de Conf.mort.cap.5.*) Qui sub lege positus erat, suam, suorumq; tristitia compescuit: nos, qui sub gratia sumus, qua fronte mortuos nostros gentilium more plãgimus? Syrach 22. *Modicum plora supra mortuum, quoniam requieuit.* 1.Thess.4. *Non contristemini*, &c. *Abraham* proprium filium alligare, iugulare, & mactare iussus est, &c. *Origen. Hom.8.in Genes.* & 3. *Iob* nihil acerbi passus est, cùm intempestiuam suorum omniũ mortem audiret, eò quòd Deum plus amaret, quàm illos. *Chrysost. Hom.6.in cap.1. ad Thess.*

Infelicio-res, qui faciunt iniuriam, quàm qui patiuntur.

9. *Agis Laconicorum Regum* vltimus, per insidias raptus, ac præter meritum ab Ephoris condemnatus, cùm ad laqueum duceretur, conspicerentque quendam è lictoribus flentem, ob indignitatem rei, cuius cogebatur esse minister: Desine, inquit, ô *homo vicem meam flere. Nam sic morimur præter ius & æquum, melior, feliciorq; sum his qui me occidunt.* Hæc locutus, vltro collum laqueo induit.

10. *Anaxandridas* Leontis filius cuidam accusanti, quòd cogeretur vrbe exulare. *Ne, inquit, vir optime, exhorrescas exulare ciuitate; sed iniustitia exulare horrendum est.* Sensit non esse miseros, quibus præter meritum, incolumique innocentia accidit aliqua calamitas; sed eos vere plorandos, qui sua sponte discesserunt ab honesto, etiamsi nulla sequatur calamitas.

11. *Henricus VI. Anglorum Rex* iniuriarum, quibus identidem affectus est, (bis enim in vincula ab Edouardo IV. Regni inuasore coniectus est,

ipatiens, vt non vindictam appeteret; sed ob illud ipsum Deo Opt. Max. gratias ageret, quòd per id sua delicta dilui putaret. Quid quòd vir tantus tot sibi mala cùm suis, tum suorum maiorum permultis peccatis vitijsque venisse prædicabat. Itaque Regno exutus, & filio vnico Edoardo occiso, non quam dignitatem, quos honores, quem vitæ statum, quem filium, quos amicos amisisset, magnopere cogitabat, aut dolore torquebatur; sed in qua apud Deum offensa esset, id curabat, id lugebat, id dolebat. *Polyd. lib. 24.*

11. *Demetrius Phalereus*, nihil sibi videri dicebat infelicius eo, cui nihil in vita vnquam accidisset aduersi; quòd oporteat talem hominem, aut sibi ignotum esse, vt qui nunquam sui periculum fecerit: aut Dijs inuisum, vt quem præterierint velut ignauum, nec idoneum ad fortunæ conflictum. *Brusoni. lib. 3.* Certè qui vario fortunæ æstu exerciti sunt, tanquam in speculo propositis sibi variorum exemplorum imaginibus, vident quæ vitanda, quæue amplectenda. Syr. 34. *Vir in multis expertus, cognabit multa. Qui non est expertus, paucareconoscit.*

12. *Romulus primus Rex Roman.* dicebat infelicitatem hominibus maximè prodesse: quòd in rebus aduersis doceamur de rebus antea nobis ignotis. Bonum nauclerum non reddit secundus ventus.

14. *Gelimer Rex VVandalorum in Africa*, per Belisarium captus, & ad Iustinianum perductus, cùm in Hippodromum peruenisset, & tam Imperatorem in solio sedentem, quàm vtraque parte vulgus adstans vidisset, subridédo illud (*Ecclesi.*)

identidem exclamauit: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*: aperuit eius oculos afflicta fortuna, quos arridens & prospera excæcauerat. Paul. Diac. 6. *hist.*

15. *Mithridates* de se ait: Mihi fortuna, multis rebus ereptis, vsum dedit bene suadendi. Iust. 4. *hist.*

16. *Hannibal* longè prudentior est effectu (vt & *Vlysses*) rebus contra nitentibus, & aduersis, quàm secundis, & ad optatum fluentibus. Gessit ille procul à domo, in hostium terra per annos 13. vario Marte bellum: & quidem exercitum non tam suorum ciuium, quàm ex colluuie barbarum gentium conflato, quibus non lex, non mos, non lingua communis: alius habitus, alia vestis, alia arma, alij ritus, alia sacra essent: & tamen, si Romanum potentissimum hostem plerunque à tergo haberet, ita se gessit, & continuit diuersa hæc ingenia, vt vinculo quasi vno copularet, nulla inter ipsos, nec aduersus eum seditio, ipso illo tempore exstiterit, cùm alioqui & pecunia ipse in stipendium, & commeatus in hostium agro deessent. Hinc de seipso sic gloriatur, apud Liuium *lib.* 10. Me senem ætas, & iam secundæ & aduersæ res ita erudierunt, vt rationem sequi, quàm fortunam malim. Satis ego documenti in omnes casus sum. Liceat ergo cum Plinio (*in Paneg.*) exclamare: *O quàm vtile est ad vsum secundorum per aduersa venisse!*

Vide de Calumnia.

(***)

SIGNVM XXXVII.

PATIENTER FERRE, SI CONsilia sua non consequantur felices successus, & subijcere se Prouidentiæ Dei.

Seneca ait: *epist.* 108. Optimum est pati, quod emendare non possis: & Deum, quo auctore cũcta eueniunt, sine murmure comitari. Rectè: cùm eventuum felicitas in nostra potestate non sit; sed solùm ratio, consilium, prudentia. Deus est, cui rerum exitum in potestate tenet: (*Thucyd.* 4. dist.) qui disponit consulta, eaque dirigit, ac vertit quocunque lubet; idque bono semper fine, cum fons & principium sit omnis bonitatis.

Hinc *Thymoleon Corinthius* patriam suam à tyranno Dionysio oppressam liberauit, Syracusas & Siciliam in libertatem pristinam asseruit, utque tot annis desiderata donauit. Verùm, vt libent lætis misceri tristia, haud ita diu post istos successus, longè maximas expertus fuit fortunæ acerbitates, quas tamen adeò forti constantique animo, vt nunquam frontem mutasse dicatur, hoc tantum dictitans: Rerum humanarum nihil sine Diuino Numine agi. *AEmil. Probus, vt & Niceph.* (Auctor rerum, flectit habenas rerũ.) irrita consilia sine ope Numinis.) (Prou. 1. *Non est sapientia, &c. contra Dominum.*) Gregoras ait: lib. 7. Cùm Diuina Prouidentia non commilitat consilijs actionibusq; hominum, malus ijs exitus obuenit: nam tunc neque vir consultus, consultus

est; nec fortis, fortis: imò sapientissima consilia, insipienter desinunt; & generosa ac fortia facta, turpem & infamem exitum consequuntur. Sed cogitandum illud Ciceronis: (*Lib. 5. ad fam. epist. vlt.*) Præter culpam, aut peccatum hominis accidere nihil potest, quod sit horribile, aut pertimescendum.

2. *Maximilianus* II. *Imp.* si cubi res aduersa animũ eius sollicitarẽt, conceptũ à se Symbolũ proferebat: *Dominus prouidebit.* Ita acies mẽtis ad eũ cõuertenda est, qui spẽ nostrã in aduersis nunquã fefellit, & qui in misericordia omnia disponit. (*L. Pecenstin. in Symb. Impp. Dion. Hal. Sap. 15.*)

SIGNVM XXXVIII.

PATRIAE PRIVILEGIA non tollere.

Patriam ornare.

1. REx *Angliæ* Regnum capiẽs, in solemni Coronationis Sacro iurat promittitque, se omnia iura, libertates, Priuilegia publica & priuata, Iuri cõmuni non contraria, Ecclesijs, Principibus, Baronibus, Nobilibus, ciuibus, incolis, per suos antecessores Reges iustè donata, ab Ordinibusq; tempore Interregni statuta, obseruatura &c. Iustitiamq; omnibus incolis iuxta iura publica administraturũ. Quòd si Sacramentũ violauerit, nullã ei incolæ obedientiã præstare teneãtur. Eadem est reliquorum Regum, Hispaniæ, Galliæ, Daniæ, Poloniæ, Imperatoris Germaniæ aliorumq; Christianis Regnis, & Imperijs conditio.

2. *Duces Brabantiæ* in Belgio, more institutoq; maiorum, etiam obstringunt se iuramẽto, de seruaturos se libertates & Priuilegia patriæ.

3. Cùm à *Ioanne Angliæ Rege* Proceres pro-

ret, vt sincerè confirmaret illis antiquas patriæ leges & libertates, quemadmodũ Regno inauguratus iurauerat, ipse eas ad se transmissas, accuratè & singulatim perlegens, cũ iracundia respõdit: Se nõ magis velle aut posse eas ratas habere, quàm Diadema Regni sui tradere: Proceres contra retulerunt, sese eum bello sempiterno prosecuturos, donec ijs confirmandis iuramento suo sinsfeciſſet, emissisque in omnes Regni partes Edictis, belli huius causſas veras exposuerũt. Ideo nox non solùm omnes per Regnũ Magistratus, qui Regio nomine publica munia curabant, ab officijs suis exequendis destiterunt; sed & omnes Regis famuli domestici eum deseruerunt, adque Proceres cõuolârunt. Quo tandẽ factũ est, vt potestatis libẽter assẽserit, easq; interposuerit fidei suæ cautiones, quas ipsi Proceres desiderarent.

SIGNVM XXXIX.

IN PATRIAE GRATIAM MAgistratum suscipere.

¶ Icet viri prudentes non ambiant Magistratus, tamen oblatos suscipiunt.

(ab institutione Diuina.) quia Deus ipse Magistratum instituit, vt sit *vindex in irã ei, qui malè agit*: (Rom. 13.) & cùm certis officijs aliquos velit destinare, hos donis diuersis solet ornare. *(Plat. de præc. ger. Reip.)* Vt & in apicularum lege naturale quid reperitur ad gubernandum accommodatum: ardet maculis auro squamoribus, maior paulo & longior est, quàm reliquæ apes, cruribus rectioribus vtitur, spiculo ornat, quãdiu viuit colitur & obseruatur, similis exhor-

exhortanti circumit aliorum labores. (*Virg. in Georg. Colum. lib. 9. cap. 10.*)

2. *à Naturæ conditione.*) Ipsa Natura Magistratum requirit: cùm enim sine ordine constare nihil queat, necessariò alij priores, alij posteriores sint, & in omnibus, quæ in vnum disponuntur, quiddam nascatur Principis vicem gerens: in corporum vniuersitate corpus cæleste reliqua moderetur, omnia animalia rationale animal regat, &c. *Cæl. lib. 13. cap. 29.*

3. (*à Necessitate.*) quia corruit *populus*, vbi nullus *gubernator*: (*Prou. 11.*) sunt homines sicut oues absque pastore: (*Num. 27.*) vt reptilia ducem non habentia: (*Habacuc 1.*) in diuersa omnes distrahuntur, nemine existente, qui commune bonum curet, & in medium consulat: (*Plato 1. de Leg.*) seditionum ac licentiæ procellis cuncta agitantur. (*Liuius lib. 39.*) Leges etiam optimæ non modò non prosunt, ac ridentur; verùm plurimum quoque nocent Reip. (*Plato 6. de Leg.*) litteræ enim sunt, scriptura constant, neque opem ferre sua præsentia possunt; sed vt firmæ ratæque habeantur, Magistratus auxilium implorant: (*Demosth. in Midiam.*) imò sine imperio nec domus vlla, nec gens, nec hominum vniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. (*Cic. 3. de Leg. Dion lib. 41. Pont. 4. de Cœlest.*) Testantur hoc non ἀναρχίας modò, sed interregnorum etiam incommoda. *Vide Plut. in Numa.* Alexandro mortuo, verum deprehensum fuit, quod Demades dixit, exercitū eius similem esse Cyclopi eruto oculo. (*Diodor. lib. 18.*) Quanta Iudaico in populo fuerint scelera perpetrata tum, cùm legitimus Rex ac Magistratus nullus fuit,

Spiri-

spiritus Sanctus ostendit *Iudic.* 18. Est enim Magistratus vinculum hoc, per quod Resp. hæret: est spiritus ille vitalis, quem tot millia trahũt: nihil illa per se futura, nisi onus & præda, si imperij flamens subtrahatur. (*Seneca* 1. *de Clement. Lipsi.* lib. 2. *Polit. cap.* 1.)

(*à Simili.*) Hinc Magistratus comparatur cum *Coryphæo*, quo sublato è choro, cãtus parum conueniens est: & *Duce*, quo absente, acies sine ordine procedit: & *Nauclero*, quo priuata nauis, fluctibus obruitur: & *Pastore*, quo ex oculis remoto, grex dispergitur, ac lupo præda fit: (*Arist. 3. Pol. cap.* 4.) & *Anima*, in corpore: *Sole*, in cælo: (*Idem lib.* 4. *cap.* 15.) & *Oculo*, quo obscurato, reliquæ partes minimè vident: & *Patre*, qui ciues tanquam liberos diligit, ijsque necessaria suppeditat: & *Medico*, qui diligenter morbos quærit, nulla ciuitatis sapienter curat: (*Idem* 3. *Pol. cap.* 4. 11.) denique *Vitibus*, & *Arboribus*, simul vmbram ac fructum præbentibus. (*Ezech.* 31.)

(*à Commodis priuatis.*) Adhæc illiberalis ac stolidi est, sibi tantùm viuere: nihil turpius, quã hospitium præbentem Remp. deserere. (*Plut. in præc. ger. Reip.*) Neque nostrum quisquam sibi soli natus est; sed ortus nostri partem sibi patria vendicat, partem parentes, partem amici: (*Plato epist.* 9.) & propterea veteres hominem φῶτα appellãrunt, quòd inclarescendi à natura ei amor fit inditus. (*Plut. in libello, an rectè dictum, latenter viuendum.*) Turpe est, ita viuere, vt nemo te vixisse sciat: imò hoc quoque pernitiosum, quòd in otio vita consumpta, & animos, & corpora perdit: ac sicut aquæ sub vmbra latentes, nec fluentes, putrescunt; ita facultates motuum expertes

pertes pereunt. *Ibidem.* Præterea Magistratus vtrum ostendit, &, vt cognosci non potest integri, nec ne, vas sit, nisi liquor infusus fuerit; ita nec homo cognosci potest, nisi imperium ei creditū, commissumq; fuerit. (*Plut. in præceptu ger. Resp.*) Consequitur etiam Magistratus honorem, Deorum appellatione dignus iudicatur: imò populus Rectorē suum non alio animo intuetur, quim si Dij immortales potestatē visendi sui faciant. (*Seneca 1. de Clem.*) Honor autem est præmium amplissimum bonum diuinum: (*Plato 1. de Leg.*) externorum bonorum maximum: (*Arist. 4. Ethic. cap. 7.*) laborem omnem dulcem facit: (*Plut. de animi tranquil.*) & præsidium firmissimum vitæ sine metu degendæ suppeditat. (*Cic. 1. de Fin.*)

Ac licet Magistratus necesse habeant expertam ingratitudinem, odium, inuidiam, seditiones, & alia incommoda: (hæ Obiectiones motæ fuerunt loco de Ambit.) tamen à Deo defenduntur. Vti Moyses & Aaron contra lapidationē, (Num. 14.) & contra Chore, Dathan, & Abiron: (Nū. 16.) & Dauid contra Saul & Absolomū, (1. Reg. 23. 2. Reg. 18.) Suspicionibus quoque, querelis, reprehensionibus subditorū facile occurri potest, (nec propter eas deserenda est Resp.) si quis ad suspiciones parum commodas conniueat, inimicitias, & dissensiones veras relinquat, fusq; deq; ferat, bene malè, siue bene audiat. Adhæc, si populus aliquid habet suspectum, quod reuera bonum ac vtile Reip. non cum omnibus, sed facta separatione & seiunctione, cū paucis agat, instituti rationem exponat placidè, operā det, vt quasi conuicij sua sententia discedant. (*Ibid.*) Tū istud cōsideret, querelis, reprehensionibus, conuicijs effici, vt quis vique-

quequaq; cautus, sibiq́ue attentus viuat, & ne-
ue vel dicat, vel agat quicquã temere, aut incõ-
deratè: sed vitam, tanquam in exacta victus ra-
tione, sine reprehensione cõseruet. (*Plut. de vtil.
inimicis cap.*) Odio deniq; multi habentur vi-
qui ex hominibus sublati desiderantur, &c.
Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit.

SIGNVM XL.

PATRIAE BONA PROMOVE-re, malaq́, auertere.

QVum ingens rei frumentariæ Romæ esset penuria, *Cn. Pompeius*, titulo quidẽ annonæ procurator, re autẽ vera maris terræq́; dominus declaratus, in Africã, Sardiniam, ac Siciliã nauigauit, multaq́; frumenti vi collecta, properabat in Romã. Verùm cùm ingenti tempestate obortæ nauclerí detrectarẽt nauigationẽ, ipse primus nauem ingressus, iussit anchoras tolli, clamans: *Nauigemus, vrget necessitas: vt viuamus, non vrget*: significans patriæ periclitantis habendã rationem potius, quàm priuatæ incolumitatis. Siquidem Reip. subleuandæ curis immori, pulchrũ est & patriam in extremo discrimine nostra cessatione deseri, turpissimum est. *Plut. in Rom. Apophth. Vide Signum* 10.

Phocion Atheniensis cùm ab ingrata patria morti adiudicatus, cicutam iam biberet, filio nũciari demandauit, ne ob eius mortem patriam odio haberet, sed ab omni vltione desisteret. *AEtian. lib. 12. de Var. hist.*

Thrasybulus cùm Atheniensium vrbem 30. Tyrannorum, à Spartanis impositorum teterrima dominatione liberare cuperet, paruaq́ue manu

maxi-

maximæ rei molem aggrederetur, & quidam è conscijs dixisset: *Quantas tandem tibi Athenæ per te libertatem consecutæ, gratias debebunt?* respondit: *Dij faciant, vt quantas ipse illis debeo, videar retulisse. Val. Max. lib. 5. cap. 6. Platina lib. 1. de optimo ciue.*

4. *Cicero* duo ante mortem patriæ, quam vnicè adamabat, apprecabatur. *Primum*, vt, priusquam lucis vsura priuaretur, patriam pacatam videre posset, liberamque à tyrannide. Secundum, vt cuique sic eueniret, quomodo de Rep. meritus esset. *Phil. 2.*

SIGNVM XLI.

Pauperes amare.

PAVPERVM ET PEREGRINORUM diligentem gerere curam, in eosq; liberalem esse.

1. *Constantinus Monomachus Imp.* templum instituit, in quo grauati senio, & adlabentes inutiles fouerentur. *Rauisius. Vide de liberal. in subditos.*

2. *Theophilus Imp.* hospitale fecit in loco, vbi prius meretricum diuersorium fuit. *Cassiu.*

3. *Mauritius Imp.* domum condidit, in qua leones morbosi alerentur, multosq; ei suppeditatus sumptus, ad sustentandos morbis confectos fratres. *Cedren.*

4. *Romæ* per totam Vrbem multa sunt Xenodochia, seu receptacula peregrinorum: & publica omnium, vt S. Spiritus, S. Saluatoris, S. Mariæ de Consolatione, S. Iacobi de Augusta: & propria singula-

singularum ciuitatum atque nationum; vt Florentinorum, Germanorum, Hispanorum, Gallorum, Anglorum, Flandrorum, Vngarorum &c. in quibus infiniti homines, grauibus morbis laborantes, domestici, atque externi, tum curantur, tum aluntur. *Georg. Fabric. in Roma.*

Constantinus Magnus liberalissima munificentia pauperes, seu adultos, seu liberos, qui à parentibus ali non possent, ex *Fisco* iuuit; idque, vt vbique fieret, ad Prouinciales legem misit. Multa cum solicitudine (magna cura) nudis vestimenta procurauit. *Euseb. lib. 4. de Vit. Constant. cap. 28. Vide Baron. Tom. 3. Anno Christi 314 pag. 121.* De profusa eiusdem erga pauperes munificentia Eusebius ait: (*Lib. 1. Vit. Constant. cap. 36.*) Exteris, qui illum adibant, benignum & liberalem se præbere: miseris etiam & abiectis, qui in foro & plateis palam mendicabant, non pecunias solùm, & res ad victum necessarias; sed etiam decentem corpori vestitum subministrandum curare. Illis quoque, qui prima ætatis tempora feliciter traduxissent, & prosperè; post tamen, graui vitæ facta mutatione, in res asperas, afflictasq; incidissent, tutiora, vberioraque vitæ subsidia impartiri, & beneficia magnifica, animoque vere Regio digna conferre. Quorum nonnullis agrorum donare possessiones, alios varijs dignitatis ornamentis honestare. Quos autem orbitas miserè afflixerat, eos patris curare loco: viduas omni ope destitutas recreare, propriaque ac sua prouisione illis sedulò prospicere: puellas parentibus orbas, & ab eorum auxilio desertas, viris sibi notis & locupletibus matrimonij vinculo iungere, easque largè & liberaliter nuptis suppeditando,

Liberalitas erga pauperes.

quæ illarum viris in nuptijs contrahendis essent necessariò conferendæ, &c. Neque quisquá recto ad eum aduentauit, qui non aliquo bono potitus sit: neq; eos spes bona frustrata est, qui ab eo aliquid exspectarēt auxilij. *Vide de Misericordia. De oppressoribus pauperum vide Theatrum hist.*

6. Optima foret Eleemosyna, si Magistratus institueret Congregationē ex omnibus Reip. mendicis, ad quam certo die conuenirent, & in qua docerentur, & excitarentur ad pietatem, & vt libenter conuenirent, aliquid eis corporalis alimenti distribueretur. Sic *Romæ* fit, ait P. *Carolus Regius Societ. IESV, in Christiano Oratore, lib. 3. cap. 23.* vbi ad radices montis Quirinalis pauperculorum hebdomadaria conglomeratio in Aede S. Vitalis congregatur, qui tū singulatim à nostris Nouitijs circa res Christianæ disciplinæ, tum ab Ecclesiaste è superiore loco instituuntur: atq; inde post Litanias decantatas, singulis viritim panē & pecuniolis, piorum ad id liberalitate corrogatis, subuenitur. In eodem Templo, singulis mensibus, non sine concursu pauperibus porrigitur Sanctiss. Sacramentum Altaris.

7. *Tiberius*, vt honestam innocentium paupertatē leuauit: ita prodigos, & ob flagitia egentes, mouit Senatu, aut cedere passus est. *Tac. 2. Annal.*

8. *Nero*, sub initium Imperij, neque liberalitatis, neque clementiæ, nec comitatis quidem exhibēdæ vllam occasionem omisit. Senatorum nobilissimo cuique, sed à re familiari destituto, annua salaria, & quibusdam quingena constituit. *Sueton. cap 10. Tac. 13. Annal.*

9. *Augustus Cæsar* non solùm Hortalum Hortensij nepotem, vt vxorem duceret, hortatus est: verùm

rerùm etiã pecuniã ei largitus est, ne (vt ait Tac. lib. 2. *Ann.*) clarissima familia extingueretur.

9. *Valentinianus & Marcianus Impp.* dicebant: humanitatis suæ esse egenis prospicere, ac dare operam, vt pauperibus alimenta non desint. (*l. omnes leges* 12. *Cod. de Sacros. Eccl.*)

10. *Robertus, Capetis Regis Galliæ filius,* mille pauperes humanissimè semper fouit, eisque iumenta præbuit, vt se, quocunque iret, consequerentur, ac pro se vota facerent. Quo factum est, vt nemo eo diutius, aut felicitate, aut tranquillitate maiore imperarit. *Bodin. 6. de Rep. cap. 1.*

11. *D. Ludouicus.* 18. rerum humanarum & diuinarũ Collegia suis opibus fundauit, tametsi 120. pauperes haberet, qui se humanissimè consequentur, & eodẽ eos, quo seipsum victu sustẽtaret: cibus Quadragesimæ numerũ eorũ duplicabat: eosq; annos 44. summa cum sui nominis gloria imperauit, & ita imperauit, vt hostibus formidolosus, amicis charus, subditis Deus, omnibus sanctus haberetur, & quinque filios, & quatuor filias, se moriente, viuentes, & Regnum armis, & legibus longè florentissimum reliquit. Extrema verò cohortatione filium Regni successorem piissimè admonuit, vt Deum in primis veneraretur; deinde egenos, ac tenues, quanta maxima posset, benignitate tractaret.

12. *Ludouicus V. Rex Scotorũ,* pater pauperum, ob liberalitatem in eos, dictus fuit. Vtinam omnes Magistratus mentibus suis altè imprimerẽt illud Agapeti: (*in epist. paræn. ad Imp. Iustinian.*) Vestimentũ non veterascẽs est, beneficẽtiæ amictus: & nunquam rupta stola est, amor erga pauperes. Eũ igitur oportet, qui piè regnare vult, taliũ indumentorum

torum pulchritudine animam exornare. Amoris enim in egenos qui indutus est purpuram, cœlestis quoque Regni compos efficitur.

14. Doceat Magistratus suam familiam blandè appellare pauperes. Nam mulier quædam inops gemellos pepererat filios. Hæc cùm à Margarita Florentij, Comitis Hollandiæ & Zelandiæ, filia stipem peteret, ab ipsa irrisa, eleëmosynam nullam extorsit: *illegitima*, inquit Matrona, *soboles illatua est.* Qua responsione offensa mendica, Deum exorauit, vt tot Margarita pareret liberos, quot anni dies currunt. Peperit itaque trecentos amplius liberos viuos, & duplici pelui baptizati sunt: masculi nominati Ioannes, fœminæ verò Elisabeth, omnesque mox cum matre extincti sunt, & sepulti Loosduni, non longè à Haga Comitis in Hollandia. Seruantur adhuc pelues, adiuncta Tabella, qua gesta rei historia continetur. Et referunt Batauorum Annales. Docemur igitur hoc Exemplo pauperes non superbè repellendos; sed si eleëmosynam erogare non potes, saltem consolationem adhibendam.

15. Qui peregrinantur, vel studiorum, vel morum gratia, ij singulari digni sunt amore: qui amore scientiæ exulant, & vitam suam periculis exponunt. (*Lib.4. Cod.t.13.*) Plato erga eiusmodi peregrinos humanitatem & comitatem exerceri iubet. (12. *de Leg.*) 1. *de Leg.* addit hanc rationem: quòd amicis & cognatis sint orbati, ideoq; Deum habeant vltorem, si quà iniuria afficiantur.

Apud *Venetos* vigent plures Leges contra vagabundos & errones, de quibus Maiolus *in Diebus Canic. Tom.3.colloq.1.pag.850.*

SIC.

SIGNVM XLII.

PAVPERES NON EXCLVDERE *à Magistratu, & officijs publicis.*

CAEteris paribus satius esse videtur, diuitibus, quàm pauperibus Magistratus committi. Quod docetur:

1. *à commodis.* Nam res & pecunia obsidis & pignoris est loco apud Remp. &c. *Gell. lib. 16. cap. 13. Vide M. Iun. quæst. Polit.* Et qui bene rebus suis consulunt, etiam publicis prospecturos verisimile est: vt contra, qui sibi malus est, alijs bonus neutiquam erit: nec diligentiam, ac prudentiam in Rep. adhibebit, qui domui suæ præesse nescit. *Isoc. ad Dem. & de Pace, AEschin. in Timarchum, & Ctesiph.*

2. *à conditione diuitum.* Sunt enim rerum experientia instructi melius, quàm pauperes: quia nō latent, vt pauperes, delitescunt, sed in luce viuunt. *Arist. 2. Pol. cap. 7.* Domesticis negotijs minus, vt pauperes, impediti, diligentiam maiorem in reipublicis tractandis adhibent. (*Isocr. in Nicocle.*) Cumque in Magistratu non solùm amor subditorum; sed etiam potentia requiratur, hanc ad rem diuitiæ plurimum commodant. (*Arist. 3. Pol. cap. 9.*) faciunt, vt magnificentius sese homines gerant, minus circumagantur à pecunijs, aut affectibus. (*Liu. lib 1. Arist. 2. Pol. cap. 7. AEmil. lib. 1.*)

3. *ab incommodis paupertatis.* Onus enim graue, & morbus Reip. magnus est paupertas. (*Plut. in Lycurgo.*) res perniciosa in imperante est tenuitas: animal periculosissimũ Rex pauper. (*Cassiod.*

lib.11.var.) Eò egestas impellit, vt munera capiantur, quæ sapientum oculos excęcant, verba iustorum subuertunt. (*Deut.16.*) Contemptum etiam parit, qui Magistratui perniciosus est. Vnde *Phormio Atheniensis*, vir bene moratus, sed male nummatus, classi præfectus, imperiũ recusauit, quòd diceret, pauperẽ se, & obæratũ, nec authoritatis satis apud milites, nec mentis ad cogitandũ habiturum. (*Pausanias in Atticis.*) Adhæc est in caussa, vt timidè cuncta agantur. Vitiorum ac flagitiorum faces accendit, (*Plato 4. de Rep.*) & Virtutis viam arduam deserit. (*Horat. lib.3. Carm. Oda 24.*)

4. *ab Exemplis. Salomonis* immensæ opes fuerunt, & fecit idem, vt tanta esset auri argentique copia in Hierusalem, quanta & lapidum. (3. Regũ 10.) *Aurelianus* Imp. factus, cùm Magnates interrogaret, quo pacto imperandum esset: responsum tulit: auro ac ferro munitum eum esse oportere: illo apud amicos, hoc apud hostes. (*Zon.*) *Carthaginenses* non optimos solùm, sed & ditissimos censuerunt Magistratibus admouendos, quòd arbitrarentur, fieri nõ posse, eum, qui egestate premeretur, rectè syncereque Magistratum gerere. (*Cæl. lib.20. cap. 24.*) Etiam *Census* apud *Romanos* in Senatore, ac Magistratu laudatus fuit, ne splendor Ordinis amplissimi rei familiaris angustijs obscuraretur. (*Sigon. de antiquo iure ciuium Rom. lib.2. cap. 2.*) Ante Augustum Census Senatoribus fuit sestertium octingenta millia, qui auctus post fuit. Quin etiam, si, posteaquam lectus esset Senator, Censum labefactasset, ordinem amittebat. (*Idem, & Alex. lib. 4. cap. 11.*) Nero Senatoribus, tenui in re familiari constitutis, annua salaria con-

constituit. (*Ibid. & Sueton.*) *Thebanorum* quoque lex fuit, vt mercenarij annos decem à foro abstinerent, suisque acquisitis bonis honestè viuerẽt, antequam ad Magistratum admitterentur. (*Arist. Pol. cap. 3. Val. lib. 4. cap. 4.*)

Licet ergo in Magistratibus constituendis, cæteris paribus, diuitiarum sit habenda ratio: tamẽ *pauperes ab honoribus & Magistratu prorsus excludendi non sunt*, quod docetur:

1. *ab Exemplis* eorum, qui pauperes Magistratus gesserunt. *Epaminondas* Imp. Thebanorum, tam fuit pauper, vt vnicam tantùm vestem haberet, quæ cùm resarcienda esset, domi est manere coactus. (*Plut.*) *Aristides* Athenienſis adeò pauper obijt, vt domestico sumptu funerari non potuerit; filiæ, paternæ virtutis causſa, publico ære matrimonio locatæ sint. (*Idem.*) Apud Romanos.

Pauper erat Curius, *Reges cùm vinceret armis:*

Pauper Fabricius, *Pyrrhi cùm sperneret aurũ.*

Valerius Publicola tres Romæ Consulatus gessit, ita tamẽ tam inops decessit, vt patrimonium eius non sufficeret ad impensam exsequiarum, quæ ideo publica pecunia ductæ sunt. *Cn. Scipio*, post res prosperè feliciterq; in Hispania gestas, summa in paupertate decessit, ita vt filias publicè Senatus ob inopiam dotarer. (*Frontinus lib. 4.*)

2. *à commodis paupertatis.* Paupertas per se turpis non est, nisi sit indicium socordiæ, intemperantiæ, prodigalitatis. Viro temperanti, laborioso, iusto, forti, & qui omnibus virtutibus prædito, in publico versatur, paupertas magni animi testimonium præbet, cùm non possit magnas res gerere, qui paruas curat. (*Plut. in Aristide.*)

3. *ab ijs, quæ in Magistratu spectanda sunt.* Nihil est absurdius ac pernitiosius, quàm dignitatem quæstu metiri, cùm sæpe aut furtis, & rapinis, aut casu quodam fortunæ dentur, & eripiantur. Neque ars sordida, sed mens; non facultas, sed virtus; non adiumenta fortunæ, sed ornamenta animi in electione spectãda sunt. (*Arist.* 3. Pol. cap. 3.) Sæpe enim Reges, ciuitates, ac nationes, per opulentiam magna imperia amiserunt, quæ per virtutem inopes ceperant. *Sallust. in Fragmento.*

4. *ab incommodis*, quæ oriuntur, cùm solæ diuitiæ spectantur. Nam diuitiæ pariunt negligentiam, inuehunt desiderium omnia per luxum ac libidinem perdendi. (*Liu. lib.* 1.) His qui abundãt, sæpe insolentes redduntur; imò ex insolentibus insani fiunt, Tyranni euadunt, qui populum, vt leones, prædam faciunt. (*Arist.* 7. Pol.) Hinc data operam esse dandam monet vt qui vtiliter ac decenter Magistratu fungi debent, sint diuites bonis animi, iustitiæ, sapientiæ, pietatis auro abundent. (*Lib.* 7. *de Rep.*) Plinius conqueritur, quòd Census Magistratus ac Equites faciat: (*lib.* 14.) vt & Quid. 1. Fast.

In pretio pretium nunc est, dat Census honores:
Census amicitias, pauper vbique iacet.

Et lib. 3. Eleg.

Curia pauperibus clausa est, dat Census honores:
Inde grauis Iudex, inde seuerus Eques.

(cùm diuitiæ præferuntur virtutibus, præcluditur iter ad virtutes.)

Idoneos ad gubernandum Aristot. 4. Pol. cap. 12. tradit esse admittendos *mediocris fortunæ homines*: non eos, qui superabundant diuitijs, opibus, ami-

micis, aut alijs huiusmodi: neq; tamen in nimia
digentia constitutos: quia illi, qui superabun-
nt, nullius imperium pati volunt, aut sciunt;
& ipsi alijs, tanquam domini seruis, volunt
perare: in indigentia verò nimia constituti,
iecto nimium sunt animo, vilesque existunt; ex
o fit, vt Magistratum gerere nesciant, sed ad
rendum seruiliter sint apti. Mediocres aliena
n concupiscunt, vt pauperes; neq; eorum bo-
cupiuntur ab alijs, vt accidit diuitibus. Quia
gitur nec insidiantur alijs, neque alij ipsis, sine
ericulo degunt. Certè qui optimè Leges condi-
erunt, Solon, Lycurgus, Charondas, &c. ex me-
iocribus ciuibus fuerunt. Placuit Cæsaribus, ne
is ex vltimis negotiatoribus, vel monetarijs,
iectisque officijs, vel deformibus ministerijs,
nique officiorum fece, aliqua frui dignitate
caret. *l. ne quis 6. de dign. lib. 12. C. l. si cohort.*
12. C. l. 1. de Præpos. C. l. vni, C negot. ne militent.
thæ in Thuringia leguntur hi versus:

Qua lanius, pistor, caupo, danistaq; regnat,
Quæ miseris illa ciuibus vrbe salus?
Tam felix horum Respublica crescat oportet,
Quale quod esuriens curat ouile lupus.

Wo der Burgermeister schenckt Wein/
Die Fleischer mit im Rahte sein/
Auch Beckr/ welcher wieget das Brot/
Da leydet die gemein groß noht.

SIGNVM XLIII.

Pacis studiosum esse.

PACEM CONSERVARE, ALIISQVE *suadere, seu à bello inferendo dehortari.*

1. *Edgaro* Britannici Regni diadema suscipiente, Dunstanus Cantuariensis Archiepiscopus sibi prædictum audiuit, pacẽ Britanniæ futurã, quamdiu ille viueret. Igitur annos 16. quibus regnauit, omnia in summa quiete trãquillitateq; fuêre. Perpetuo quippe amicitiæ fœdere vicinos Reges sibi deuinxerat, piratas mari, prædones terra submouerat: in feras etiã prædæ auidas seuerus, à Guidualo Gualdensiũ Rege tributũ exegit, annis singulis lupos 30. venatione captos. Id seruatũ, donec illud bestiarũ genus assiduis cædibus defecit. Nihil esse in Regni finibus passus est, quod à pacis quiete foret alienum. Ingentẽ classem circa oram maritimã locauit, quæ barbaros ab ingressu insulæ arceret. *Osbertus in Vita Dunstani. Surius Tom. 3. Polyd. lib. 6.* Angelorum munus est, pacis esse administros.

2. *Pomponius Atticus*, nobilis Eques Romanus, & familiaris Ciceronis, erga domesticos tanta fuit facilitate, vt iurauerit, cum matre nongenaria se nunquam in gratiam redijsse, cum sorore pariter nullam gessisse simultatem. *Nepos apud Volat. lib. 15. Anthrop.*

3. *Augustus Imp.* nulli genti, sine iustis & necessarijs caussis bellum intulit, iactantisingenij esse affirmans, ob triumphalis pompæ superbiam, & lauream corollam, ciuiũ vitas ac securitatẽ periclitari. Qua virtute modestiæ effecit, vt Parthi obsides offerrẽt, creãdiq; Regis arbitriũ permitterent,

rent, Phraatis Regis filios nepotesque obsides
rent, signaque militaria M. Crasso, & Antonio
lata remitterent Indi, quin etiam Scythæ, Ga-
mantes, AEthiopes, legatos cũ donis miserunt.
Iustinianus. Præmia Pacis, vide in *Triũpho Virt.*

Martianus Imp. factus, cùm per annos ferè 60.
imperium Orientis esset imminutum, prudentia
& consilio sic reparauit, vt breui ingens cunctis
exultatio & spes oriretur, dilatãdi Imperij. Nam
cum Parthis & Vandalis, omnia infestantibus,
foedus percussit, ac pacem instituit, armaq; nun-
quã, nisi prouocatus, mouit, quietis amator, quie-
tum ac pacatum Oriẽtale habuit Imperium. Di-
cere solebat: *Donec in pace liceret viuere, non de-
bere Principem sumere arma.* Idem.

Scribit P. Carolus Regius, *in Christiano Ora-
tore lib.* 10. *cap.* 23. alicubi se obseruasse, principio
Quadragesimæ, primarijs aliquot viris, publica
magistratus authoritate, demãdari munus, paci-
bili dissidẽtes, qui sunt in ciuitate, eorumq; no-
mina, vt è suggestu publicaret, esse tradita.

Carolus V. nullam vnquam in hostes suscepit
expeditionem, nisi necessaria eum causa ad id
cogeret, emolumenti lucriq; spe omni neglecta
& postposita. Dicebat etiã: Etiamsi expugnatum
mihi orbẽ vniuersum Regnũ Gallicũ, redderẽ illud
regi, dum illud exiguũ, quod meũ esse contendo,
mihi frui me patiatur. *Zenocarus lib.* 5. *Caroli.*

Factũ est aliquãdo, vt *Chij* grauissimo seditio-
sitatis morbo laborãtes, tumultũ inter se excitarẽt.
Quidã igitur inter illos, homo natura ciuilis, &
pacis amãs, (Plutarchus Onomademũ vocat,) ad
eos, qui omnes amicorũ suorum aduersarios ex
vrbe volebant eijcere: Nequaquam, inquit, sed
cùm

cùm victoriam obtinuerimus, relinquamus aliquos, ne, procedente tempore, non habentes aduersarios, nobis ipsis mutuò bellum inferamus. *AElianus de varia hist. cap. 14. Cæl. lib. 26 cap. vlt.*

8. *Cineas Thessalus*, Legatus Pyrrhi, Regem à Tarentinis vocatum contra Romanos, cernens flagrare cupiditate Italicæ expeditionis, sermones intulit per otium huiusce modi: *Bellatores, Pyrrhe, feruntur Romani, & bellicosis gentibus imperare multis, quos si Deus superare concesserit nobis, quò vtemur victoria?* cui Pyrrhus: *Illic tam tenebimus* (deuastabimus) *Italiam.* Tum Cineas: *Occupata*, inquit, *Italia Rex quid agemus?* Pyrrhus: *Vicina*, infit, *Sicilia est, manus porrigit, diues insula, & populosa, & captu facilis.* (Hanc expugnabimus.) *Probabilia narras*, inquit Cyneas, *sed quid? num Sicilia occupata finis erit belli? Minimè verò*, ait Pyrrhus: *quis enim finem temperet, & Carthagine? quæ tum erit ad manum. Quibus superatis, & Macedoniam recuperare, & Græciæ, sine dubio, Imperium occupare poterimus.* Verùm *vbi rerum potiti erimus, quid tum?* Ridens Pyrrhus: *In alto otio*, inquit, *viuemus lætiores, compotabimus quotidie, & mutuis inter nos sermonibus oblectabimus.* Huc Cyneas Pyrrhum cùm deduxisset sermone: *Et nunc quid*, inquit, *obstat, quò minus compotemus, atque otium amplectamur? nos traducamus, cùm iam teneamus hæc, & cuncta negotium ad manum sint, quæ per sanguinem, per multos sudores, per discrimina petituri sumus, multasq; calamitates allaturi aliis, & acceptæ.*

Pœna ambitionis.

Iratus Rex spreuit consilium, bellum gessit, [illegible]

...percussus, in obsidione ciuitatis perijt. *Plu-*
...ch. in Pyrrho. (Qui pacis oliuam non ferunt,
...tis hastam acutam & amentatam sentiunt.
...fici præ cæteris *filij Dei* nominantur à Chri-
...)

Conuiuium solenne maiores *Romani* insti-
...bant, idque Charistia appellabant. cui, præter
...gnatos & affines, nemo interponebatur, vt si
...inter necessarias personas querela esset or-
...apud sacra mensę, & inter hilaritatem animo-
...m, fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur.
...ud eosdem Concordiæ Templum ædificatum
...t, vt hominum inter se odia & simultates, qui-
...Resp. fluctuaretur, in eo factis Sacrificijs de-
...erentur. Quoties inter virum & vxorem ali-
...d iurgij intercesserat, in Sacellum Deæ Viri-
...æ veniebant, & ibi inuicem locuti, quæ vo-
...rant, contentione animorum deposita, reuer-
...antur. *Dion, & Xiphilinus. Val. Max. lib. 2. cap. 1.*
...em. 20. quærere iubemur pacem, & pro ea ad
...minum orare.

Rudolpho Habspurgensi Comiti, qui primus
...perialem dignitatem in Austriacam familiam
...lit, cum Abbate Sangallensis Cœnobij, valde
...potente, & alijs vicinis lis intercedebat. Ca-
...to prādij tempore Comes Abbatem accedit,
...ltroneum se conuiuam exhibet, magna cum
...ium admiratione. Sublatis mensis, cum Ab-
...e aliquamdiu colloquutus, tandem pacem fa-
...ac discedens suis: *Cui tres sunt*, inquit, *lites*, *Lites resecare.*
...iudicio, *rectè fecerit, si duabus compositis, ter-*
...*tanto diligentius prosequebatur.* Hoc consi-
...ei vtile fuisse euentus docuit, vt cui postea
...ictus Abbas bonam aduersus hostes operam
...arit.

II. Ar-

11. *Archidamus Rex Lacedæm.* cùm duos sibi coniunctissimos contendere inter se videret, eos in Templum deduxit, & ab vtroq; petijt, ecquem arbitrum reciperent? cùm Archidamum optassent, iureiurando vtrumque adegit, se, quæ iuberet facturos. Data fide, sic orsus est, *Vos*, inquit, *peto hinc discedere, quoad in amicitiam bona fide redeatis.* Reperit vir ingeniosus, quo pacto fieret, vt nec ambos offenderet, recusato arbitrio: nec alterum è duobus alienaret, si pro altero contra alterum tulisset sententiã. Apud Lacedæmonios autem nefas erat fallere, quidquid in Mineruæ templo promissum esset. Nam istiusmodi mediatores similes sunt habitantibus in medijs ædibus, qui perfunduntur lotio à superioribus, & lædũtur fumo ab inferioribus: ita enim & hi vtrimq; lęduntur; sicut vespertilio laceratur à muribus & auibus. Rectè ergo dicebat Bias: Se malle inter inimicos iudicare, quàm inter amicos: quippe ex amicis futurum alterum inimicum: ex inimicis autem alterum amicum. *Laërt. lib. 1.*

12. Sapientes monent à bello abstinendum esse, etiamsi graues caussæ se offerant belli gerendi: (*Xenoph. lib. 6. de rebus gestis Græc.*) & beatissimæ iudicantur Resp. quæ plurimo tempore in pace fuerunt. (*Idem de Vectigalibus.*) Est dulce nomen pacis, res verò ipsa cùm iucunda, tum salutaris: (*Cic. 13. Phil.*) bellum à belluis dictum. (*Festus Gram.*) Repugnat humanæ naturæ arma tractare, vt quæ est mitis & placida à Deo creata, Diuinæ naturæ proxima: non munita cornibus, vt tauri: non instructa dentibus, vt apri: non ab vnguibus parati, vt leones. (*Sen. 1. lib. controu. cont. 1.*) Vide locum de Bello.

13. Sfor-

Sfortia Magnus dicere solebat, nihil commo-
ius ac vtilius videri, quàm tribus propositis ho-
bus, cum primo pacem pacisci, & cum altero
ducias parare, vt in tertium maximè expedita
grauiora arma vertantur. Idque suo exemplo
regiè ostendit, multos inimicos connubio &
nitate sibi conciliauit, quorum auxilio reli-
us opprimeret. (*Iouius in eius vita.*)

Suetonius scribit de *Augusto Cæsare*, cap. 21.
rum eum abfuisse à cupiditate quoquo modo
perium, vel bellicam gloriam augēdi, vt quo-
dam barbarorum Principes in AEde Martis
oris iurare coëgerit, mansuros se in fide, &
e, quam peterent, &c. Qua virtutis modera-
isque fama Indos etiam ac Scythas, auditu
dò cognitos, pellexit ad amicitiam suam po-
que Romani vltro per legatos petendam.

Constantinus Magnus, vbi Concilium Nicæ-
n esset dimittendum, admonuit Episcopos, vt
s inter ipsos mutuò colendæ diligentem curā
berent, & contentiosas lites auerterent, & si
quā inter illos ex sapientiæ præstantia multū
lis adeptus fuisset, nulla in illū flagrarent in-
a; sed virtutis vnius cōmune bonum esse cē-
nt: qui aūt præstabiliores viderentur, nō ad-
tenuiores se insolēter efferrent. Nā qui, in-
, sint reuera bonitate superiores, Diuini Nu-
is est decernere. Dixit porrò oportere eos,
pter animi lenitatē & indulgētiā, se inferiorū
ecillitati submittere: rarū esse illud, quod sit
erū omnib⁹ suis numeris & partibus, & pro-
ra inter ipsos ijs, qui leuiter peccāt, veniā de-
tribuere, benignè gratificari, & quæ huma-
nt fragilitatis cōdonare: concordē animorū

con-

consensum in primis colere, ne ipsi inter se concertantes, illis, qui ad obtrectandum Verbo Dei parati sunt, ansam eidem illudendi præberent: quam rem omnium maximè præcaueri debere; posse autem facile præcaueri, dummodò quæ apud nos sunt, illis admiratione digna videantur, &c. Mantuanus:

Pax hominum genitrix, pax est custodia rerum:
Pax aperit iuris iustitiaq; forum, &c.
Pax vrbes, pax regna ligat, pax congregat Orbem,
Fiat vt ex multis vrbibus vna domus.
Secula pax renouat, pax aurea tempora portat,
Et mores priscæ simplicitatis habet.

SIGNVM XLIV.

PECCATA, ET ANIMAE MACVLAS *studiosè vitare; seu facinora egregia agere, & facinora turpia fugere.*

PRimò, quia tenent locum eius, qui omni carere macula. *Secundò*: quia in alta spicula positi sunt, in quam cuncti conspiciunt, vt inde viuendi formam desumant. Seneca *in Thebaide*: De alta cadere graue est. *Tertiò*: quia in hac mundi gloriola magnam agnoscunt esse fragilitatem, eamque facile per peccata amitti. Syr. 10. *Regnum a gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias*, &c.

1. *Sesostris Rex AEgyptiorum*, captis quatuor Regibus in currum impositis, cùm vnus eorum rotam inspiceret, Sesostri interroganti, quid ita aspiceret, respondit, se rotam inspicere, quæ instabiliter mouebatur, modò sublimia demittentem, & rursus demissa sublimantem. Quo audito Sesostris statuit, ne ij currum traherent, intelligens quàm obnoxius sit mutationi status felicitatis. *Euseph. lib. 18. hist. cap. 29.*

2. *Ludouicus Nonus Rex Gallorum*, ab ineunte ætate, ex institutione matris Blanchæ persuasum habuit, potius mortem oppetere, quàm in peccatum lethale consentire. *Sur.* Rectissimè. Nam Plinius, *lib. 4. epist. 22.* ait: Vt in corporibus, sic Imperio grauissimus est morbus, qui à capite diffunditur. Et Cicero, 3. *de Leg.* Peccata Principũ plus exemplo, quàm peccato nocent. Nam, vt ait S. Basilius, *in Psalm. 1.* Vitæ splendor, ac claritas plerisque eorum, qui proni, ac lubrici sunt ad peccandum, ad cõsimilem æmulationem inuitat. Cicero, 2. *de Offic.* vult, nobilibus esse curandum, ne quid maiorum imaginibus indignum committant, cùm ait: Si quis ab ineunte ætate habet causam celebritatis & nominis, aut à patre acceptã, aut aliquo casu atque fortuna, (Seruius Tullus, ancilla natus, Rex Roman. factus est: Darius hinnitu equi Rex constitutus est.) in hunc oculi omnium coniciuntur, atq; in eum, quid agat, quemadmodum viuat, inquiritur: & tanquam in clarissima luce versetur, ita nullum obscurum potest aut dictum eius esse, nec factum. Sic & Plinius iunior ait: Habet hoc primum magna fortuna, quòd nihil rectum, nihil occultum esse patiatur. Principum verò non modò domos, sed cubicula

ipsa, intimosque recessus recludit, omniaque arcana noscenda Famæ proponit, atque explicat. Et Seneca, 1. *de Clem. cap. 8.* ad Principem: Tibi non magis, quàm Soli latere contingit, multa circa te lux est, omnium in istam conuersi oculi sunt. (Quomodo Magistratus vitia sua in subditos infundant, vide in loco de Exemplo.) Claudianus, 4. *Hon. Cons.* Cæsarem alloquens, indicat Principum facta nullis latebris occultari, nullis tenebris inuolui, cùm inquit:

Hoc te præterea crebro sermone monebo,
Vt te totius medio telluris in Orbe
Viuere cognoscas: cunctis tua gentibus esse
Facta palam; nec posse dari Regalibus vsquam
Secretum vitijs: nam lux altissima fati
Occultum nihil esse sinit, latebrasq; per omnes
Intrat, & obstrusos implorat famæ recessu.

Vide de Exemplari vita. Xenophon 8. *lib. Cyri.* Opera vestra necesse est semper in propatulo esse apud omnes: quæ si pura, & sine iniuria appareant, reddent vos inter omnes homines potentissimos: sin, si quid iniusti inter vos inuicem cogitabitis, fidei dignitatem apud omnes homines amittetis. Plurimum certè vitæ spurcitie Regia Maiestas obscuratur, & flagitia vitæ Regalem splendorem obscurant: à Principe ac Magistratu in populum habitus boni vel mali citissimè transfunduntur, ac deriuantur: & vitæ turpitudo odium Magistratus gignit. *Arbactus* (Medus) *Sardanapalum*, cum scortis colum telasque trahentem, à regno in rogum impulit: (*Iustin. lib. 1. Diod. Sic. lib. 2.*) *Dionysio Iuniori*, quia solitus est quotidie inebriari *Dion* vim & insidias fecit: (*Plut. in Dione.*) *Cyrus Astyagem* oppressit; quia illum,

illum, & suos milites otio & luxuria corruptos, & quasi liquefactos obseruauit. *Diod. Sic. lib. 6. Xenoph. Cyr. lib. 1.*

SIGNVM XLV.

PEREGRINATIONIBVS PRVdentiam auxisse.

PEregrinationes, (seu patrijs sedibus aliquando euolare, aliasque gentes, terras, ac nationes lustrare,) prodesse ijs, qui aliquando ad clauum Reip. admouendi sunt, hæ docent rationes. (*M. Iun. in quæst. Pol.*)

1. Quemadmodum μαμμότρεπτοι, apud matrculas semper hærentes, sunt inhumani & morosi: ita qui peregrinati sunt aliquando, sunt humani erga peregrinos & exteros: quia *non* ignari *mali, miseris succurrere* didicerũt, & dum recordantur suorum malorum, ipsi alijs laborantibus succurrunt. (*Arist. 2. Rhet. de Miseric.*)

2. Alienis moribus & institutis perspectis reddantur meliores, vel vitiosos mores emendant: (*Herod. lib. 4.*) & qui peregrinantur, alijs sese accommodare coguntur, & cauere, ne, quorum opera indigent, eos offendant. *Plut. in Alcib. & Themist.*) Moderatio in peregrinatione discitur, humanitas & frugalitas: quia ibi sæpe offa, & torus herbaceus, famis ac laboris medelæ sunt. (*Iob. Serm. 38.*) Syr. 39. v. 5. *In terram alienigenarum gentium pertransiet*, &c.

3. Paratur in ea experientia, & vsus rerum, & quemadmodum Corallium,

quo primùm contigit auras
Tempore, durescit, mollis fuit herba sub vndis:

(Ouid. 15. Metamorph.) ita qui domi molliter, delicatè, sine fructu vixerunt, melius conformãt iudicium, ad quæuis subeunda apti reddũtur.

4. Alienigenarum moribus & legibus perspectis, & meliores & cautiores efficiuntur ciues. Ergo ad ferendas leges, & capessendam Remp. prodest multarum nationum leges & instituta cognoscere: videre quænam Reip. forma quibus hominibus conueniat, quę sint consuetudines, ingenia, mores, naturam hominum, (maximè finitimorum.) (*Arist. 1. Rhet. cap. 4. Polit. 7. cap. 6. Plato 11. de Leg.*)

5. In peregrinatione breui tempore, maximè conuersando cum doctis & sapientibus, discitur, seu acquiritur, quod difficulter alij legendo assequuntur: (*Seneca lib. 14. epist. 95.*) imò multi discuntur, & oculis cernuntur, quæ nulla disciplina, nulloque doctore vnquam perdiscì potuissent: & certiora sunt, quæ videntur, quàm quæ audiuntur: quia non ex aliorum fide, & authoritate, sed inspectione propria pendent: & magis delectant, quæ videntur, quàm quæ audiuntur. Horatius: *Segnius irritant*, &c.

Itaque qui fuerunt magni & docti peregrinationibus operàm dederunt.

1. *Alexander Magnus* maximam terrarum partem peragrauit, vt ea perdisceret, quæ ad opimam Regis disciplinam pertinerent. (*Laër. lib. 2. in Vita Archelai.*)

2. Homerus præcipuè laudat *Vlyssem* à diuturna & longinqua peregrinatione, & quasi præfert eius peregrinationem omnibus rebus, quas didicerat in decennali bello Troiano. (Qui peregrinantur, sint ætate integri, ingenio maturi, viribus

bus robusti, vsu rerum experti.) Cassiod. *epist.* 39. *Var.*) Prudentiores illi semper habiti sunt, qui multorum hominum conuersationibus probantur eruditi.

3. *Cambyses Rex Persarum* multa ex diuturna peregrinatione didicit, quæ deinde Cyrum filium edocuit. *Xenoph.*

4. *Mithridates Rex Ponti* Asiam peruagatus est, omniumque vrbium situs ac regiones cognouit. Quo quidem peregrinandi studio effecit, vt omnium penè linguarum peritiam assecutus sit, adeò vt 22. diuersis nationibus, quibus imperabat, sua cuique lingua ius dicere solitus fuerit, & pro cõcione singulas sine interprete affari. *Plut. Isabel. lib.* 10.

5. *Veneti* diligentius, quàm cæteræ aliæ nationes, (vt refert *Scipio Amiratus lib.* 13. *diss. discurs.* 5.) externorum notitiam conquirentes, Oratoribus suis, quos ad maximos terrarum Principes mittunt, id oneris iniungunt, vt post legationem in Senatu referant omnia, quæ de moribus Principum, deque Regnorum situ, diuitijs, fertilitate, & natura hominum, ad quos missi sunt, explorauerunt, quod tanta facilitate perficiunt, vt sæpe illis manifestiora, quàm incolis ea sint, quæ in quolibet terrarum angulo vsurpantur, aut geruntur.

(***)

SIGNVM XLVI.

Angues in sinu &c. non temerè recipiendi.

PEREGRINOS NON TEMERE CIVITATIS, Senatus, Iudicij, Imperij participes facere.

1. VT nihil citius corpus humanũ inficit, quàm pestilentium vaporum cum innatis humoribus copulatio: ita nihil velocius corrumpit ciuitatem, quàm peregrinorum hominum admissio, in qua contagio, & venenum latet. *Arist. 5. Polit. cap. 3.* Peregrinorum turba immanis sæpe fit turbo in ciuitate.

2. Et vt angues calore recreati mordẽt: ita peregrini, libertate donati, ciuitatem perdunt.

3. Quælibet gẽs proprios suos habet mores, itaq; receptis peregrinis, periculũ est, ne antiqui mores & leges in nouos & peregrinos cõmutentur.

4. Adhæc, quod sicut locustæ segeti sunt, ita sit aduenæ ciuitati: nã vt illæ vastant & consumunt granũ segetis, ita hi fructum ciuitatis deuorant.

5. Videndum, ne numerus, & vires peregrinorum vltra modum crescant. Si tamen, aut Religionis, aut alterius rei honestæ caussa patriã deserant, & in ciuitatem alterius gentis coactũ veniant, honorificè accipiendi sunt, omnique humanitatis officio tractandi.

6. *Spartani* peregrinos (quos nonnulli vocant Albinos, quasi alibi natos) ciues esse noluerunt, ne in vrbem irrepentes, simul introducerent ciuitiarum amorem ac studium, mollitiem, ocium, vitia alia. (*Xenoph.*)

7. Vt regionum mores diuersi sunt, sic & inde nati diuersum habent morum habitum, & rationem; & proinde non possunt simul conuenire, ne

ne aliqua antipathia, quæ tandem aliquando exoriat in Rep. seditiones. Hinc Syr. cap. 11. *Admitte ad te alienigenam, & subuertet te in turbine, & alienabit te à tuis proprijs.*

11. *Buda* ciuitas, mortuo Sigismundo Imp. Rege Vngariæ, ex Vngarica & Germanica gente conflans, tumultu excitato, ferè ad interitū peruenit, & cùm Teutones vellent ciuitati dominari, tandē per Vngaros obsessi in domibus, sine discrimine sexus aut ætatis sublati sunt. *AEn. Sylu. in hist. & Fulgos. lib. 9. cap. 7. Bonfin. lib. 4. dec. 3.* Arist. 5. *Pol. c.* 3 meminit de similibus seditionibus, propter admissos peregrinos ad ius ciuitatis, & ad inhabitandū, qui vbi fortiores se esse arbitrati sūt, ipsos ciues indigenas proprijs locis voluerunt deturbare, aut pepulerunt, aut Remp. turbārunt.

12. Non omni tempore licebat peregrinis *Spartam* adire, sed præstitutis diebus, quod à *Lycurgo* sancitū, ne à peregrinis mores inficerētur: siquis de corpora peregrina & peregrina cōsectatur oratio; noua aūt oratio κρίσεις καινὰς ἐπιφέρει.

13. Quia tamen virtutē cuiusque, nō patriā æstimari ac pōderari oportet, & Authoritas peregrinorū maior, quàm indigenarum est: (Marc. 6. v. 4. *Non est Propheta sine honore, nisi in patria:*) & minus in patria sua homines, quā apud exteros honorātur: quia multi qui cognoscunt infirma eorū, ea semper in memoriam reducunt; etiā malitia quādam defectus magis, quàm virtutes considerantur: si peregrini aut extranei, vt arbores trāsplantatæ, noxios depositerunt humores, reijcientes non sunt, nec ab honoribus prorsus excludendi: vt nec merces vtiles, à barbaris ad nos transmissas, reijcimus. Refert *Pomponius* I. C. (*l. 2.*

§. *postea de Orig. Iur. p.*) *Hermodorum* quendam, exsulantem in Italia, Ephesium exulem, fuisse authorem Decemuiris Romę legum 12. Tabularum, quæ reformârunt vniuersam Remp. Si illis iur ciuitatis communicauimus, à muneribus & honoribus eos excludere nō possumus. Sed non temere ciuitate donandi, aut ad consilia Reip. admittendi, nisi pauci, neque ad negotia maioris momenti sunt: nam quid ex vsu Reip. sit, minus consulent: quia hoc tantum agent, vt quod commodum est, trahant, rapiantque, & vndecunque prædam in sinum suum conferant. (*Lamprid. in Commod.* Thucyd. ait *lib.* 1. Consiliarij gēte dispares, nihil in communem Reip. salutem cōsulunt, sed vel suo quique commodo vacant: vel quod agendum pro communi salute est, absque matura deliberatione decernunt. Adde quòd exteri iuris publici, moris maiorum, patriæ, & rei publicæ sunt expertes; ad consilium autem de Rep. dandum, caput est nosse Remp. & perspectos habere ciuium mores. (*Cic. 2. de Orat.*)

1. Ideo *Mecœnas* suadebat *Augusto*, vt in Senatum deligeret solos Romanos, partim, propter institutorum patriæ memoriam; partim, ne pontinus immutare Reip. statum videretur. *Dio lib.* 52. Suetonius, *cap.* 40. ait: *Augustus* magni existimauit, syncerum atque ab omni colluuione peregrini ac seruilis sanguinis incorruptum seruare populum, & proinde Ciuitatem Romanam rarissimè dedit.

2. *Lycurgus* apud *Lacedæmonas* omnibus viribus & legibus contendit, ne peregrini & extranei in vrbem admitterentur. (*Plut.*) Cuius imitatione Scythæ, Gamphasantes, Seres, & Indi aduenis & pere-

peregrinos in ciuitates suas nunquam admise-
unt: (*Diod. Sic.*) quòd diuersarum nationum in-
enia difficulter conuenire queant, qua re sedi-
ones, turbæ, res nouæ oriuntur; populus in fa-
ciones distrahitur, mutuis rapinis ac cædibus
esp. diuellitur: quod pluribus exemplis docet
ist. 5 Pol. cap. 3.

Alcibiades Dux Athenienſis, ſuadens populo,
ciliam in Siciliam esse ſuſcipiendum, vtebatur
hoc argumento: quòd illius insulæ vrbes varia
aduenarum colluuie sint frequẽtes, & suum ſta-
tum facile mutant, & peregrinos aduenientes fa-
cile recipiunt; atque hac de cauſſa nullus ipſo-
rum tanquam pro patria ſua armis ad corpus
suum protegendum neceſſarijs eſt inſtructus.
Addo, inquit, quòd non verisimile sit, huiuſmodi
urbam, aut vnanimi conſenſu verba rectè mo-
rantium audire, aut communiter ad res gerẽdas
se conuertere. *Thucyd. lib. 6. hiſt.*

Quàm periculoſum ſit, poſthabitis incolis,
teros ad consilium promouere, cum maximo
o malo ſenſit *Guilielmus Neapoleos & Siciliæ*
x: quippe in quem inſurrexerunt Neapolitani
que Sicilienſes, quòd nõ ſolùm præcipuos Ma-
istratus, ſed ipſum etiam Cancellariatus (vt vo-
nt) officium Gallis detuliſſet: atque ideo An-
nte 8. coniuratione communi Gallos omnes,
ui cum eodem Cancellario erant in Regno de-
pente trucidârunt. *Belleforeſt. in Annal.*

Iulius Cæſar in inuidiam apud Romanos ad-
uſtus eſt, quòd Gallos exteros in Senatum rece-
iſſet. *Suet. cap. 76. & 80.*

In *Carolum Magnum* conſpirationes conſla-
unt ab Auſtraſienſibus, (qui nunc Lotharingi

dicuntur, vnde ipse Carolus oriundus erat) quòd indigenis neglectis, toga & bello exteris plurimum vteretur. *Belleforest.*

7. *Carolus* cognomento *Simplex*, & *Lotharius* eius ex filio nepos, eadem discrimina, imò maiora subierunt, quòd, postpositis Francis, omnia Germanis crederent. Nã ille Regni administratione ab indigenis submotus, carcerib⁹ vitã finiuit: hic verò imperium adeò infirmum filio reliquit, vt in eo defierit familia Caroli Magni. *Idem.*

8. Apud *Eburones* trium cõmuni Ordinum assensu cautum est Edicto, vt Princeps non aliter cõsiliorum administris vtatur, quàm indigenis, quos melius fideliusq; eorum consilio publicam rem queat administrare. *Ann.* 830. *art.* 8. *pacis.*

Certè vbi consilium exteris constat, nonnisi tantùm publicum labi & interire videmus: sed etiã sensim internas Principum res Mandrabuli, vt aiunt, more immutari. Etenim nulli facilius dissidiorũ faces præbent, quàm alienigenæ, qui vt suum nihil & proprium peregrina in terra possident, ita planissimè sciunt, se iacturã facere non posse; sed potius, subortis certaminib⁹ intestinis honores & diuitias captare; quò reb⁹ pacatis aspirare nequaquã possẽt. Nã vt anguilla, nisi aqua agitata, & limo turbata haud temere capiuntur, isti, nisi Reip. statũ interturbẽt cõsilijs suis, prædã in suas casses desideratam pellicere non possunt.

Adde, quòd vbi populus suos Optimates consilijs non cernit adhiberi, mox credit eos coercere, vel pro infidis haberi. Prudenti itaq; consilio *Cyrus Rex Persarum* moriturus filium monebat, vt si quos Regni Consiliarios post obitum suum adsciscere, nusquã aliunde inciperet, quàm a suis

terraneis, & ciuibus, quos semper alienige-
præferret. *Vide quæst. Pol. M. Iun.*

Ipse Deus mandat, vt si eligendus sit Magistra-
, è numero fratrum eligatur: neq; Rex consti-
tur, qui alterius gentis sit. (Deut. 17.) Bene cō-
tutæ Resp. Magistratus suos ciuibus tradunt. A-
d *Massilienses* nemo τιμῆχος creatus fuit,
si qui liberos haberet, & de ciuium sanguine
riam per generationē ortus esset. (*Strabo lib. 4. Geogr.*) *Syracusani* non nisi priscis ciuibus & fa-
milijs vetustis Magistratus attribuerunt. †

† *Diod. lib. 11.*

Et si nō iudicatur expedire, ciues esse peregri-
os, quòd fortiores facti tales indigenas expel-
nt, Resp. turbant, seditiones excitant: (*Arist. 5. Pol. cap. 3.*) multo minus illud probandū videtur,
Magistratus peregrini gerant. Adhæc peregri-
peregrinos secū sermones & mores adferunt,
de noua de reb⁹ iudicia oriūtur: ac licet Prin-
ps externus bene rē gerat, tamē quia moribus
ingenio differt, nec erga populū repræsentare
est eā benevolentiā ac si indigena esset, faciles
untur dissensionū occasiones. Vnde vt se tuea-
Princeps, necesse habet, vt copias aliunde ad-
at, militū sese præsidio muniat: qui beneficijs
honoribus postea aucti, odium atq; inuidiam
ltitudinis in se concitant. (*Comin. lib. 5.*)

Huc accedit, quòd ciues longē sunt faciliores
proniores ad obtemperandū, si ab indigenis,
in a peregrinis res agatur: neq; exteris subdito-
ingenia sūt nota, perspecta instituta, explorati
ores. (*Arist. 1. Rhet. cap. 6. Cic. 2. de Orat.*) Multo
oque diligentius ac fidelius Remp. indigenæ,
am alienigenæ gerere solēt. Etsi autē admodū
uētā pestem ciuitati adferat peregrinorum in

cata-

catalogum ciuium inconsiderata admissio: non tamē peregrini habēdi, quod Cicero aduersus ipse suis respondet, quorum iam & nomen, & honos vrbi inueterauit, & hominum famæ, & sermonibus; neq; patiuntur se ab alijs verborum inscientia inani superari, nisi virtute vincantur. (*Pro Sylla.*)

SIGNVM XLVII.

Pium esse in Deum.

PIETATIS IN DEVM, SEV Religionis faces subditis præferre.

ALiqua Sceptra Regum in summo ornatu habere imagine Ciconiæ, (symbolo pietatis,) aut imo Hyppopotami, (symbolo violentiæ) indicandum Regem pietatem cum iustitia conjungere debere. *Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 28.*

1. Ipse Deus *Deut. 17. 18.* de Rege constituto hanc legem tulit: Describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar a Sacerdotibus Leuiticę Tribus, & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire cæremonias eius. (*Vide Signum 31.*) Post obitum verò Moysis, sic Deus alloquutus est Iosue: (*cap. 1. 6.*) *Confortare, & esto robustus valde, vt custodias & facias omnem legem, quam præcepit tibi Moyses seruus meus. Ne declines ab ea ad dexteram, vel ad sinistram, vt intelligas cuncta, quæ agis. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias & facias omnia, quæ scripta sunt in eo.* Gloriosa enim Deum pietas in regijs honoribus immobilis et firma

damentum, (ait *Cyrillus lib. de recta fide.*)
Rex Dauid sui similes Reges ita commonuit:
Psalm.2.10.)*Seruite Domino in timore,& exulta-
te cum tremore.* Et Psalm.100. *Reges, vt seruiant
Domino.* Morti verò proximus filium Salomonẽ,
si non regni tantùm,sed etiam pietatis paternę
heres esset, his verbis est affatus: (2.Reg.2.2.*Ob-
serua, vt custodias mandata Domini Dei tui, vt
ambules in vijs eius,& custodias ceremonias eius,&
praecepta eius,* &c. Psal.23. *Aperite portas Regi glo-
riae.* Isaiæ 49. Nutritij Ecclesiæ.)
Rex Salomon, Sap. 6. 2. Reges sic compellat:
Audite Reges, &c. *data est à Domino potestas vo-
bis & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera
vestra,& cogitationes scrutabitur: quoniam cùm
essetis ministri Regni illius,non rectè iudicastis, nec
custodistis legem iustitiæ, neq; secundùm voluntа-
tem Dei ambulastis.*
Etiam Gentiles hanc cum primis virtutem à
ibus suis exegerunt, eò quòd Religionis in-
mitate Reip. salutem niti iudicarent. Vnde
erarchus,*lib. aduersus Colotem*:Si terras,inquit
as,inuenire possis vrbes muris,Regibus,opi-
rumismate carentes, &c. vrbẽ templis Dijs-
carentem, quæ non bonorum caussa sacrifi-
non mala sacris auertere nitatur, nemo vn-
um vidit. Facilius vrbem sine solo condi puto,
m opinione de Dijs penitus sublata ciuitatem
re aut constare. *Vide de Oratione.*
Sueton. in Octau. cap. 35. scribit: *Octauianum
gustum* legem sanxisse, vt Senatorum nemo
e consideret, quàm thure ac mero apud Aram
n supplicasset. Valer. *lib.* 1. *cap.* 1. de *Romanis*
: Omnia post Religionem ponenda semper
nostra

nostra ciuitas duxit. Et: Non dubitârunt sacris Imperia seruire.

6. *Plato* non vult quenquam Magistratum eligi, nisi pius extiterit, & diuinis operâ studijs dederit. (*3. de leg.*) *Augusto* mãdat *Mecœnas*, vt Deos semper & vbiq; colat, & Edictis prouideat, vt alij quoq; colãt: quòd non verisimile sit, quenquam aliud aliquid magni facturum, qui Deos contempserit. (*Dion lib. 53.*) Isocrates vult operam dandam esse, vt Rex seipsum quàm optimum ac iustissimum præbeat, quòd maior spes sit talium vota Deos potius audituros, quàm eorum, qui multas victimas prosternunt. (*ad Nicoclem.*)

7. Et non potest Magistratus esse iustus, nisi idem extiterit pius atque religiosus: quia facile deuiare solet à iustitia, qui in caussis non Deos, sed homines pertimescit. (*Chrysost. in Hom.*) Quin etiam Tyranno curandum est, vt Deum ac religionem colere videatur: quia talium iniurias homines minus metuunt, (seu non metuunt aliquid iniustum ab eo pati: neque his insidias struunt, (vel in eos non insurgunt:) quia Deum adiutorem ac defensorem habere statuunt. (*Arist. 5. Pol. 11.*)

8. Subditi quoque vehementer ad religionem excitantur, cùm Magistratuum suorum pietatem vident: quia magis exemplis, quàm legibus regũtur, & vita Principum ipsis censura est. (*Plut. in Nicia.*) Oportet Principem moribus imperium docere, *ait Pittacus apud Stob.* Si subditi male sunt vitæ, etiam inobedientes sunt: nam pessimus quisque asperrimè rectorem patitur. (*Sallust. ad Cæs. orat. 1.*) vt contra, vbi homines Deum colunt, Principib⁹ obtẽperare studẽt. *Xenoph. 3. rer. Grac.*

9. Adhæc vera authoritas paratur, (*Isocr. in Basil.*)

) acquiritur vera felicitas, ſucceſſus rerũ pro-
er. Neque enim ſine Deo vir eſſe bonus poteſt,
t poteſt quiſquã ſupra fortunã exſurgere, niſi à
o adiutus fuerit. (*Seneca epiſt.74.*) Omnia pro-
ra eueniunt Deos colẽtibus, aduerſa aſpernã-
us. (*Liu. lib.5*) Cicero (*Orat. de Aruſpicũ reſp.*)
ertur Romanos, non numero Hiſpanos, non ro-
re Gallos, nõ calliditate Pœnos; ſed religione
pietate omnes gẽtes ac nationes ſuperaſſe. Ni-
leſt, vnde facilius amorem ſui apud populum
acitet Magiſtratus, quàm per pietatem. Cæterę
utes (*Val. lib.5. cap.4.*) admirationis multum,
ras etiam amoris meretur plurimum.

Apud Ethnicos Reges ipſi curam Sacrificio-
n magnificè celebrandorum (tanti apud eos
religio) gerebant: & multis locis Reges etiã
nificatũ gerebant: vt Reges Syriæ, & Palæſti-
(*Dionyſ. Caſſ. lib.37. hiſt.*) & Octauius Augu-
(*Sueton. cap.31.*) & Romani Regem Sacrifi-
m crearunt. (*Liu. lib.1. Dion. lib.5.*) Sic Mel-
ẽdech fuit Rex & Sacerdos: (*Geneſ.14.*) Sa-
l Dux populi; & Sacerdos. (*3. Reg.15.*)

Vt *Numa Pompilius 2. Rex Roman.* populum
religione molliret, ſacra plurima inſtituit,
uoties hæc peragerentur, prẽconis voce pro-
ari iuſſit: Hoc age. (*Liu. lib.1. Plut.*) Plinius, *de*
luſt. cap.2. aſſerit eum ferum populum Re-
one, & vtilibus legibus domuiſſe, ſuumque
um ita formaſſe, vt pendente eius regno,
o illi bellum mouerit. Quos ratio ab innata
rte & barbarie non poterat, eos Religio ad
manitatis officia reduxit. Populus ſine Reli-
e in officio contineri non poteſt.

Senatus Romanus tanti fecit Religionem, vt

quoties-

quotiescunque à Magistratu esset coactus, hoc ipsum, quod primò proponebatur, ad Religionem pertineret, nullaque, quanquam grauior, caussa, vel quæ celeritatem requireret, morem hunc anteuerteret. *Varro.*

13. *Scipio Africanus* nihil prius cœpit, quàm Iouis in cella sedisset, diuinamque mentem accepisset. (*Liu. lib. 6. Plin. de Viris illust. cap. 49. Gel. lib. 1. cap. 3.*)

14. *Athenienses* primo anni die in Senatum venientes vnà solemne quoddam Sacrificium faciebant, quod εἰσιτήρια nominârunt, votaque pro Rep. suscipiebant. *Sigon. de Rep. Athen. lib. 2. cap. 2.*

15. Postquam *Alexander Magnus* manè surrexisset, ante omnia Dijs sacrificare est solitus. (*Plut.*)

16. Nihil est æquius, quàm Magistratum, cum à cuius afflatu ad dominationem euectus est, vt Dominum, & Imperij sui auctorem, colere, & venerari. Hinc *Agapetus Diaconus* sic monet *Iustinianum Imp.* Sceptrum Imperij cùm à Deo susceperis, cogitato quibusnam modis placebis ei qui id tibi dedit: cumque omnibus hominibus ab eo sis prælatus, præ omnibus eum honorare festinâ. *Baron. Tom. 7.* Idem *Iustinianus* ait: Deo authore nostrum gubernante Imperium, quod nobis à cælesti Maiestate traditum est, & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, & Rectus Reip. sustentamus, & ita nostros animos ad Dei Omnipotentis erigimus adiutorium, vt neque armis confidamus, neque nostris militibus, neque bellorum ducibus, vel nostro ingenio, sed omnem spem ad solam referamus Summæ Trini-

tatis

tis prouidentiam, vnde & Mundi totius Elemē-
proceſſerunt, & eorum diſpoſitio in Orbem
rrarum producta eſt. (*de dig. conceptione.*)

Ageſilaus Dux Lacedam. adeò Religioni erat
dictus, vt Delubra, etiam in hoſtico ſita, vene-
retur, ab ijſq; vim militum & iniuriam abſti-
ret: exiſtimabat enim Diuina auxilia non mi-
us in hoſtili, quàm amico in ſolo imploranda
ſe. Xenoph. de laud. Ageſil.

Quantum ex cultu Diuino *Conſtantinus*, &
arolus, cognomento *Magni*, *Carolus Martellus*,
ius auus, *Alphonſus II.* Legionis, & Caſtellæ
ex, *Rudolphus* denique Comes Habſpurgenſis,
perium ſibi & ſuis firmârint, amplificârint, &
poſteros longa ſerie tranſmiſerint, copioſè
cent Hiſtorici. (*Vide S. Auguſtin. 5. de Ciuit. Dei*
25. Niceph. 7. cap. 46.) Ipſe enim Deus felicita-
ſui cultoribus promittit his verbis: (1. Reg.
Quicumque honorificauerit me, glorificabo
e: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

Struebat inſidias *Arcadio Imp.* (quò ſibi fa-
us Imperium conſenſu barbarorum raperet)
ſſinus Præfectus Prætorio: ſed illas euaſit, in-
ctus alioqui, Imp. pietate. Nam ipſis Imperij
unabulis parentis maximè pij veſtigijs inſi-
ns, quo tempore aduerſus impietatem & hæ-
icam prauitatem ſolerti ſtudio leges armat,
idem vidit occultum hoſtem, & execrandi ſce-
is architectum fœdiſſimè trucidari, barbaraſ-
gentes, quibuſcum conſpirârat, paſſim diſſi-
nt. Baron. Tom. 5.

De *Ioſaphat* Rege dicitur, 2. Par. 17. *Fuit Do-*
nus cum Ioſaphat: quia *ambulauit in vijs Dauid*
ris ſui primis, & non ſperauit in Baalim, ſed in

Deo patris sui, & perrexit in præceptis illius, & non iuxta peccata Israel, confirmauitq; Dominus Regnum in manu eius, & dedit omnis Iuda munera Iosaphat, factæq; sunt ei infinitæ diuitiæ, & multa gloria.

21. Simulatque Dauid inauguratus fuit, (1. Reg. 6. & 7.) de reducenda Arca, Temploque ædificando piam cogitationem suscepit, moribundus autem ad filium Salomonem dixit: Proficere poteris, si obserues mandata, atque iudicia, quæ præcepit Moyses.

22. *Salomon*, parentis præceptis obtemperaturus, Sapientiam à Deo precatur, Dei Templum magnificum exstruit, religionem amplificat, 24. millia Leuitarum constituit: (1. Par. 22. 23. 2. Par. &c.) at postquam mulieres paganas & idololatras deperire cœpit, & idola earum venerari, iratus Dominus dixit: *Disrumpens scindam regnum tuum*, &c. 3. *Reg.* 11. & 12.

23. *Nabuchodonosor* quia se Principatum à Deo habere non cognouit, in feram est cõuersus, &c. Contra quia *Carolus Magnus Francorum Rex* in acie Signum Crucis Christi humiliter deferebat, magnas virtutes est consecutus. *Platina in eius vita. Lupoldus Episcopus Bambergensis* (claruit Anno 1340.) scripsit de veterum Principũ Germanorum erga Religionẽ zelo. *Baptista Egnatius* à Cęsaribus vsq; ad Carolum V. claruit Anno 1540.

24. *Imp. Seueri* hoc extremum extremi temporis, quo naturæ concessit, elogium fuisse ferunt: Turbatam Remp. vbique accepi, pacatam excedo. Britannis relinquo: senex & pedibus æger firmis Imperium Antoninis meis relinquens, si boni erunt; imbecillum, si mali. *Spartian.* Seuerus.

sat prudentissimus Imp. Imperium haud diurnum ei fore, qui virtutem relinquens, ad impietatem prolaberetur: fortuna enim, vt plurimum, cum moribus immutatur, ait *Sallust.*

15. *Alphonsus Aragonum Rex* dixit eos demum magnificiendos Principes, qui pietatem atque iustitiam probè excolerent: in quo enim istæ sint virtutes, eius imperium æquo omnes animo patiuntur, illiusque moderationi sese etiã sponte subijciunt. *Panorm. 1. de gest. Alphons.* E contrario, si pietatem remoueris, nihil proderunt exercitus, (*ait Niceph. lib. 14. cap. 2.*) equi, satellites, ensium vis, virorumque innumerabiles copiæ, quò minus in ipsum & imperium eius insurgant.

16. Vt corpora inferiora motui cælestiũ sphærarum, propter naturæ nobilitatem volentes parentia libenter inferiores se Principi subijciũt, quem pietatis & virtutum radijs micantem vident. Hinc *Theodosius* moriens, nihil aliud filijs mandauit, quàm vt veram pietatem integram seruarent, per quam eos assueuerauit pacem habituros, & bella sopituros, trophæaque excituros, & victoriam à Deo consequuturos. *Niceph. lib. 13. cap. 1.*

17. Contra *impietas* certa est ruina Principum & Magistratus. *Mithridates*, Artabani primi Parthorum Regis filius, ob impietatem à suis Parthis circumscriptus & deiectus fuit. *Ioseph. lib. 11. cap. 3. Strab. 16.* C. *Caligula* apud *Romanos* ob impietatem & alia vitia interfectus fuit. *Vitellij* sæuitia & summa impietas hostes eò adegit, vt minutissimis ictibus excarnificatum

& confectum, vnco in Tyberim traherent. *Sueton.* Quia *Richardus* II. *Angliæ Rex*, reiecta omni pietate, multis se flagitijs inuoluit, quamuis ea conaretur falsis virtutum imaginibus tegere, ad extremum tamen, orta rebellione, regnis exutus, summa in miseria decessit. *Polyd. Virg.* Idem obtigit *Henrico VI.* ijsdem simulationum vijs insistenti. *Idem Polyd. Henricus* III. imp. vulpis in morem versipellis cuncta miscuit, perturbauit, confudit, ac tandem spoliatus Imperio, vita infelicissimè migrauit. Rectè ergò ait Tacitus, *lib.* 16. *Annal.* Clarum testatumque exemplis est, quòd homines felicitatem assequantur pietate, benignitate in alios, & bona de se opinione ijdem, cùm adepti quæ voluerant, ad iniurias & impotentiam in imperijs delabuntur, fit meritissimò, vt vnà cum imperantium mutatione ipsi subditi se & affectus mutent.

28. *Ethnici Romani Principes*, nutu Dei regi credentes rerum euentus, pacis bellique consilia ad ipsum referebant. Bello gerendo magis Sacrificijs, quàm armis expediendis erant intenti. In quo *Numæ* (Rom. secundi Regis) exemplum sequebantur, cui cùm diceretur à quopiam: Hostes, ô Numa, bellum contra te comparant: at ego, inquit ille ridens, sacrifico. Hostium vires indicans magis Dei ope, quàm proprijs viribus debilitari. Deus enim probitati fauet, & est impijs infensus. Victoria ipsa & virtus, qua paratur, in Diuinis beneficijs numerantur. *Ioan. Martan. libro de Rege & c. cap.* 14. Bapt. Fulgos. *lib.* 1. ait: Etsi gentium religio à veri Dei cultu plurimum aberrauit, tamen cùm melioris cognitionem nullam haberent, haud incredibile videtur, Deo ipsi immor-

tali

tali non ea, quæ ipſi vel colebant, vel credebant; ſed ipſorum, in eo, quod rectè ſe credere arbitrabantur, ardens ſtudium, ſingularemq; obſeruantiam non ingratam fuiſſe; id quod multis portẽtis, pœniſque aduerſus religionis violatores oſtendebatur.

39. Cùm Magiſtratus in ſingulis Prouincijs, ex Imperatorum (quatuor tunc in Romani Imperij gubernandi ſocietate iungebantur: 1. *Diocletianus*, 2. *Maximianus* Hercul. 3. *Conſtantius* Chlorus, & 4. *Galerius* Maximinus) mandato pios paſſim inhumanè & grauiter perſequerentur, & Sãcti Martyres, qui in Imperatorum Palatijs verſabatur, primi omnium certamina pro pietate obirent, ignemq; ue, ferrum, vaſtos maris gurgites, omnia denique mortis genera, ſumma cum animi alacritate & tolerantia ſubirent, vſque eò, vti breui Imperatorum Regiæ ſanctis viris eſſent omnino orbatæ: (quæ res auctores maleficij clementi Dei obtutu curationeque prorſus priuatur: quippe qui, dum homines pios inſectarentur, etiam eorum preces, quas pro ipſis fuderant, inſectati ſunt, & abegerunt:) ſoli *Conſtantio* (Chlorio) ſapiens quædam & ſolers animi occurrit cogitatio, & facinus deſignat, & auditu ſtupendum, & actu ſummopere admirandum. Nam illis, qui in Regia ipſi inſeruiebant, libera data optione, (quæ etiã illis, qui aliquem dignitatis gradum in familia eius obtinebant, delata fuit) hanc tulit conditionem, vt vel dæmonibus immolando, integram haberent poteſtatem tum apud ipſum commorandi, tum conſuetis honoribus perfruẽdi vel, ſi minus hoc exſequerẽtur, aditu ad ipſum prohiberentur, & à conſuetudine ipſius ac familiari-

Periculum facit pietatis & conſtantiæ Procerum in ſua aula, ſtudium colendi ido.a ſimulans.

liaritate penitus repellerentur, reijcerenturque, (*Vide in Theatro locum de Persecut. piorum.*) Postquam igitur in duas partes dirempti fuerunt, alijque in hanc, alij in illam segregati, illico singuli, quo animo essent & instituto, perspicue ostēderunt. (Alij Christianam religionem prodebant, alij Diuina præsentibus bonis anteferebāt: alij prompti ad sacrificia Deorum Ethnicorum prosiliebant; alij honores, vitam, fauorem Imp. opes, clientelas, suam suorumq; incolumitatem Christi caussa amittere parati erant.) Ibi tum admirabilis ille Constantius, commento, quod celatum erat, statim post patefacto, quorundam timiditatem & nimium amorem, quo se suamque vitam complectebantur, vehementer coarguit: alios, ob sinceram & integram erga Deum mentem, approbauit plurimum. Illos deinde, tāquam Dei proditores, Imperatoris seruitio indignos censuit: Quomodo enim, inquit, fidem erga Imperatorem seruare poterunt inuiolatam, qui aduersus Deum Opt. Max. perfidi esse manifestò conuincuntur? Quapropter hos procul à Regali suo domicilio statuit amandandos; illos verò, qui, veritatis testimonio, digni Deo fuêre comprobati, similes erga Imperatorem fore affirmans, stipatores suos, & ipsius Regni custodes constituit: inquiens, id genus homines in præcipuis, maximeq; necessarijs amicis familiaritatibus numerandos esse, multoq; pluris quàm ærarium, ingenti thesauro referta, meritò æstimandos. *Euseb. lib. 1. de Vit. Constantini, cap. 9. & 10. Sozom. lib. 1. cap. 6. & Baron. Tom. 2. Annal. Anno Christi* 304. Vtinā Exemplo huius Imp. Principes Vtrinq; intenti essent in fidem, mores, dicta, & facta suorū

Negabat τοὺς ἀπιστοὺς τῷ θεῷ sibi fideles fore: eos verò sibi fidos fore non dubitabat, qui egregia erga Deum fide erant.

ministrorum, & eos familiaritate sua dignarentur, qui in auita nostrorum Maiorum fide manêt constantes, & nec minis, nec pollicitis, nec metu suppliciorum ab ea possunt auelli.

10. Idem *Constantius*, cùm iam longo temporis spatio eximia & spectata satis Regiæ virtutis indicia dedisset, tandem repudiata penitus impiorum in varijs colendis Diis superstitione, Deum omnium moderatorẽ vltro agnouit, & Sanctorũ virorum precibus suam firmè muniuit familiã, & reliquum vitæ cursum expeditum, perturbatione vacuum, magna cum laude transegit, &, quod vulgò beatum prædicant, neque quidquam ipse habuit molestiæ, neque alteri aliquando exhibuit. Sic igitur omne tempus Regni constans & tranquillum liberis & coniugi, cum tota famulorum turba præstitit, omnemque suam familiam vni Regi Deo consecrauit, adeò vt multitudo, quæ intra Regiã ipsam coiuerat, nihil ab Ecclesiæ forma distare videretur, in qua inerãt Dei ministri, qui continuos cultus pro Imperatore etiam tum obierunt, cùm piorum genus & vero Deo inseruientiũ alibi apud Gentilium multitudinem ne nominari quidẽ absq; periculo poterat. Ob quas res nõ adeò diu post Deus illum egregiè remuneratus est, sic vt iam in Imperij gubernatione primas facile obtineret. *Euseb. ibid. cap. 11. 12. 13. 14. 15. & Baron. ibid. Anno Christi* 306.

11. Huius Constantij filius *Constantinus Magnus* Imp. nihil magis voluit filijs suis commendatum, quàm vt opibus omnibus, adeò ipsi Imperio, Dei sanctæq; Religionis cultũ anteponerent. *Euseb. lib. 2. de Vita Constantini cap. 25. & seq.* Cùm idem Deum, quem pater sanctè adorauerat, solũ

obseruandum colendumque statuisset, eius opem precibus implorauit, eumque obtestatus est, vt tum, quisnam esset, illi vellet significare, tum vt dexteram suam negotijs proposi is porrigeret. Cùm ista precaretur, & obnixè flagitaret, circa meridionalis Solis horas, die iam in pomeridianum tempus paululum declinante, in cælo supra Solem trophæum Crucis ex lucis splẽdore figuratum, ac scripturam additam vidit, sic dicentem: ἐν τούτῳ νίκα: *in hoc vince*. (Hanc historiam verè ita contigisse, ipse Imp. iureiurando confirmauit Eusebio, qui eam describit. *Artemius*, apud *Metaph. 20. Octob.* ait se vidisse hanc Crucem, aureis litteris significasse Constantino victoriam aduersus Maxentium.) Admiratio ingens ipsum, & totum exercitum, qui eum quopiam iter facientem comitabatur, atque adeò huius prodigij spectator factus erat, incessit: atque eum diu multumque, quidnam ostentum illud sibi vellet, cogitantem, oppressit nox. Ibi ei dormienti Christus Dei cum signo in cælo monstrato visus est, præcepitque, vt exemplari, ad imitationem illius signi, quod in cælo apparuerat, fabricato, eo tanquam præsidio in prælijs cum hostibus committendis vteretur. Hoc quia Imp. fecit, ac (Dei sacerdotibus sibi tanquam assessoribus adscitis) Christum omni genere cultus & obseruantiæ venerari decreuit, Maxentium deuicit, & cæteris bellis, quæ deinceps gessit, par felicitas adfuit. *Euseb. de Vita Constant. lib. 1. cap. 20. 21. 22. 25. 26. Sozom. lib. 1. cap. 3. 4. Baron. Tom. 3. Annal. Christi 312.*

Constantinus Crucis cultor, Labarũ (signũ militare) Cruce ornat.

32. Cùm *Iouianus Imp.* experientia didicisset Imperium propter iram Diuinam in Iulianum,

qui

ni ante ipsum regnauerat, accensam, acerbè af- *Christianæ Religionis cultus à Iuliano Apostata prescriptus, in pristinum restituitur.*
ctatum fuisse, abiecta omni cūctatione scripsit
d Præsides Prouinciarum, vti ad Ecclesias fre-
quenter conuenirent, Diuinum Numen studiosè
olerent, docerentque suos solam Religionem
Christianam verum Dei cultum in se complecti.
Porrò Ecclesijs, & Clericis, viduis & virginibus
mmunitatem reddidit, & si quid aliud vel ad cō-
modum, vel ad honorem Religionis nostræ à
Constantino ac liberis suis aut donatum, aut lege
ncitum fuisset, postea autem à Iuliano illis ab-
rum. *Sozom. lib. 6. cap. 6. Baron. Tom. 4. Anno*
Christi 363.

Valentinianum Seniorem Imp. pietas Chri-
iana apud Deum & homines plurimum com-
endauit, & post impium Imp. Iulianum euexit,
ui ne pareret, militia exui, & in exilium relega-
delegit. *Vide in Triumpho Virtutum locum de*
Religione.

Dauid Rex Iudæorum, cùm rerum gestarum
aria omnibus, qui in Iudæa regnauerant, præ-
rretur, non erubuit, dum Arca à Leuitis porta-
ur, omni Regiæ dignitatis ornatu deposito, &
bbod lineo sumpto pedes incedere, saltare, lu-
re, & quasi vnus è plebe iucundis gesticulatio-
bus vti, donec illa in vrbem inuecta sub taber-
culo, quod ipse tetenderat, venerabiliter col-
caretur. Ex quanta autem in Deum pietate,
antoq; amore ea Regis exultatio proueniret,
chol vxoris suæ pœna testatur, quæ quoniam
uralis leuitatis illum arguerat, Deo vlciscen-
perpetuæ sterilitatis damnum tulit. *Marulus,*
Sab. lib. 5. cap. 1.

Imp. Iustinianus, præteritorum doctus exē-

plo, debellari à Deo feliciter hostes, cùm Imperiò pro religione laborat, Anno 535. missurus Belisariũ ad Gothicam expeditionem, seu perdifficile bellũ Gothicum auspicaturus, primùm in id totis incũbit viribꝰ, vt quæ in ipsa Cõstantinopolitana ciuitate aduersus Sacros Canones, probatamq; consuetudinẽ in Ecclesiarũ detrimentũ, ac Diuini cultꝰ dispẽdiũ videret admitti, corrigeret.

Pietum innocentia & religio Deo sunt curæ.

36. Cùm resurgentis Imperij Hispani fundamẽta aduersus Mauros ponebantur, *Ferdinando Antolinus Garsia*, Ferdinando Castellæ Comite Mauris, qui Gormatiũ vsq; processerant, obuiã in repentino metu profecto, rei Diuinæ procuratio caussa, in templo ipso sub conflictum restitit. Eã pietas quàm grata Numini esset, miraculo est iudicatum. Eius enim specie quidã, genuis scitu bonus, inter primos tanta virtute dimicauit, vt eius diei victoria Antolino potissimũ tribuerentur: recentes notæ sanguinis in equo & inermo visæ miraculũ confirmârunt, req; omni probata. Antolini innocentia, qui domi metu ignominiæ latitabat, & virtus illustrior euasit, pro ignominia, quã verebatur, laudẽ retulit. Is susceptæ pietatis fructus extitit. *Ioan. Marian. lib. 24. c.*

SIGNVM XLVIII.

PIVM ESSE IN DEIPARAM Virginem, aliosq; Sanctos.

QVantis donis & muneribus pium suum affectum in Diuam Virginem multi Principes, qui Belgicæ præfuerunt, testati sint, copiosè commemorat *Iustus Lipsius* in Miraculis Diuæ Virginis Hallensis cap. 35. inter cætera ait: *Philippus II.*

, qui Belgicam noſtram in hoc vnum corpus
liciter iunxit, huic Diuæ quàm addictus? (*Vide*
riumphum Virt. & Theatrũ Vindict. Diuin.) Do-
rit monumenta, quæ affectus & cultus ſui reli-
it. Primò ipſius Virginis Statua grandiuſcula,
media Ara poſita, ſed auro puro inducta: Filiũ
achio vno præfert, altero florẽ lilij inauratum:
pectore monilis vice ſunt Vniones ſex, puri,
randes, & in eorũ medio Carbunculus, ſiue Py-
opus lapis, quẽ Rubinũ nos à colore vocamus.
in capite corona eſt puri puti auri. Sunt in ea-
m Ara duodecim Apoſtoli, ex argẽto fabrè fa-
ficti. Ad latus vtrumque Aræ videre eſt duos
leſtes Genios, ſiue Angelos, eodẽ metallo, can-
ra præferentes, & venerationẽ Diuæ exhi-
ntes. Supra has Statuas, duæ ſunt militares, al-
a pedeſtris, altera equeſtris, & ſignificatũ li-
et, vtramq; militiã ſuã Principẽ Diuæ confe-
ſſe. Iſtę pariter ex argẽto. Idẽ lampadẽ auream
dit, &c. Valde hãc Diuam, nec ſine mercede co-
: quippe quę pariter eũ extulit, & ad id qui di-
ſas Belgicæ Prouincias paulatim cõciliauit, &
illi imperio ſubiecit. Dona Caroli eius filij,
ximiliani, Caroli Quinti, & aliorũ lege ibidẽ.

SIGNVM XLIX.

PIVM ESSE IN SVMMVM *Pontificem.*

ETſi inimicitiæ, odia, atq; bella cõflata eſſent
inter *Aretam* Regẽ Damaſci, atq; *Herodem*,
fuiſſet diutius conflictatum, (vt loquitur Joſe-
us, *antiq. lib.* 18. *c.* 7.) nec inter eos pax cõpoſita
at, nihilominus tantum ſibi iuris vindicabat

apud

apud Aretam Summus Iudæorum Pontifex in his, quæ ad religionem spectabant, vt quæ summi esse imperij viderentur sibi sumens, daret litteras Saulo (*Act.9.22.26.*) ad Synagogas Damasci, vt qui reperti essent Iudæi Christo credentes, vincti Hierosolymam ducerentur. Vtinam tanta saltem, etsi non ampliori, vt par esset, apud Christianos Principes Christiana Religio, Summumque omnium Regale Christi Sacerdotium hodie auctoritate polleret, quanta apud Reges externos, ac denique hostes, cultus tunc habebatur Iudaicus, inquit *Cæsar Baronius Tom. 1.*

2. *Agrippa Rex Iudæorum* in libello supplici Caium Imp. auos, proauosque, inquit, habui Reges, & ex his aliquot etiam Summos Pontifices, quam illi dignitatem pluris faciebant, quin Regiam, rati, quanto Deus antestat homini, tanto Pontificatum Regno excellentiorem: ad illius enim curam Diuinas, res humanas ad huius pertinere. *Philo lib. de Leg. ad Caium. Vide Theatrum hist.*

Christianus factus est anno 4. sui imperij.

3. *Philippus primus Imp. Christianus*, labem inuasi Imperij (quod impiè, non iure obtinuit, occiso collega Gordiano Imp.) studuit abolere sacro Baptismate expiatus. Si quid autem posthac quauis occasione deliquit, quo ab Ecclesia iure deberet esse extorris, facta exomologesi publica in Ecclesia, Fabiano Papa id exposcente, magnæ pietatis Christiani Imperatoris culmine dignum exemplum edidit. Eusebius, *lib. 6. cap. 27.* ait: Fama est, istum, cùm precationum in die postremæ Vigiliæ Paschatis vnà cum multitudine in Ecclesia particeps fieri vellet, non prius ab Episcopo, qui tum Ecclesiæ præerat, permissum esse intra-

re

quàm confessus fuisset, & inter eos, qui peccatum vinculis adhuc tenebātur astricti, locum pœnitentiam agentibus præstitutum occupant, se sua sponte collocauisset, Episcopumq; esse, cum non alia conditione, nisi istud facere, propter multa delicta, quæ de illo ferebantur admissa, aliquando ab ipso in Ecclesiam receptum fore: Imperatorem autem, alacri animo & gaudenti, Episcopo morem gessisse, & ingenuam pietatem, ac religiosam, piamque affectionem, quo timore incitatam reipsa declarasse memoriæ. *Hæc Eusebius.*

Pontifex Imp. in Ecclesiam ingredi vetuit, antequam pœnitentia peccata diluisset.

Cùm *Paulus Samosatenus* vt hæreticus in Cōcilio Antiocheno ab Episcopis esset damnatus, ac inde depositus, & ex Episcopi domo, Ecclesiæ Antiochenæ propria, exire nollet, *Aurelianus* Imperator licet gentilis, præcepit, vt domus Ecclesiæ illi tribueretur, quibus Christiani Italiæ, & Vrbis Romæ Episcopi per litteras tribuendam præscriberent. Sic demum Paulus cum summo dedecore, secularis Imperij ac potestatis auctoritate ab Ecclesia penitus extruditur. *Euseb. lib. 7. cap.* Quid opus fuit Aureliano iustissimo Principi de eum Episcopalem adiudicare illi, cui Italiæ Christiani, & Vrbis Romanæ Episcopi dandam adscriberent, cùm id iam antea in Synodo Antiochena, cui tribuenda esset, præiudicatum fuisset? Vsque adeò innotuerat Romani Pontificis toto Orbe potestas, vt & Ethnicos non lateret, a quorum Episcoporum sententias eas esse ratas, quas authoritas Romani Pontificis confirmasset. At quoniam sciebat Imp. ab eodem Pontifice eandem causam fuisse congregatos Italiæ Episcopos Romæ ad Synodum, (vt *Athanasius lib. de*

Episcopus Romanus Iudex supremus Christianarum causarum.

de Synod. testatur) ad tanti ponderis caussam examinandam, idcirco dixit in suo Decreto, id esse debere ratum, quod vnà cum Romano Episcopo Italiæ Christiani decernerent. Vide *Bellarm. Tom.* 1.

3. *Constantinus Magnus* quo animo fuerit erga Primarium Christianæ Religionis Antistitem, munificentia in eum ostensa declarat. Qui enim hactenus, persecutione vrgente, domibus publicis spoliati, nec priuatis vti tutò poterant, in cryptis degentes Romani Pontifices, à Constantino Imp. mox regia publica domo donantur: nam quòd nefas esse sciret, Gentilitiæ superstitionis Antistitem Summum, aliam quamuis domum, quàm publicam habitare, (quamobrem & coactus est Augustus olim suam priuatam, vt mea agere liceret, publicam domum facere,) (Dio *lib.* 54.) nequaquam passus est absque publico ædificio veræ Religionis Pontifices Maximos Romæ agere. Augustissimas ergo ædes Lateranenses (seu Faustæ in Laterano) ipsis ad habitandum concessit. Si autem Pontificem Imperatorijs domibus excipere voluit, Imperatorio quoque cultu (vt par erat) eundem dignatus est; alioquin enim dignum scena ludicrum potius, quàm Christiani Imp. munificentia facinus existimari potuisset, Summum Sacerdotem inglorium ac solitarium in Imperatorijs ædibus spatiari. Qui igitur voluit Maximum Christianæ Religionis Pontificem non modò instar gentilitiæ superstitionis Pontificis Maximi domos publicas habitare; sed in Imperatorias quoque ædes transferri, haud putandum imparem illi honorem & gloriam contulisse, quàm haberent diuerso-

Constantinus Imperiales ædes Pontifici largitus est Melchiadi.

ſiorum Collegiorum Antiſtites. *Baron. Tom. 3. nal.*

Hæx Chriſtianorum, imò & hæreticorum o-nium deterrimus, *Paulus Samoſatenus*, inquit *ronius ibid.* primus omnium viam aperuit, vt, m Epiſcoporum iudicio non acquieſceret, ad lum comprimendum adiri oportuerit Impera-rquod quidē ille, quantumlibet Gentilis eſſet, elati portentoſum facinus exhorreſcens, quod Italiæ Epiſcopis ea in re ſtatutum eſſet, ratum rmumque in omnibus eſſe voluit.

Appellare ab Epiſcopis ad Imp. hæreticorum eſſe.

Poſt nefandum Hæreſiarcham recedere à ntentia Epiſcoporum præſumpſerunt impij *natiſtæ*, ex Chriſtianis Apoſtatæ Traditores, ; ex Traditoribus facti Schiſmatici: qui & ex hiſmaticis Hæretici poſtea euaſerunt. Tale ge-s hominum reſilijt à iudicio Epiſcoporum, de-it ad Tribunalia Cęſarum, & poſthabita Syno-rum ſententia prouocare conſueuit ad Impe-rores. Donatiſtæ eò ſua procacia adegerunt nſtantinū, vt Ethnico Aureliano hac in parte ſterior declaretur. Siquidē ille iudiciū ampliſ-ē Conuētus Antiocheni detulit (vt par erat) ad ntentiā Italorū Epiſcoporū, inter quos Roma-ſæcleſiæ Pontifex emineret: Cōſtantinus verò od ſtatutum in Concilio Romæ eſſet, (extor-ntibus id ſua improbitate factioſiſſimis Do-tiſtis,) voluit in alio Concilio, in Gallijs cele-rando, iterum ventilari, atq; ſententia definiri. hæc autem quàm traheretur inuitus, nolenſq; mpelleretur ab illis, declarauit, cùm ijs Iudices ntibus reſpondit: Petitis à me in ſęculo iudi-um, cùm ego ipſe Chriſti iudicium exſpectē. Et rabida, &c. vide locum de Pietate in Dei Mini-ſtros.

ſtros. Exiſtimabat ſe ea indulgentia membra ab vnitate conſciſſa poſſe compaginare, atq; mutuæ indiuiduaque concordia conſolidare. Sed malè conſulitur Catholicæ vnitati diſpendio Eccleſiaſticæ diſciplinæ. Semel autem atque iterum in ipſis expertus Cõſtantinus fruſtra boni pacis intuitu ad improbas, importunas, & illegitimas Schiſmaticorum petitiones flecti Imperatorum Maieſtatem, magnoque diſpendio id fieri Eccleſiaſticæ diſciplinæ diuinitus inſtitutæ conſideras, conſulens poſtea vtriuſque dignitati atque integritati; rerum exemplo prudentior factus, facto pariter declarauit ac ſcriptis, non eſſe amplius ſeculari iudicio examinanda, quæ eſſent ab Epiſcopis conſtituta, etiamſi Epiſcopi illud expeterent. Id incenſio illa multiplicium libellorum ab Epiſcopis oblatorum tempore Concilij Niceni ab ipſo facta ſignificat. Idipſum quoq; voluit teſtatum reddi, totiq; e Romano Orbi innotescere, ampliſſimo promulgato Edicto, de quo in Reſcripto eiuſdem ad Ablauium, quo declarat, ſe ſententias Epiſcoporum non ſolùm velle in iis, quæ ſpectant ad Eccleſiaſticas controuerſias, ſed etiam ciuiles diſceptationes & ſæculares cauſſas ac lites, illibatas permanere. Extat hoc Reſcriptum *lib.* 1. *Cod. Theod. de Epiſc. iudicio.* Vide Euſeb. *in Vita Conſtant. lib.* 4. *cap.* 27. & Sozom. *lib.* 1. *cap.* 9.

8. *Carolus Martellus* Francorum Rex à Gregorio III. Pontifice rogatus, vt illi contra Luitprandum Regem Longobardorum auxilium ferret, per Legatos egit, vt is, infeſto agmine Romã premens, ab obſidione diſceſſerit, & in gratiam cum Pontifice redierit.

§. Cle-

§. Cuius filius *Pipinus*, rogatu Stephani II. Pontificis, exercitum in Italiam aduersus Aistulphū, Longobardorum Regem, Ecclesiasticam ditionem vexantem, bis duxit, ipsumque ad restituendum quæcunque Ecclesiæ abstulerat compulit.

10. Ab hac paterna virtute non degenerans *Carolus Magnus*, Adriani I. Pontificis aduersam sortem miseratus, à Desiderio Rege Lõgobardorum grauiter oppressi, cum validissimo exercitu in Italiam profectus est, & Desiderium bello superatum atque captum, cum vxore & filijs Leodiū relegauit. Leonem itidem III. Pontificem à seditiosis quibusdam Vrbe expulsum; idem in Italiam mota expeditione in suam sedem restituit, sumpto de coniuratis ac seditionis auctoribus supplicio.

11. Demum ad *Ludouicum Iuniorem*, Ludouici Pij filium; velut Sacerdotalis dignitatis patronum cõfugit fortissimus propugnator Ecclesiasticæ libertatis Gelasius II. Papa.

SIGNVM L.

PIVM ESSE ERGA EPISCOPOS, *Sacerdotes, aliosq; sacros Dei Legatos & Ministros.* *Pium esse in Sacerdotes.*

EZechias Rex valde solicitè præcepit dari Decimas Sacerdotibus & Leuitis, vt possēt vacare Legi Domini. Ideoque his verbis laudatur 2. Par. 31. *Operatus est Ezechias bonum, & rectum, & verum coram Domino Deo suo, in vniuersa cultura domus Domini, iuxta Legem & ceremonias;*

mas, volens requirere Deum in toto corde suo, fecitq;, & prosperatus est. Nobile factum nobilis Principis *Nehemiæ* lege 2. *Esd.* 13. 1. Machab. 10. *Demetrius*, licet impius Rex, dicit: *Decimæ*, &c. *Ierem.* 1. dixit Deus Prophetæ Ieremiæ: *Constitui te super gentes, & super regna.* Vnde Innocentius III. probat, Politico Regum imperio maiorem esse Sacerdotum potestatem.

2. *Artaxerxes Rex Persarum* similiter solicitus fuit pro vniuersis Sacerdotibus, Leuitis, Cantoribus, ianitoribus, Nathinæis, & ministris domus Dei. Obtulit etiam munera in Hierusalem Deo ne fortè iraſceretur contra regnum &c. 1. *Esd.*

3. *Constantinus Magnus*, superato & exstincto Maxentio Tyranno, Dei ministros accersere, cultu & obseruantia honorificè complecti, & tum re, tum verbis, tanquam viros Deo suo consecratos, humaniter excipere, & maxima benevolentia prosequi cœpit. (*Baron. Anno Christi* 312. *Vide apud Damascenum historiam Barlaam & Iosaphat.*) Licet homines fuerint formæ habitu ad aspectũ abiecti, ab eo tamen nõ eius generis existimati sunt: quia non hominem, qui sub aspectũ oculorum cadit; sed Deum ipsum, qui in eorum animis insidebat, considerare visus est: illos dæmensæ effecit participes, illos, quocunq; iter capiebat, secũ duxit: atq; ea de re Deum, quem sincerè colebant, sibi credidit fore propitium. (*Vide Theatrum Vind. Diuin.*) Porrò Ecclesijs copiosè suppeditare subsidia, templa in sublime erecta exædificataq; adaugere, plurimis monumentis augusta Ecclesiæ sacraria illustrare, varia pecuniæ largitione egentium inopiam sublevare, &c. *Euseb. 1. de Vita Constant. cap. 34. 35. 36.*

4. Idem

4. Idem Eusebius *lib.*10. *cap.* 5. recitat eiusdem *Constantini* Rescriptum ad Anulinum Procõsulem in Africa, de restituendis bonis Ecclesiarum, in quo habentur hæc verba: Est hæc nostræ Clementiæ ratio & modus, vt illa, quæ ad alienum ius pertinent, non solùm non perturbare, sed etiam cuique restituere quàm maximè cupiamus. Quare volumus, vt, simulac hasce litteras à nobis acceperis, si quæ ex his possessionibus, quæ ad Catholicam Christianorum Ecclesiam, in quibuscunque ciuitatibus aut locis alijs pertinent, etiam adhuc à ciuibus, aut ab alijs quibusdam retineantur, eas quamprimùm ijsdem Ecclesijs facias restitui. Quãdoquidem animo instituimus, vt ea, quæ Ecclesiæ antea possederunt, ad ipsarum ius denuo reuertantur, &c.

5. Recitat & aliud Eiusdem (*cap.* 7.) de Clericorum immunitate, in quo dicitur: Quoniam multis argumentis cõstat, Religionem, in qua sumus, & perfectus cultus sacrosanctæ & cælesti illi potentiæ deditus omnino consistit, neglectã & contemptam magna pericula attulisse, eandemque sanctè augustèque obseruatam, tum maximam Romano nomini ac splẽdori prosperitatem, tum eximiam omnibus hominum rebus felicitatem, Diuina beneficentia illud largiente, apportasse: visum est, vt illi homines, qui debita tum sanctimonia, & assidua Legis Diuinæ obseruatione sua ministeria huic Diuinę Religioni exhibẽdę impertiũt, pro laborib⁹ suis digna prẽmia reportent. Quare eos, qui in Ecclesia Catholica huic sanctę religioni sedulò inseruiũt, (quos Clericos nominare solẽt) ab omnib⁹ omnino cõmunibus & ciuilibus rerũ publicarũ ministerijs im-

munes & solutos volo, vt nullo modo per errorem, vel per sacrilegam ac profanam prolapsionem à cultu Diuinæ Maiestati debito abstrahantur; sed absque vlla molestia propriæ legi obsequium præstent: qui quidem cùm sacrum Numen summo honore & veneratione prosequantur, incredibile est, quantum Reip. adimenti videant allaturi, &c. (Clericos à muneribus ciuilibus voluit esse immunes, vt Deo militãtes, nequaquam negotijs distinerentur secularibus. *Cod. Theod. de Episc. & Cler. l.* 1.)

6. In Edicto *Constantini & Licinij*, Anno Christi 313. quod habet Eusebius *lib.* 10. *cap.* 5. inter cætera habẽtur hæc verba: Decernimus Christianis, vt loca eorum, in quæ ipsis in more positum erat antea conuenire, si qui ea emisse videantur, Christianis absque argento, absque vllâ repetitione pretij, quod in illis emendis collocauerant, sine omni mora & dubitatione restituant: & si qui ipsa loca pro munere fuerint adepti, ea ipsis Christianis quàm celerrimè reddant: at si qui ea aut coëmerint, aut dono receperint, aliquid (cõpensationem) à nostra bonitate postulent, &c. Hac ratione Diuinum erga nos studium perpetuò nobis firmum ac stabile permanebit.

7. Cùm Episcopi Schismaticorum Donatistarum conarentur Constantinum contra Cæcilianum Episcopum Carthaginensem concitare, pleno liuore respondit: Petitis à me in sæculo iudicium, cùm ego ipse Christi iudicium exspectem. *Optat. Mileuitan. contra Parm. lib.* 1. Et quia imp. intelligebat iudicia Episcoporum absque primariæ Sedis Antistite nefas esse cognosci, ad Melchiadem Romanum Pontificem causam deferri

ut, qui præsentibus alijs Episcopis Cæciliani causſam pertractaret. (*Vide locum de Pietatem summum Pontificem, & Augustin. epist. 162.*) Literæ Imp. ad Pontificem extant apud *Euseb. lib. 10. cap. 5.* Cùm verò Donatistæ à Melchiadis & collegarum Episcoporum iudicio insolenter ad Cõstantinum Imp. appellarent, (*teste Optato Mileu. lib. 1. aduers. Parm.*) respondit: O rabida furoris audacia, sicut in causſis gentilium fieri solet, appellationem interposuerunt. Et ad Episcopos Catholicos inter alia scripsit: Meum iudicium postulant, qui ipse iudicium Christi exspecto. Diuenim (vt se veritas habet) Sacerdotum iudicium ita debet haberi, ac si ipse Dominus residêt iudicet. Nihil enim licet his aliud sentire, vel aliud iudicare, nisi quod Christi magisterio sunt docti. Maligni homines perquirunt sæcularia, relinquentes cælestia. Quid hi detractores Legis, qui renuentes cæleste iudicium, meum putauerunt postulandum, sic sensêre de Christo Saluatore? &c.

4. Cùm Imp. *Licinius* impietate, tyrannide, & turpitudine sua omnę Orientale Imperium Anno Christi 317. infestaret, ideoque *Constantinus* Imp. compulsus, aduersus eum bellum moueret, precibus sibi opus esse probè intelligens, Dei sollicitabat Sacerdotes, vt semper secum versari, semperque præsto esse vellent, hosque tanquam quosdam animæ custodes ducebat. *Euseb. Vit. Cõstant. lib. 2. cap. 3. 4.*

5. Anno Christi 324. Eusebius *in Vita Constantini lib. 3. cap. 1. 2. 3.* inter alias, has ponit Antitheses *Constantini*, & Gentilium Imperatorum: Quemadmodum, ait, probitatis hostis Dæmon graui in

prosperum Ecclesiæ statum exardescens inuidia, tempore pacis & lætitiæ, seditionis procellas, & tumultus intestinos cõtra illũ excitauit: sic Imp. Deo charus *Constantinus*, ea, quæ ad suum spectabant officium, minimè neglexit; sed omnia contraria his, quæ antea à tyrannica crudelitate admissa, instituit, & quemque Ecclesiæ hostem inimicumque facile deuicit. Illi Christi famulos, domicilijs & laribus orbatos, in exilium eijcere: hic eos omnes domum reuocare, & propijs sedibus restituere. Illi eos ignominijs appetere: hic honoratos, & in omnium conspectu illustres reddere. Illi pijs viris vitam eripientes, iniquè eorum bona publicare: hic illos pluribus muneribus benignè & liberaliter excipiens, ad pristinum statum reducere. Illi per scripta Decreta palàm contra Ecclesiarum Præsides diuulgata, falsis calumnijs eos obiectare: hic contra, viros eosdem ad gloriam efferre, apud se ad altum dignitatis gradum tollere, & Edictis ac Legibus multo clariores efficere. Illi sacras AEdes, precibus destinatas, funditus euertere, easque è sublimi disiectas solo æquare: hic easdem, quæ supererant, altius erigere; tum nouas sumptu ex ipsis regijs thesauris suppeditato, magnificè extruendas sancire. Illi mandare, vt sebri diuinitus inspirati, in ignem iniecti, penitus delerentur: hic vt ijdem ex ærario regio & ornarentur magnificè, & numero augerentur, decernere. Illi iubere, ne Episcopi vllum Conuentus cogere aggrederentur: hic contra omnibus gentibus ad se conuocare, introducere in Palatium, sinere in eius intimas partes

Pia Constantini pro Religione officia.

post-

penetrare, & laris sui mensæque Regalis compotes esse, &c.

10. Idem *Constantinus* Anno Christi 325. Episcopis ad Concilium Nicænum venientibus occurrebat, eosque conuenientibus, vt ait Gregorius Presbyter Cæsariensis, (*apud Metaph.* 10. Iulij) prosequebatur honoribus. Quinam verò esse solerent eiusmodi conuenientes honores, quibus ad se accedentes suscepit Episcopos, declarat ex Eustorgio Suidas, cùm agit de Leonno Tripolis Lydiæ Episcopo, ab Eusebia Augusta fastuosa muliere accersito, cui hæc ille respondit: Si me ad te venire volueris, debita Episcopis reuerentia conseruata, ego quidem ingrediar, tu autem statim de sublimi isto solio descendens, reuerenter mihi obuiam procedas, & caput meis manibus supponas, benedictionem acceptura: ac deinde ego sedeam, tu verecundè astes, cùm iussero dato signo sessura. Si hæ, inquam, tibi conditiones placuerint, veniam ad te: sin alio modo, non tam multa debis, tam magna non poteris, vt nos honore Episcopis conueniente neglecto, diuinum Sacerdotij institutum violemus. Hæc Leontius. Si hæc, tanquam debita Sacerdotio, sibi vendicat Episcopus, licèt à Catholicæ Communionis consortio exclusus, quanto æquius exhibenda Orthodoxo erunt Episcopo? (Dei Sacerdotes debitè sibi eiusmodi honores vsurpare, Diuinum declarat iudicium, quo è sella Valentiniani S. Martino Episcopo assurgere dedignantis egressus est ignis.)

11. In Concilio Nicæno, cùm Ariani aduersus Catholicos Episcopos *Constantino* offer-

rent libellos querelarum,& illud in dies ferè singulos accideret, ait *Sozom. lib.1.cap.6.* dat mandatum Imperator, vt singuli crimina, quæ alijs obijcere constituerant,ad certum diem proponerent. Vbi dictus dies venit,Imperator,oblatis sibi libellis acceptis, istæ, inquit, criminationes tempus quidem sibi præstitutum habent, diem videlicet magni Iudicij; Iudicem autem, qui fortum de omnibus sententiam pronuntiaturus mihi verò nō est fas,cùm homo sim,eiusmodi causarum cognitionem arrogare, præsertim cùm & qui accusant, & qui accusantur, Sacerdotes sint, &c. *Ruffinus* ait,*lib.1.cap.2.* eum dixisse: Deus vos constituit Sacerdotes,& potestatē dedit de nobis quoque iudicandi,& ideo nos à vobis rectè iudicamur; vos autem non potestis ab hominibus iudicari: propter quod Dei solius inter vos ipsi estate iudicium,& vestra iurgia,quæcunque sunt, ad illud diuinum reseruentur examen. Vosque nobis à Deo dati estis Dij, & conueniens non est, vt homo iudicet Deos,&c. *Theodoretus lib.1.cap.11.* addit, Constantinum prædictos querelarum libellos combussisse, & iureiurando adiecto dixisse,se ne verbum quidem inscriptum perlegisse. Nam Sacerdotum,inquit,vitia non sunt populo aperienda,ne ille,inde caussa offendiculi accepta,licenter peccare aggrediatur. Idem Theodoretus ibidem ait eum dixisse.Si Sacerdotem flagitiosè aliquid patrantem cerneret, se purpura eum contecturum. Quin etiam eum hoc quoque adiecisse memorant: Si suis oculis Episcopum alienæ vxori stuprum inferre fortè videret, facinus illud nefandum suo paludamēto se obtecturum,ne facinoris aspectus eos, qui id ipsum cernerent,

Eusebius lib.4. de Vita Constantini cap.56 Episcopos, & Sacerdotes comites sibi adiunxit, &c.

rent, vlla ex parte læderet. *Gregorius Papa lib. epist. 75.* addit: Quid mirũ, si Christianus Imperi Dei Sacerdotes dignetur honorare, dum pagani Principes honorem impendere Sacerdotibus nouerunt, qui Dijs ligneis & lapidibus seruiebant? Tanta erat Pontificum Augurumque potestas & ius in omnes, vt etiam Consules à Consulatu abire iubere possent, & ab imperio deponere Magistratus: quod ne contingere sibi posset, Imperatores ijdem cum Imperio Sacerdotium arrogârunt, vt essent ac dicerentur Pontifices maximi.

Sacerdotij dignitas reuerenda.

2. Cùm *Constantinus* in eodem Concilio videret dextros oculos quibusdã Episcopis effossos, intellexissetque, quòd constãtia pro pietate eorum illis attuliſſet, labra vulneribus admouit, pro certo persuasus, osculo se benedictionem inde hausturum esse, *teste Theodor. lib. 1. cap. 11.* qui multa addit de conuiuio & donis illis collatis, atque sic concludit: Conuiuio tandem peracto, data dona rursus illis distribuit: quin etiam litteras ad Prouinciarum Præfectos dedit, mandatúque, vt certus frumenti numerus viduis, & his, qui perpetuam seruant virginitatem; quin etiam illis, qui diuinis ministerijs obeundis cõsecrati sunt, in singulis ciuitatibus quotannis suppeditaretur, eumque non tam egentium necessitate, quàm sua ipsius munificentia mensus est, &c.

Constantinus osculatur cicatrices Confessorum. Hoc officium pietatis iterum ab eo est exhibitum, tum in aduentu Episcoporũ, tum cùm ijdem ex Cõcilio recessuri essent.

3. Quidni autem daret Clericis singulis conparium Constantinus, cùm Gentilium Deorum Sacerdotibus sæculi Principes ex publicis horreis victum affatim suppeditarint? Etenim *Genes.* 9. dicitur: *AEgyptijs* Sacerdotibus, *præter ter-*

Quo honore Sacerdotes haberi solerent.

ram, quæ à Rege tradita fuerat eis, statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur. Et apud *Iudæos*, præter ciuitates Sacerdotales, & aliarum ciuitatum suburbana, quæ Sacerdotum erant, de omnibus ijdem accipiebant decimam, & ab hominibus quoque ex Legis præscripto pecunias exigebant. Gentilium verò Sacerdotes multiplicis & diuersi generis erant. In propinquioribus *Bithyniæ* regionibus, nempe Ponticis, quorum exemplo Constantinus permoueri potuisset, Sacerdotes in tanto honore habebantur, vt eorum Pontifex gestaret Regium Diadema certis diebus, & secundus à Rege honore haberetur, cuius Sacerdotij erāt sex millia seruorum sacrorum, quibus & ager publicus suppeditabat impensas. Tradit hæc *Strabo lib.* 12. additque tantæ fuisse æstimationis Comanense Sacerdotium, vt *Pompeius Magnus* Asia potitus, *Archelao Regi* pro magno munere & honore illud ipsum contulerit Sacerdotium, auxeritque agrum sacerdotalem. Apud *Romanos* Sacerdotes amplissimi erant honoris ac potestatis, & ex publica pecunia accipere consueuerunt stipendia, & rerum sacrarum impensas. Quid, inquā, mirum, si cùm tot tantaq; vbique gentium Sacerdotes è publico accipere consueuerint, Constantinus perpetuum tribuerit sacris ministris, virginibus, ac viduis congiariis 14. Extat (*l.* 1. *de Episc. Iud. Cod. Theod.*) Sanctio *Constantini* ad Ablauium Anno Christi 316. Præfecturam Prætoriam agentem de Episcopali Iudicio & testimonio, quod ratum firmumque in omnibus, & ab omnibus voluit custoditum inter cætera habentur in ea Constitutione hæc verba: Sanximus sententias Episcoporum, quolibet genere

re prolatas, sine aliqua ætatis discretione, inolatas semper incorruptasq; seruari: scilicet, vt o sanctis semper & venerabilibus habeatur, quidquid Episcoporum fuerit sententia termina-. Multa enim, quæ in Iudicio captiosæ præscriionis vincula non patiuntur, inuestigat & pro- sacrosanctæ religionis auctoritas. Omnes i- causſæ, quæ vel Prætorio iure, vel Ciuili tra- intur, Episcoporũ sententijs terminatæ, perpe- stabilitatis iure firmẽtur. Nec liceat vlterius ractare negotium, quod Episcoporũ sententia ciderit. Testimonium etiam ab vno licèt Epispo perhibitũ, omnes Iudices indubitanter ac- piant, nec alius audiatur, cùm testimoniũ Epispi à qualibet parte fuerit repromissum: illud enim veritatis auctoritate firmatum, illud inrruptum, quod à sacrosancto homine conscięmentis illibatæ protulerit, &c.

Nulli summorum etiã Magistratuũ tantum deferri voluit ac Episcoporũ Ecclesiastico Tribunali. Voluit vt Episcoporũ iudicia seruarentur in omnibus inconcussa, & summo honore haberentur ab vniuersis.

Antonij Cœnobitarum omnium Principis rtutum vehementi fama commotus *Constanti-*, & eius filij Cæsares, ad eum pietatis ergò, of- & amoris plenas litteras dedêre, vt quem longè positum nõ liceret aspicere, atq; præem alloqui, internuntio litterarum inuise- & cum eo pariter loquerẽtur. *Constantinus*, S. *Athanasius*, & eius liberi *Constans*, atque *nstãtius* crebrò ad ipsum, quasi ad patrem misitteris, obsecrabant, vt reciprocis se scriptis hilararet. At ille eiusmodi manens, qualis, anquam litteræ ad eum venirent, fuerat, nec salutione Principũ mouebatur, & tanquam nõ acpto litteris, conuocatis Monachis, aiebat: Reis sæculi ad nos miserunt epistolas. Quæ hîc Christianis adhibenda admiratio est? licèt enim diuer-

diuersa sit dignitas, attamen eadem nascendi & moriendi conditio est. Illa sunt omni veneratione percolenda, illa toto animi affectu retinenda sunt, quòd hominibus Deus Legem scripserit, quòd per Filium suum proprijs Ecclesias dirixit eloquijs. Quæ Monachis ratio est cum Regum epistolis? Cur accipiam litteras, quibus consueta nesciam reddere salutationis obsequia? Igitur rogatus ab vniuersis fratribus, vt Christianos Reges suis litteris refrigeraret, ne scilicet per silentium eius exasperarentur, ad susceptas literas conuenientia rescripsit. Laudauit primùm, quòd Christum colerent: deinde salutaria persuasit, ne magnam putarent Regiam potestatem, ne præsentis carnis imperio tumentes, se homines esse nescirent, & à Christo iudicandos obliuiscerentur. Ad postremum clementiæ curæ subiectos, & iustitiæ: curæ quoque inopum admonuit, atque vnum sempiternum esse Regem omnium sæculorum Christum Iesum epistolis scripsit. His Principes susceptis, vehementissimè lætabantur, &c. *Baron. Anno Christi* 328.

16. Idem *Constantinus* Anno Christi 329. non suæ iurisdictionis esse fatetur de Episcoporum controuersijs cognoscere, atque sententiam ferre, quòd res Ecclesiasticæ inter Ecclesiasticos agenda esset. *Athanas. Apol.* 2. Sancita lege præcepit, vt Sacerdos in maiori honore haberentur, quàm vllus sæcularis. *Euseb. lib.* 3. *Vitæ Constant. cap.* 10.

17. Anno Christi 364. vbi decessit Constantinopoli *Valentinianus*, (inquit *Sozom. lib.* 6. *cap.*) perque Thraciam Romam versus iter faciens, Episcopi Hellesponti & Bithyniæ &c. magnum ad eum

um pro se Legatum Hypatianũ Heracliæ (quod
oppidum Perinthi) Episcopum, oratum, vt fi-
de doctrina fidei ritè constituenda in vnum
nueniendi potestas permitteretur. Qui cùm
misset ad Valentinianum, & Episcoporum ei
stulata exposuisset, respondit ille: Sibi, qui v-
s è laicorum numero erat, non licere se eius-
odi negotijs interponere. Et ideo Sacerdotes
Episcopi, quibus hæc curæ sunt, seorsum per
vbicumque ipsis libitum fuerit, in vnum con-
niant.

Valentinianus contestatur sui muneris minimè esse, Ecclesiasticis se immiscere negotijs.

Anno Christi 369. *Valentinianus Imp.* Chro-
opium quendam Episcopum, in Synodo con-
nnatum, appellantem ad sæculare Tribunal,
indignum facinus, pecuniaria pœna, pauperi-
s erogãda, mulctauit. (*l. 20. quorum, C. Theod.*)
nc S. Ambrosius (*epist. 32.*) ad Valentinianum
diorem ait: Augustæ memoriæ pater tuus, non
ùm sermone respondit, sed etiam legibus suis
xit: in caussa fidei, vel Ecclesiastici alicuius
rdinis, eum iudicare debere, qui nec munere
par sit, nec iure dissimilis; hoc est, Sacerdotes
Sacerdotibus voluit iudicare. Quin etiam si
s quoque argueretur Episcopus, & morum
et examinanda caussa, etiam hanc voluit ad
iscopale iudicium pertinere. Quando audisti
caussa fidei Laicos de Episcopo iudicasse? Si
l Scripturarum seriem Diuinarum, vel vetera
mpora retractemus, quis est, qui abnuat, in
ussa fidei, in caussa, inquam, fidei Episcopos so-
e de Imperatoribus Christianis, non Impera-
res de Episcopis iudicare? Hæc Ambrosius.

Forum sæculare vitent Clerici. Veticum erat, ne Clerici coram sæcularibus Iudicibus caussam dicerent.

Anno Christi 374. *Auxentio* Mediolanensis
lesiæ Episcopo Ariano exstincto, *Valentinia-*
nus Se-

nus Senior Imp. accersitis ad se Episcopis dixit: Est vobis, vtpote sacris & diuinis litteris institutis, exploratè cognitum, qualis debeat esse is, qui sit ad Episcopatum gerendum delectus, & quòd necesse sit, gregem non doctrina solùm, verùm etiam præclara viuendi ratione moderari, & se cuiusq; virtutis exemplar ei præbere, suæq; disciplinæ rectam vitæ & morum institutionem testem habere. Quare hominem ita instructũ in Sede & gradu Episcopali iam collocate, vti & nos, à quibus hoc gubernatur Imperium, ei verè & ex animo capita inclinemus, & illius reprehẽsionẽ, (nam cùm homines simus, errore labi necesse est,) velut medicinam animarũ cupidè amplexemur. Hac oratione ab Imperatore habita, Conciliũ Episcoporum contendit ab eo, vti ipse, vtpote sapientiæ & pietatis insignibus præclarè ornatus, Episcopum eligat. At ille: Maior est, inquit, hæc prouincia, quàm quæ viribus nostris sustineri possit: proinde vos, diuina repleti gratia, & illius splendore illuminati, multo melius hoc Episcopi deligendi negotium transigetis. Illi igitur egressi, separatim per se de eo deliberare cœperunt, &c. Hæc *Theodor. lib. 4. cap. 5. 6.* vbi addit: Paucis post diebus (ab Ordinatione Ambrosij) cùm S. Ambrosius valde libere apud Imp. verba faceret, resq; nonnullas, tanquam minus rectè à Magistratibus administratas coargueret, respondit Imperator: Noui iampridem tuam in loquendo libertatem, qua exploratè cognita, non modò tuæ in Episcopum ordinationi non restiti, ieram etiam suffragatus sum. Quare sicut Diuina præscribit Lex, nostrorum animorum erratis medicinam facito.

Cassiod. in hist. Trip. lib. 7. cap. 5. Nota Valentiniani modestiã, cùm oblatam sibi electionem tantæ Ecclesiæ Episcopi recusauit.

Mandat Episcopis & Clero Mediolanensi, vt in Antistitem eligant eum, cui ipse debitam venerationem deferre possit.

10. Qui

Qui fauendo pietati quàm amplissimos in-
prouentus se præcoci messe collegisse co-
nouit *Theodosius Imp.* eandem magis magisque
colere perseuerans, Anno Christi 382. Cleri-
eiusmodi indulsit Priuilegium: *l. 26. de Episc.*
Cleric. Cod. Theodos.) Vniuersos, quos consti-
rit custodes Ecclesiarum esse, vel sanctorum
corum, ac religiosis obsequijs deseruire, nul-
us attentationis molestias sustinere decerni-
us. Quis enim eos capite censos patiatur esse
inctos, quos necessariò intelligit suprame-
orato officio mancipatos?

S. Martinus Episcopus, (*Seuerus in Vita S.*
artini cap. 23. Baron. Anno Christi 386.) in Sy-
do Treuerensi, iam septuagenarius, à conui-
o Maximi Imp. frequenter rogatus, abstinuit;
dem victus vel ratione, vel precibus, ad con-
uium venit, mirum in modum, ait Seuerus, gau-
te Rege, quòd id impetrasset. Ad mediũ ferè
uiuium (vt moris est) pateram Regi minister
tulit: ille Sancto admodũ Episcopo potius dari
et, exspectãs, atq; ambiens, vt ab illius dexte-
poculũ sumeret. Sed Martinus vbi ebibit, pate-
Presbytero suo tradidit, nullũ scilicet existi-
ns digniorem, qui post se biberet, nec integrũ
fore, vt aut Regem ipsum, aut eos, qui à Rege
ant proximi, Presbytero prætulisset. Quod fa-
Imperator, omnesq; qui tunc aderant, ita ad-
rati sunt, vt hoc ipsum eis, in quo contempti
erant, placeret; celeberrimumq; per omne Pa-
tiũ fuit, fecisse Martinũ in Regis prãdio, quod in
simorũ Iudicũ cõuiuijs Episcop. nemo fecisset.

Cùm interim, ait idem Seuerus (*Dialog. lib. 2.*
p. 7.) diebus ac noctibus de ore Martini Regina
pende-

pendebat, Euangelico illo non inferior exemplo, pedes Sancti fletu rigabat, crine tergebat. Martinus, quem nulla vnquam fœmina contigisset, istius assiduitatem, immò potius seruitutem non poterat euadere. Non illa opes Regni, non Imperij dignitatem, non diadema, non purpuram cogitabat: diuelli à Martini pedibus solo strata non poterat: postremò à viro suo populo, deinde Martinum vterque compellunt, vt ei, remotis omnibus ministris, præberet sola conuiuium. Nec potuit vir beatus obstinatius reluctari. Componitur castus Reginæ manibus apparatus, sellulam ipsa consternit, mensam admouet, aquam manibus subministrat, cibum, quem ipsa coxerat, apponit: ipsa, illo sedente, eminus, secundùm famulantium disciplinam, solo fixa consistit immobilis, per omnia ministrantis modestiam, & humilitatem exhibens seruientis. Miscuit ipsa bibituro, & ipsa porrexit. Finitaque mula, fragmenta panis assumpti, micasque collegit satis fideliter, illas reliquias Imperialibus epulis anteponens. *Hæc Seuerus.*

Conuiuium Augustæ exhibitum S. Martino.

23. Si Reges à filijs (quos subditos habent) tributum non exigunt: (Matth. 17.) multo minus à suis Pastoribus, absque nota criminis inuasæ tyrannidis exigere possunt; cùm oues potius lac & lanam teneantur exhibere pastoribus, quàm illa ab his exigere.

24. Genes. 4. *Pharao* Sacerdotibus Ægypti, vel Idolorum, non solùm latifundia tradidit, quæ illis voluit perpetuò conseruata; sed ex horreis publicis statuta ijsdem cibaria ministrauit. Quo facto deterior *Apostata Iulianus*, de bonis ecclesiarum, earumque ministris exegit tributum; vt

Valens

Valens Arianus Imp. à Clericis, & Monachis: & *Iustina Ariana* Ecclesijs id indixit ex agris. *Catholici* verò *Principes* in ditandis Ecclesijs amplis proditibus munificentissimi semper extiterunt: qui si aliquando necessitate ingruentium bellorum pressi, indiguerint accipere ab Ecclesijs, id perquàm submisso animo à totius Christianæ Religionis Antistite, Romano Pontifice, expetere cõsueuerunt, & ab illis, paternæ charitatis affectu, pro facultate præstari. *Baron. Tom. 4. Anno Christi* 387.

11. Anno Christi 398. collatam ab Apostolo iudicandi inter laicos Episcopis auctoritatem, & Constantini legibus confirmatam, *Honorius Imp.* restituit. (*l. 7. de Episcopal. audient. C. Iustin.*) S. Augustinus, *de Opere Monach. cap. 29.* cùm queritur se Christianorum litibus fatigatum: Multo, ait, mallem per singulos dies certis horis aliquid manibus operari, & certas horas habere ad legendum & orandum, aut aliquid de Diuinis litteris agendum liberas, quàm tumultuosissimas perplexitates caussarum alienarum pati, de negotijs sæcularibus vel iudicando dirimendis, vel peruerueniendo præcidendis, quibus nos molestijs affixit Apostolus, non suo, sed eius, qui in eo loquebatur, arbitrio, &c. Idem Augustinus, *in Psal.* 118. cùm de litium ingruẽtia, & litigantium pernacia queritur: Constituit, ait, talibus caussis Ecclesiasticos Apostolus (1. *Cor. 6.*) cognitores, interpro prohibens iurgare Christianos. Paulinus de eadem ait: Eas (lites) aliquando vsque ad horã refectionis, aliquando tota die ieiunans, semper tamen noscebat, & dirimebat, intendens in eis Christianorum momenta animorum, quantum

quisquē vel in fide, bonisq; operibus proficeret, vel ab eis deficeret: atq; compertis rerum opportunitatibus, Diuinę Legis veritatem partes docebat, eamq́ue illis inculcabat, & eos, quo adipiscerentur vitam æternam edocebat, & admonebat, nihil aliud quærens ab ijs, quibus ob hoc vacabat, nisi tantùm obedientiam & deuotionem Christianam, &c. *Vide in Speculo Clericorum locum de Iustitia, & Genebr.* 1018.

26. Anno Christi 401. cùm Ioannes Cæsaręa Palestinę, atq; S. Porphyrius Gazensis, Episcopi Cōstantinopolim essent profecti ad Imp. Arcadium, vt Gazæ euerteret idola, introducti sunt primùm ad *Augustam Eudoxiam*, quæ vbi eos aspexit, prior eos salutauit, dicens: Benedicite Patres. Illi autem eam venerati sunt. Sedebat autem super aureum lectū, & dicit eis: Ignoscite mihi Sacerdotes Christi, propter vētris, quæ me premit, necessitatem, non occurri: debebā enim in vestibulo occurrere vestræ Sanctitati. Sed propter Dominū orate pro me, vt quod est in vtero, in lucē edatur cum Dei benignitate. Sanctissimi autem Episcopi admirati tantam eius demissionem, dixerūt: Qui benedixit vterū Saræ, Rebeccæ, & Elizabeth, benedicat, & viuificet id, quod est in tuo vētre, &c. Post paucos dies peperit filium Theodosium. Ipsi Episcopi magnis muneribꝰ & ab Imperatrice, & ab Imperatore donati recesserunt, &c. Historiā hanc prolixè refert *M. Diaconꝰ*, qui rei gestæ interfuit.

27. *Theodosius Iunior* (Baron. Anno Christi 415. ex Socrat. lib. 7. cap. 22.) adeò pius fuit, vt omnes Dei Sacerdotes honorificè coleret, eosq; pientissimū, quos intellexerat pietate in primis excellere. Fertur præterea saccum, quo Episcopus Ghebro-

rum,

rum, qui Constantinopoli mortem obijt, indutus erat, quæsiuisse, eumque, quantumuis sordidatũ, induisse, persuasum se aliquid ex mortui sanctimonia inde percepturum. Vir quidam, ait *Theodoret. lib. 5. cap. 36.* vitam excolens Monasticã, animo paulo audaciore præditus, ad Imp. rei cuiusdã petendæ gratia accedit. Quod cùm sæpius fecisset, Imperatori Ecclesiastica interdicit Cõmunione, vinculoq; Ecclesiæ ei iniecto decedit. Imperator autẽ, fide cum primis excellens, ad Palatii veniens, cùm tempus instaret conuiuij, & omnes cõuiuæ adessent, dixit se non prius capturũ cibum, quàm Ecclesiæ vinculo solueretur: proinde vnũ ex familiarissimis ad Episcopũ mittit, vt potestatẽ faciat ei, qui ipsum ligauerat, vinculo soluẽdi. Cùm autẽ Episcopus respondisset, nõ debere cuiusquã vinculũ admittere, significassetq; se solutũ esse, non tamen solutione illa cõtentus fuit, donec ille, qui eũ ligauerat, magno cũ labore conquisitus, Cõmunioni illũ restituisset. Huiusmodi erat Imperatoris erga Leges Diuinas fides. Hæc *Theod. itemq; Nicephorus lib. 14. cap. 4.* In Vitis Patrũ *part. 2. cap. 14.* scribuntur sequẽtia: Manebat quidã Monachus AEgyptius in suburbano Constantinopolitanę ciuitatis, & dum transiret *Theodosius Iunior Imperator* per illam viam, reliquit omnes, qui in obsequio eius erãt, & venit solus in cellam eius, & pulsans ad ostiũ Monachi, aperuit ei Monachus: videns autem eum, cognouit quia Imperator esset; sic tamen suscepit eum, tanquam rem ex officio militantiũ. Cùm ergo introisset, fecerũt orationẽ, & sederũt. Cœpit autẽ eũ interrogare Imperator, dicẽs, quomodo sint Patres in AEgypto. Et ille: Orant pro salute nostra om-

nes. Imperator autem circumspiciebat in cella eius, si quid haberet: & nihil ibi vidit, nisi paruam sportulam, habentem modicum panis, & lagenâ aquæ. Et dixit ei Monachus: Gusta modicũ, & infudit ei panem, & misit oleum, & sal, & manducauit, & dedit ei aquam bibere. Dixit autẽ ei Imperator: Scis quis sim ego? Et ille dixit ei: Deus te scit quis sis. Tunc dixit ei: Ego sum Theodosius Imp. Ille autem statim adorauit, salutans eum humiliter. Et dixit Imperator: Beati estis vos Monachi, qui securam vitam habetis, & non cogitatis de hoc sæculo. Veritatem dico vobis, quia licet in Imperio natus sim, nunquam tamen delectatus sum, sicut hodie pane & aqua: satis enim, & libenter comedi. Et cœpit extunc eum honorare Imperator. Senex autem egrediens fugit, & iterum vẽit in Egyptum. Hactenus ibi.

28. *Theodosius senior* tantopere reuerituseſt S. Ambrosium, vt Constantinopoli, inuitante licet Nectario Episcopo, intra cancellos sacros, vbi erant Sacerdotes, ingredi nollet.

29. *Alexander Magnus* infesto agmine, animoq; infenso vrbem Solymam petens, vt eam exinderet, cùm obuiam sibi haberet, patentibus portis, laddum eo tempore Summum ludæorum Sacerdotem, (qui dicebatur Simon Iustus,) Pontificalibus indutum vestibus, (hyacinthina veste, cui aurum erat intertextum, & Cidari in capite, cui inscriptum Dei nomen) & ornatissimo Sacerdotum atque Leuitarum cœtu comitatum, e quo desilijt, & pronus in terra Sacerdotem magnum veneratus est; quinimò in eo Deum adorauit: rogatus enim à Parmenione, cur id faceret, respondit: Ego nõ hominem adoraui, sed Deum, cuius

cuius ille Sacerdotem agit. Deinde placato animo Hierosolymitanũ intrauit Templum, & pro Regia magnificentia ibidem dona obtulit. *Ioseph. lib.11. Antiq. Iud. cap.8.* Vrbem multis muneribus, & Priuilegijs donauit, præfatus in Pontifice se agnouisse Deum, qui & sibi in Macedonia apparuerat, & cuius ope vinceret.

30. *Attila* Rex Gothorum, cùm ex Pannonia in Italiam facta eruptione, Romam cum instructissimo peteret exercitu, eâ perditurus, *Leo* I. Summus Pontifex illi cum honesto Ecclesiasticorum virorum cœtu occurrit, admonuitque eum ne in Vrbem desæuiret, aut armorum rabie debaccharetur, alioqui iram Dei in se concitaret, quemadmodum Alaricus, vnus ex superioribus Gothorum Regulis, qui statim Dei iudicio post captam Vrbem mortuus est. Cuius monitis incunctanter obtemperauit Attila, nec vltra versus Romam progressus est, (victrices copias Romam trahere non audet. *Paulus Diaconus lib. 15. rerum Roman.*) quòd dum cum Pontifice loqueretur, cernere duos viros supra illius caput visus est, strictos tenentes gladios, ac mortem ipsi minitantes, nisi Pontifici pareret, qui Petrus & Paulus Apostoli fuisse putati sunt, in Leonis gratiam illi apparentes: dimissoque, quod cœperat itinere Attila, in Pannoniam reuersus est.

31. *Iustinus Senior* se ad pedes Ioannis Papæ Cõstantinopolin venientis abiecit. *Antoninus 2 part. tit.11. cap.1.*

32. *Carolus Magnus* dixit: Si Ecclesiarum Dei seruis munificentiam nostram impertimus, eorumque studijs libenter obsequimur, id nobis ad Augustalis Excellentiæ culmen proficere credimus,

&, quod cunctis pretiosius est dignitatibus æternum retributionis præmium capessere non diffidimus.

33. *Ferdinandus Castellæ Rex*, cognomento *Sanctus*, Hispali obsessa, in magna, atq; adeò suprema inopia, suadentibus quibusdã, vti templorũ donis eam inopiã leuaret, ne incepto abscedere cogeretur cum graui dedecore nominis Christiani: præcisè facturum negauit, maius se præsidium ponere dictitans in precibus Sacerdotum, quàm in omnibus eorum copijs & auro. Modestiæ & pietatis merces fuit vrbs amplissima proximo die ad deditionis conditiones redacta. *Ioan. Marian. lib. 1. de Rege, &c.*

SIGNVM LI.

Pœnas irrogare malis.

POENAS IVXTA SCELERVM GRAVITATEM contemptoribus, & transgressoribus, seu prævaricatoribus Legum irrogare.

RATIONES pro Pœnis. (*vide Quæst. Polit. M. Lan.*)

1. Pœnæ, & animaduersiones adhibentur, vt his tollantur mali, si esse nocentes voluerint: aut emendentur, si per negligentiam aliquid admiserint. (*Seneca 1. de Ira cap. 16.*)

2. Multitudinis hæc est conditio, vt necessitati potius, quàm rationi; & pœnis, quàm honestati pareant: ideoq; instar iumentorũ animaduersionibus & pœnis coercendi sunt, & in officio continendi. (*Arist. 10. Ethic. cap. vlt.*) Hinc *Sallustius Iugurth.* censet multo præstare beneficij, quam maleficij immemorem esse: bonus tãtùm segnior fit, vbi negligas: at malus improbior.

3. Infi-

3. Infliguntur pœnæ, non ob præteritum factus, quod infectum fieri amplius non potest; sed propter futurum, ne is, qui alteri iniuriam fecit, tale quid iterum committere audeat: cęteri quoque à vitijs deterreantur. (*Plato in Protagora, Arist. 7. Polit. cap. 13.*)

4. Non tantùm decentes Leges ferre, summo bono est: sed etiam sancitas accuratè custodire, & ad effectum deducere, transgressores competentibus pœnis subijcere. (*Iustin. Const. 161.*)

5. Delicta si non puniantur, criminis inuidia in Iudicis vel negligentiam, vel prævaricationem derivatur. (*Plato lib. 6. de Leg.*)

6. Humanitate ac clemētia Magistratus, magna ad peccandum facinorosis fenestra aperitur: cùm scelera non puniuntur, ad iniuriam inferendam proni homines redduntur. (*Arist. 1. Rhet. cap 12. Plut. de sera Numinis vindicta. Demosth. in Midan.*) Lenitas improbitatē alit, atq; corroborat, *aut Imp. Iul. in Mesopog.* boni ad scelera inuitātur, mali ad deteriora perpetratis alliciuntur. Impunitas, vel spes impunitatis, peccādi magna est illecebra: (*Cic. 3. de Offic. & pro Milone.*) iniuriæ eadem soboles, insolentiæ mater, radix impudētiæ, transgressionū nutrix. (*Bernard. 3. de Consid.*) Hæc ratio recto iudicij æquilibrio appensa, tantū valuit apud *Theodosium Imp.* vt cædis in Prefectū militum commissæ per Thessalonicenses veniam Ambrosio aliisque Præsulibus datam reuocaret. Videbat enim spe impunitatis subditos efferari, plurimaq; scelera atrocissima multifariā ab his perpetrari. Nā quòd in Antiochenos (qui statuas ipsius simul & Augustæ defūctæ cōtumeliosè dejecerant) non animaduertisset, excitatos viderat

Arianos, qui sumptis in audaciam ea indulgentia animis, Constantinopoli Arcadio Imp. filio, Magistratibusq; contemptis, in domum Episcopi insilierant, eamque furibundè concremârant. Rursum indulgentiam Arianis datam, Catholicis quoq; segetem & materiam dedisse grassandi in Synagogam Iudæorum, & in ædes Valentinianorum, (qui 30. colentes Deos cum Iudæis Christianis Monachis insultabant.) Quòd si Thessalonicensibus, qui ad deterrima quęque animum adiecerant, ignosceret, actum fore de imperij statu, quem nimia indulgētia euersum iri, ex anteactis aliorum erratis, facile prouidebat. Statuit itaq; (& quidem laudabiliter, si non innocentes iuxta atque nocentes trucidari mandasset) publicum delictum publica animaduersione exsequi. Recte enim censebat, pro arbitrio & ratione temporis debere Principem adhibere misericordiam, & indulgentiam, atque rigorem temperare iustitiæ; ab his verò tunc abstinendum, cùm rerum experientia constaret, ex ea subditos reddi contumeliosos, proteruos, atque ad delinquendum faciliores, adeò vt nisi mox Legum seueritas adiicilet, & gladius potestatis occurrat, nulla amplius futura sit securitas Magistratibus, periclitandamque mox salutem Imperatoris, si impunè licere populo Leges proculcare, & cōferto agmine petere Magistratus. Quo magis Theodosij pietatē, nedum prudentiam suspicere licet, qui cùm hac omnia pro sui excusatione haberet, quæ aduersum D. Ambrosium redarguentem obtenderet, quibus iustam, vel apparentem saltem defensionem pararet; his tamen omnibus spretis atque contemptis, Dei Sacerdoti magis, quàm sibi ipsi, senten-

sententiæque familiarium detulit, atque paruit. *Ex Annal. Baron. Anno Christi* 390.

7. Etiam parua delicta non punita nocent: quia occultè violandarum Legum consuetudo serpit; quemadmodum rei familiaris facultates etiam parui sumptus exhauriunt, si sæpe fiant. (*Arist.* 5. *Pol. cap.* 8.)

8. Contra supplicia facinoribus imposita, non solùm futurorum malorum sunt inhibitiones, verùm etiam consolationes læsorum. (*Plut. de sera, &c.*)

9. Florentes & beatæ fiunt Resp. quando ciues omnes pœnarum metu à maleficijs abstinent, & beneficiorum præmijs inuitati officium facere student. (*Demosth. aduersus Leptinem.*) Neque Solon temere dixit, Resp. duabus rebus contineri, pœnis & præmijs: si boni ad virtutem præmijs incitentur, mali autem pœnis coërceãtur. (*Plut. in Solone. Cic. in Bruto.*)

10. Contra, vbi nulla seuera iudicia exercentur, etiam bona ingenia corrumpuntur. (*Isocr. in Areop.*) Idem hîc, quod in strage accidit, cùm ipse populus sese premit: nemo ita cadit, vt nõ alium in se attrahat, primi exitio sequentibus sunt: in vita enim nemo sibi tantùm errat, sed alieni erroris caussa & author est. (*Seneca* 1. *de Vita beata.*)

11. Vt hortulani noxias herbas tollunt, quò herbis vtilibus incrementa concilientur: (*Saxo lib.* 14. *Danicarum hist.*) vt in corpore, si quid est, quod reliquo corpori noceat, vri secariq; patitur, vt membrorum aliquod potius, quàm totũ corpus intereat: sic in Reip. corpore, vt totum sit saluum, quidquid est pestiferum amputandum

est.(*Cic.8.Philip.*)Ouid.1.Metamorph.

Immedicabile vulnus
Ense recidendum est,ne pars sincera trahatur.

Medicus, inquam, amputat membra,quæ totum corpus inficere possent:agricolæ amputant pampinos & ramos, quæ vitibus & arboribus officere possent:potest ergo & Præses Reip. noxios ciues è medio tollere,ne alios corrumpant. Vt etiã fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu : ita animaduersiones magnarum potestatum terrent latius, quàm noceant. (*Senecal.de Clement.cap.8.*)

12. Lex illa Platonis (9. *de Leg.*) meritò laudatur: *Ne impunè quicquam cuiquam esto : exilio, carcere, verberibus, infamia, ære, capite, pœna puniantur.*

13. In Iure grauis Iudicibus pœna constituitur, qui iustitiam facere negligunt : damnum etiam à passo resarcire iubentur. *lib.7. Feud. tit.13.& in Constit. Nouellis,Const.30.* Atrocia,inquit Imperator,crimina acerbè puniantur, vt paucorum beminũ supplicio omnes reliqui cõtinuò castigentur. Neque inhumanitas hoc, sed potius summa quædam humanitas,cùm multi paucorũ animaduersione saluantur. Vt & S.Hieronymus, *in cap. 22.Hierem.* ait:Homicidas,&c punire,non est effusio sanguinis, sed Legum ministerium.

14. Deus auferre sanguinem noxium iubet de Israël,vt audientes cæteri timorem habeant, nec audeant talia facere. *Deut.* 19.Benedictio summa *Prou.* 24, ijs promittitur,qui impium arguunt.

15. Contra 1.*Reg.*15.Sauli intempestiua clementia in Regem Agag vituperatur.

16. Qui veterem iniuriam impunè & [illegible] fert,

fert, nouam inuitat: qui neminem studet offen- Nō.
dere, placere & gratificari cupit omnibus, se-
metipsum in exitium conijcit. (*Plut. in Apopht. Lacon.*)

7. S. Paulus ait de Magistratu: (Rom. 13.) *Nō sine caussa gladiū portat: minister enim Dei est.* Prou. 20. *Rex, qui sedet in solio, iudicio dissipat omne malum.* Et Christus, (*Matth. 26. 51.*) ad Petrū: *Qui acceperit gladium, gladio peribit*: hoc est à Magistratu occidetur: arguit enim Petrū, nō quòd se, aut Dominū defendere vellet; sed quòd iniuriā Domino factā vlcisci vellet, cùm tamen nō haberet publiam ad hoc authoritatē. *Augustin. Tract. 112. in Ioan.*

8. Genes. 38. 24. Iudas Patriarcha, vt Princeps familiæ, adiudicauit adulteram ad ignis supplicium. Et Moyses, Iosue, Samuel, Dauid, Helias, alijq; sancti viri, plurimos occiderunt, vel occidi iusserunt. Adhibenda est ergo interdum in tempore, Reip. caussa Seueritas, sine qua administrari Clementia non potest. (*Cic. 1. de Offic.*) Clementia, inquam, & lenitas seueritate austeritateq; miscenda est: hoc enim virtutum, specie dissimilium, temperamento ciues in officio continentur.

9. *Boëth. 4. de Consol. Prosa 4.* ait: Feliciores sunt improbi supplicia luentes, quàm si eos nulla iustæ pœna coërceat.

10. *Seneca de Tranquil. animi cap. 7.* Serpunt multa, & in proximum quemque transiliunt, & contactu nocent.

Si igitur Magistratus ijs ignoscit, nil certè aliud efficit, quàm quòd delinquendi materiā inuadat, etiā in propriā personā. Siquidē permittit Deus sæpe, vt qui parcit nocētibus, ab ijsdē quoq; puniatur, & ipsimet vindicent iniuriam illatam

Reip.

Reip. (cuius maximè intereſt maleficia impunita non eſſe) per impunitatem ſibi conceſſam, in perſona concedentis. *l. ita vulner. §. ad l. Aquil.*

1. Ad *Achaz Regem*, qui Regi Benadad, quem necari iuſſerat Deus, pepercit, dictum eſt: 3. Reg. 20. *Quia dimiſiſti hominem dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo illius.*

2. Quia *Saul* Regem Agag contra præceptum Domini viuum conſeruârat, 1. *Reg.* 15. vt dixi, iudicio Dei regno priuatus eſt.

3. *Lacedæmonios*, quòd in impios ſtupratores, qui filiabus Scædaſi fucum fecerant, non animaduerterunt, in ipſo flagitij commiſſi loco vltos eſſe hiſtoriæ tradunt. *Iſocr. Vide in Theatro tuum Luxuria.*

4. Vt non immeritò *Totilas Gothorum Rex* roganti vt parceret cuidam, qui virginem inceſtauerat, reſponderit: Eiuſdem ingenij eſſe, delictis ſe obſtringere, & delictorum ſupplicia impedire: omnino autem, aut hunc pœnam dare; aut Gothorum Remp. interire neceſſe eſſe. (*Card. Sigon. 19. de Imp. Occid.*)

HISCE DE CAVSSIS,

Diſciplina in caſtris.

I. *Imperatores* & *Duces* boni ſemper in Bello *militibus pœnas*, partim leues, partim atroces, pro criminum & delictorum conditione impoſuerunt, cogitantes id, quod dictum prudenter & præclarè: Nihil in bello contemni oportere; (*ſimil. Prob. in Thraſybulo.*) præliorum delictis emendationem nõ recipere: (*Veget. lib. 1. cap. 13.*) & nullam negligentiam ibi veniam mereri, vbi de ſalute certatur. (*lib. 3. cap. 5.*)

1. *Audacibus* nimiũm, & *temerarijs* pœnæ loco mitte-

mittebant sanguinem, & venam secabant, vt ita superflua sanguinis parte defluxa, magis intra terminum rationis sese milites continerent. (*Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 3.*) vide locum de Disciplina militari.

Timidis & ignauis mutabant vestem: constituerat enim *Charondas* Legislator, vt qui arma pro patria capere recusaret, vestibus muliebribus indutus, quotidie in foro se sistere cogeretur. (*Diod. lib. 12.*) *Agesilaus* eandem ob caussam Asiaticos quosdam vestitu nudauit, & sic per agmen incedere iussit. (*Alex. lib. 2. cap. 13.*) ijsdem mittebant ea, quæ pudorem incutiunt. *Boleslaus III. rex Polonorum* Palatino cuidam, cuius fuga victus exercitus fuerat, leporis pellem, colum, & fusum domum misit, timiditatem ita eidem obijciens. (*Cromerus lib. 6. Polon. hist.*) *Germani veteres* ignauos & timidos in cœno & palude, iniecta insuper crate, mergebãt. (*Tac. de Mor. Germ.*) Item talibus pro tritico datum hordeum fuit. (*Piget. lib. 1. cap. 13. Dion lib. 49. Plut. in Marcello et in Augusto.*) in Iure, qui in acie prius fugam fecit, punitur capite, propter exemplum.

Armorum amissio capitalis etiam est, aut, si castigetur, mutatio militiæ. *Dig. 49. t. 16.*

Qui *custodiam, stationem, excubias* relinquit, non modo delicti aut castigatur, aut militiæ gradu deijcitur, (*Dig. lib. 49. t. 49.*) aut capite plectitur. (*Dig. lib. 48. t. 4.*) *Epaminondas Thebanus* dormientem militem in excubijs transfixit gladio, affirmans quòd talem eum reliquerit, qualem inuenerit.

Ordines qui deserit *in pace*, *eques* gradu pellitur; *pedes* militiam mutat: *in bello* idem capite plecti-

plectitur, (*Dig. ibid.*) aut viuus comburitur, aut venditur. (*Liu. lib. 44.*)

6. Tempore pugnæ *non pugnans*, morte punitur : quia hoc speciem proditionis habet: (*Liu. dec. 1. lib. 8.*) aut cibum stans capere cogitur per totum bellum. (*Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 13.*)

7. *Prohibitorum* à Duce cõmissio, omissio *mandatorum*, capitalis quoque fuit, etiamsi feliciter res gesta fuerit. (*Dig. lib. 19. t. 16.*) *Posthumius* & *Manlius Torquatus* hanc ob caussam etiam filios suos occiderunt. *Val. Max. lib. 2. cap. 7. Liu. lib. 4.* (Voluntas & propositum, vt loquitur I. C. Scholastica, distinguunt maleficia.)

8. Omnis quoque *contumacia* & irreuerentia aduersus Ducẽ vel Prẽsidẽ militis capite punienda, vt & concitata *seditio*. Interdum tamen grauia militiæ deijcitur, aut stipẽdij priuatione mulctatur. (*Dig. ibid.*) *Scipio Africanus* seditiosos milites in Hispania securi percuti curauit. (*Liu. lib. 9. dec. 3.*) & decimationes, & centesimationes institutæ sunt. (*Suet. in Calig.*)

9. *Proditores*, *transfugæ* &c. plerunque capite puniuntur: quia pro hostibus habẽtur. (*Dig. ibid.*) Apud *AEgyptios* linguę proditoribus fuerunt abscissæ. (*Diod. Sic. lib. 2. cap. 3.*) Apud Romanos ad bestias damnati, & his in spectaculis obiecti. (*Liu. lib. 5.*) Apud *Germanos* de arboribus suspensi. (*Tac. de Mor. Germ.*)

Pœnæ sunt commensurandæ delicto.

10. *Furta* & *rapinæ* militares grauissimẽ sunt punitæ. *Imp. Aurelianus* verberari iubet eum, qui pullum alienum rapuit, qui ouum contigit, qui uuam aufert, qui segetẽ deterit: propterea quòd de præda hostium, non de lacrymis Prouincialium hæc sint habenda. (*Vopiscus in Aurel.*) Olim hus ipsis

ipsis fuisse manus amputatas, aut missum sanguinem testatur *Frontinus lib.4.cap.1.*

2. *Deflexio* alienam in possessionem deprædandi gratia instituta, fustibus aut virgis castigare: (*Lamprid. in Alex.*) quia 1. militia militem assiduum exigit, nec momento abeuntem: 2. & transire prædando, hostium est; transire sine damno, possessorum; via publica, amicorum: (*Plut. in Lysand.*) 3. alienis pasci semper, turpe & probrosum habetur: (*Procop. lib. 4. de bello Vandalico:*) 4. demum deflexionibus, & depræcationibus eiusceмodi illud accidere solet, vt a facilitate rapiendi victoria è manu labatur. (*Plat. de Rep. Sallust. in bello Iugurth.*) Vide Plut. in vita Agesilai, Camilli, Luculli, Pompeij, Sertorij.

3. *Adulteria*, & virginum corruptiones sunt pœnitæ, aut tertia bonorũ parte: (*lib. Pandect. 36. de leg. mil.*) aut alligatione ad deflexa arborũ cacumina: (*Vopisc. in Aurel.*) aut insertione capitum in rimas apertos. (*Capitolinus.*) (S. Hieronymus *ad Nepotianum*: Non est crudelitas, crimina pro Deo punire; sed pietas.)

4. In *Ebrios* animaduersum in castris fuit, eiectione, & aquæ vsu, donec culpam agnoscerent. (*lib. 1. Germ. rerum.*) *Plato* commendat legẽ *Carthaginensium*, qua constituerunt, ne quis in castris vinum biberet, sed toto belli tempore aquam potaret. (2. *de Leg.*) *Alexander Seuerus Imp.* totã legionem exauthorauit, quòd potationibus indulsisset. *Sabell. lib. 6. Ennead. 7.*

5. Pœna etiam ijs, lege Solonis, constituta fuit ciuilium & bonorum proscriptio, qui ciuili in bello neutri sese parti adiungerẽt; sed *medij* manerent,

nerent,ac quieſcerent:(*Plut. in Solone*,Polyb.lib.4. *Gell.lib.2.cap.12.*) nam vt alterutram partem defendamus, dignitas requirit, ſuadet Reip. vtilitas, officij ratio flagitat: & qui neutram partem offendere volunt, vtrique tandem præda fiunt, à victis odium,à victoribus iniuriam referunt.Reprehendit hanc pœnam *Plut. de ſera Num. vind.* quòd,ſi nulli ſint neutrales, inter diſſidentes pacem conſtitui non poſſe exiſtimet. Sed & lex, & pœna defendi poteſt, ſi partes quis ſequatur iuſtiores,nec belli perſequatur extrema.

Perrarò bis delictum Imperatores veniadignum iudicârunt, iuxta *Catonem apud Vegetium* (*lib.1.cap.3.*) non licet in bello bis peccare, vbi quid perperam offenditur, vel temeritate vel ſcitia quadam, emendari nō poteſt.Parua in bello offenſa, magnarum ſæpe rerum momentacit.(*Alex. ab Alex. lib.2. cap.13.*)

De pœnis Magiſtratuum.

II. Prudenter quærit *Cominæus*,(*lib.10.Comm.*) quando Principes, eorumque familiares aliquod delinquunt,quis ea de re quæſtionem habeat? & habita quæſtione,quis ad Iudicem deferet; quis Iudicis perſonam ſibi ſumet; pœnam quis conſtituet?Et reſpondet: Querimoniæ & lacrymæ miſerorum hominum, quos crudeliter vexârunt; item viduarum,& pupillorum gemitus,quos parentibus, atque maritis inhumanè ſpoliârunt. Breuiter,eorum, quos afflixerunt, & fortunis omnibus denudârunt,lamentationes, accuſationes erunt loco, quam illi coram ſupremo Dei tribunali ſiſtunt, qui magnitudine ſcelerum offenſus, non ſemper concedit diuturniorem impunitatem; ſed illos aliquando verberat præſentibus pœnis,ita quidem euidenter & clarè, vt deterrari

bitari non possit, ipsum esse iustissimum impietatis vindicem. Hanc responsionem Cominæi multis Exemplis probaui in *Theatro Vindictæ Diuinæ.*

Hic doceo etiam Magistratuum crimina dignis pœnis esse mactanda, seu rectè sumi pœnas à Magistratibus delinquentibus. 1. quia horum delicta nequeunt esse occulta. 2. quia habentur graviora, ratione eorum, à quibus committuntur. 3. quia iniquum videtur, eos, qui aliena crimina puniunt, ipsos criminibus obnoxios esse. 4 Quin etiam exemplo tales nocent plurimum. Quemadmodum enim, si inter nauigandum quis nautarũ deliquerit, paruum est damnum; sin gubernator aberrarit, criminis calamitate omnes vectores naoluit: ita plebeiorum peccata, non in populi, sed in ipsorum damnum cadunt; Magistratuum contra peccata ad vniuersos pertinent.

Qui *Reip. ferre onera* & officia publica recusant, mulctis, acceptis pignoribus & distractis muniuntur. (*Plato 1. de Rep. 6. & 12. de Leg.*) Narrat Xenophon, *lib. 5. Cyrop.* Sophonetum Prætorem declaratum, decem minis mulctatum, quòd munus recusasset. Publica vtilitas semper præferẽda priuatæ: cùm nemo tantùm nascatur sibi soli, sed etiam patriæ suæ commodis & vsui. *Cic. 1. de offic.* Nec debet quisque ciuis se suum existimare, sed omnes ciuitatis: particula enim ciuitatis vnusquisque est. *Arist. 6. Pol. cap. 1.* 1. Nam virtuti honos necessariò datur: subtrahitur autem, cùm iterum est admittere, aut reijcere officia publica. 2. Adhæc florens & beata redditur Resp. cuius ad gubernacula viri boni sedent, honorum aliàs minus appetentes. 3. & hac ratione paratur, quæ

Reip. necessaria est, ciuium obedientia. Malunt enim bonis & sapientibus, quàm improbis ciues morem gerere. 4. atque hoc neglecto multi boni viri obscuri manent, qui inclarescere aliàs possent: quandoquidem Magistratus, vt ille ait, Virum facit, & ostendit. 5. Demum lingua praecluditur improbis, cùm euehuntur boni. (*Plato epist. 9. Arist. 2. Pol. cap. 7. Plut. in præceptis gerendæ Reip.*)

2. Contrario vitio laborantes, & qui *Magistratus ambiunt*, puniuntur: (*Plato 8. & 1. de Rep. Arist. 2. Pol. cap. 9. Instit. 4. tit. 18. in Nouellis Constit. Const. 8. Dig. lib. 48. t. 14. & Cod. lib. 9. t. 28.*) & quidem mulcta atque pœna constituitur tum aureorum, cum infamia & deportatione. 1. quia dignitas virtute, non pecunia est comparanda. 2. non excludenda ad honoribus & officijs publicis honesta paupertas. 3. quod emitur, idem facile & venditur, & quidem iure hoc facere licet. (*Arist. 2. Pol. cap. 9. Seneca 1. de Benef.*) (*Vide Act. 2. Cic. in Verrem, Orat. pro Plancio, Murœna, & in Vatinium.*) Hinc laudatur Resp. Romana, quòd prohibuerit Ambitum: vituperatur Carthaginensis, in qua venales Magistratus fuerunt. (*Polyb. lib. 6.*) commendantur Alexander Seuerus, (*apud Lamprid.*) Leo Armenius, (*apud Zonar.*) & Alexius, (*apud Nicetam.*) quòd emi pecunia Magistratus & officia publica noluerunt.

3. *Munera* in iudicando, aut alijs gubernationibus publicis qui accipiunt, morte mulctantur apud Platonem, *lib. 12. de Leg.* quia hoc ciuibus est periculosum, & Magistratui ignominiosum. (*Arist. 4. Pol. cap. 7.*) Extat etiam Lex 12. Tab. Iu-

dex,

dex, qui ob rem dicendam pecuniam accepisse conuictus est, capite puniatur. *Instit. 4. tit. 18. Dig. 48. t. 11. & Cod. 9. t. 27.* constituitur pœna capitis, vel æstimatio sumptuum litis, vel deportatio, vel infamia, vel ignis. Hinc *Cambyses* in *Sisamnem* iudicem corruptum seuerè animaduertit. (*Val. lib. 6. cap. 2.*) *Alexander Seuerus* si quem videret iudicem furem, aut largitionibus corruptũ, porrectum in eum digitum habuit, vt illi oculum erueret. (*Lampr.*) Rationes pœnæ sunt. 1. non tanquam ad nundinas, & mercatum; ita ad Reip. gubernacula accedendum est. (*Plut. in præceptis gerendæ Reip.*) 2. Magistratus præmium est honos; vlterius aliquid qui appetit, Tyrannus fit: neque quisquam Reip. vnquam bene consulet, qui compẽdij sui rationem habet. (*Demosth. Orat. de Rep. ordinanda.*) 3. perfidia contra omnia diuina & humana iura censenda, cùm quis iusiurandum suum pecunia vendit. (*Gell. lib. 20. cap. 1.*)

4. Qui *pecunias publicas* (tempore administrationis publicæ) subtrahunt, lege Iulia capitali animaduersioni subijciuntur. (*Instit. 4. tit. 18. Cod. lib. 9. t. 28.*) Sic in Actionibus Verrinis, & in Orat. de Prouincijs Consularibus instituitur accusatio, quòd pecuniæ publicæ subtractæ, & in priuatum vsum conuersæ fuerint.

5. Pœna digni sunt, qui à *rationibus* reddendis cupiunt esse immunes. (*Plato 6. de Leg. Arist. 2. Pol. cap. 7. lib. 1. Cod. tit. 47. & in Nouel. Constit. Const. 95.*) Nam aliâs exhauritur AErarium, deinde locum largitiones inueniunt, tum dominatur Ambitus, qui tamen grauiter puniendus est. Hinc Demosth. Orat. de falsa legatione, hortatur Iudices, vt ab AEschine ra-

tiones rerum gestarum poscant, & Cicero *Aff. 4. Verrina* rationes exigit à Verre, expensarum & acceptarum tabulas poscit.

6. Puniuntur pœna capitis, qui *priuata authoritate publica* negotia gerunt: pacem, aut bellum iniussu populi faciunt. *Plato 17. de Leg.*

7. Qui *malè Legationes* obeunt: 1. quia Legati publicam personam repræsentant; imò Resp. & regiones illas, à quibus mittuntur. 2. authoritas ipsius Dei polluitur, qui Legatorum esse vindex solet. (*Plato 11. de Leg.*) Sic *in Philippica* Orat. ad Antonium missi Legati reprehenduntur, quòd timidi extiterint, non rationem habuerint dignitatis ac maiestatis Imperij Romani.

In Religionem peccantes, seu eam violantes.

III. Puniuntur, qui in *Deum*, aut *Religionem* delinquunt: quia præcipua cura in Rep. de Religione est suscipienda. (*Plato 7. de Rep.*) Hæc est societatis humanæ fundamentum: (*Cic. 2. de Natura Deor.*) propugnaculum Magistratus: (*Plato 4. de Rep.*) vinculum legum & honestæ disciplinæ: (*8. de Leg.*) ea sublata, pietas erga Deum tollitur, simul etiam fides ac iustitia. (*Cic. 1. de Nat. Deor.*) Et præclarè dictũ est: Sequi Deum, & nosse seipsum, summa salutis est. (*Plut. lib. de discrimine adulat. & amici.*)

1. Qui *nouam Religionem* introducunt, supplicio digni sunt: (*Cic. 2. de Leg.*) quia Religionem qui contemnunt, nihil præterea magni faciunt: coniurationes, seditiones, bella ciuilia, malaque excitant. (*Dio lib. 52. in Orat. Mecenatis ad Augustum.*) Et licet horum verba ac sermones non lædicò officiant, tamen semina in animo relinquit. Et sequitur nos etiam malum, cùm ab eo discesserimus, post resurrecturum. Quemadmodum

qui

qui symphoniam audiuerunt, secum in auribus ferunt modulationis,& cantus dulcedinem, quæ cogitationes impedit, nec ad seria intendi patitur. (*Seneca epist.*129.)Etiam Religionum oritur confusio, & inde non rarò Atheismus sequitur. (*Cic.2. de Leg.*) Atque hi non solùm sibijpsis nocent,Dei in se iram grauem concitantes, sed hæc mala etiam totam in ciuitatem redundant.(*Plato 10.de Leg.*)*Vide locum de Hæret.* Hinc laudantur Augustus,Tiberius, & Adrianus, qui noluerunt admittere,vt noua religio introduceretur.(*Suet. in Aug. & Tib. Spartianus in Adrian.*)

2. De neglectione *Festorum* Lex est Imperatorum: Omnes Iudices,vrbanæque plebes, & cunctarum artium officia venerabili die Solis quiescant. (*lib.3. Cod. t.12. de Feriis.*) Et Imp. Leo inquit: Dies festos Maiestati altissimæ dedicatos, nullis volumus voluptatibus occupari: amissionem quoque militiæ,& proscriptionem patrimonij sustinebit, si quis vnquam die festo spectaculis interesse,aut alio prætextu negotij publici seu priuati hæc,quæ lege statuta sunt,temeranda crediderit. (*Ibid.*) Lex Diuina ait: (Exod.31. v.14.) *Qui polluerit Sabbatum, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui.* Exemplum eius est *Num.*15. in lignante die Sabbati. Rationes pœnæ sunt: 1. quia signum est & pactum sempiternũ inter Deum & homines Sabbati cultus,(Exod.31.) 2. sex diebus fecit Dominus cælum & terram,in septimo ab opere cessauit. (*Ibid.*) 3. Genus humanum Deus, ad labores & miserias natum,miseratus,laborum intermissiones & relaxationes constituit, dierum festorum celebritates. (*Plato 2.de Leg.*) 4. Romani

soliti sunt ijs diebus per præcones in Vrbe proclamare: HOC AGE, iubere ciues quiescere ab operibus, & se totos religioni & sacris dare. (*Plut. in Numa*)

3. Lex est Platonis: (*lib. 12. de Leg.*) Iurisiurandi sacrosancta sit authoritas; nec, nisi paucissimis, iurare libeat. Apud Cic. (*2. de Leg.*) est illa: *Periurij* pœna diuina, exitium; humana, dedecus esto. *Lib. 1. Cod. t. 1.* Qui in Deum peccant, etiam Principum legibus puniendi sunt. Rationes, & fundamenta: 1. quia Iusiurandum est affirmatio religiosa, neque vllum vinculum est ad affirmandam fidem hoc arctius. (*Cic. 3. de Offic.*) 2. qui falsum iurat, ipsum Deum contemnit: contemptus autem Diuini Numinis puniendus est. (*Plato 1. de Leg.*) 3. improbus & impudens talis merito iudicatur: quia coram se maioribus mentitur, (*ibid.*) 4. Talis fidem inter homines tollit: quia maximum vinculum humanæ societatis est Iusiurandum. (*Diodor. lib. 1. cap. 6.*) Ideoque Censores Romæ de nulla re magis, & seuerius, quàm de iureiurando iudicare solebant: (*Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 13.*) & AEgyptij periuros capite mulctarunt. Sed AEgyptiorum lege olim periuri capite mulctabantur, tanquam qui duplici tenerentur scelere, vt qui & pietatem in Deos violarent, & fidem inter homines tollerent. (*Diod. lib. 1. cap. 6.*)

4. Qui incantationibus & artibus *Magicis* vtuntur, etiam ad pœnas violatæ Religionis pertinent: quia Leges flagitant, vt ab his pœnæ sumantur. Ad hoc genus hominum DEVS ipse puniri iubet. *Exod. 22. Leuit. 19. & 20. Deut. 18.* Leges Curiles comburere iubent, aut ferali peste absumere.

lib. 9. Cod. t. 18. *de malef. & Instit.* 40. *t.* 18. *de venef. & in Nouel. Constit. Const.* 28. Sacra Scriptura Sagas neci adiudicat *Exod.* 22. *Deut.* 18. neque Patres hoc improbant, vt videre est apud S. Augustinum, (*de Ciuit. Dei lib.* 8. *cap.* 29. *&* 10. *cap.* 9. *&* 12. *cap.* 2.) & apud D. Thomam, *contra Gentil. cap.* 104. *& seq.* Legimus Romæ aliquando 70. fœminas veneficas fuisse damnatas, cùm venenata medicamenta maritis suis coxissent. (*Liu. lib.* 1. *dec.* 8.) A Claudio Cæsare punitus Eques quidam fuit morte, propter circumgestatum ouum serpentis, vt eo Iudices falleret, & suas in partes pertraheret. (*Plin. lib.* 29. *cap.* 3.) Rationes: 1. quia tales sunt inimici naturæ. 2. Deum, & Religionem omnem non dubitant abnegare: imò Deum blasphemijs afficiunt: tales tamen rectè puniuntur, *Leuit.* 21. *Deut.* 13. 3. Dæmonibus dant fidem, his adhærent, & sacra peragunt: eiusmodi verò homines Lex Diuina poscit ad pœnam. (*Exod.* 20. *Deut,* 13. *Num.* 25.) 4. suos liberos paruulos ijsdem deuouere minimè erubescunt: at puniturum sese tales Deus affirmat, qui Molocho liberos dedicarint. (*Leuit.* 20. *Deut.* 18.) 5. incesta colunt adulteria. 6. non solùm frugibus, & pecoribus dant damnum, verùm etiam homines, maximè infantes necant, & elixant; horum comedunt carnes, sanguinem bibunt.

5. Lex Diuina requirit, vt *blasphemus*, seu qui maledixerit DEO, lapidibus obruatur, siue ille ciuis, siue peregrinus extiterit. (*Leuit.* 24.) Leges etiam Ciuiles vltimis supplicijs subdere tales iubent. *In Constit. Nouell. t.* 6. *Const.* 77. *de Blasphemijs in Deum. Vide lib.* 5. *Septimi*

Decretal. t. 7. cap. 2. Vide locum de Blaſphemia. Quibus pœnis mactandi ſint Iudæi, maximè ob blaſphemiæ crimen, lege in *Diebus Canicul. Maioli, Tom. 3. colloq. 1. pag.* 824. Ibidem de expulſione Iudæorum fusè. Conſtitutionibus Regum Hiſpaniæ blaſphemus pro prima blaſphemia punitur carcere vnius menſis; pro ſecunda exilio ſex mẽſium à loco habitationis, & mille quadrantum pœna, qui in tres diſtribuendi ſunt partes, quarum vna accuſatori, alia Iudici, tertia pauperibus competit; pro tertia verò blaſphemia, lingua cluo perforatur. Rationes: 1. Si contra homines factæ blaſphemiæ impunitæ non relinquuntur, multo magis, qui ipſum Deum blaſphemare non verentur, ſupplicio digni iudicandi. 2. Tale obiectum Deus ad iracundiam prouocatur, Cuntes & Reſp. integræ læduntur. (*in Conſtit. Nouel. t. 6. Conſt.* 77.) 3. Si ab Areopagitis punitus fuit Stilpo, cùm Mineruam, non Deam, ſed Phidiæ opus eſſe dixit: (*Laërt. lib.* 2.) eiectus ab Athenienſibus eſt Philoſophus quidam, cùm ſcripſiſſet de Dijs, neque quòd ſint, neque quòd non ſint, habere ſe quod dicat: (*Cic. 2. de Nat. Deor.*) multo magis Numinis veri contemptus & blaſphemia puniri à Magiſtratu debet. Hinc Ludouicus Rex Francorum blaſphemos candente lamina in fronte notare eſt ſolitus. Cumque pro magno Viro noxio intercederetur, ne hoc modo puniretur, reſpondit: Illud ſe monumentum in fronte libenter geſturum, ſi ita Francia purgari poſſit tanto ſcelere in Deum Opt. Max. commiſſo. (*Aemilius hiſt. Franc. lib.* 7.) Idem linguam blaſphemam ferro candente aduri iuſſit Anno 1254. Ipſe Deus extra caſtra eductum blaſphemum lapidibus necare iubet, *Leuit.* 24.

IV. Po-

IV. Puniuntur qui in *Magistratum* peccant: hic enim proximas à Deo partes obtinet.

1. *Maledicta* & conuitia in Magistratum puniẽda sunt: nam sacræ litteræ Principi populi maledicere vetant. (*Exod.* 22.) Propter conuitia in Dauidem congesta punitus est Semei, 3. *Reg.* 2. Magistratus est Dei Vicarius: Vt ergo qui lædit parentes suos, vel factis, vel verbis, secundùm Leges meretur pœnam: ita & qui Magistratum suum conuiciis lacessit. Vt nulla in corpore salus, si partes huic oppositæ fuerint: ita Reip. salus ibi nulla exspectanda est, sed rerum confusio, vbi Magistratui subditi maledicunt. Ideoque Resp. bene constitutæ acriter tales homines puniuerunt. (*Arist.* 5. *Pol. cap.* 11.) Romani aliquando Aduocatum quendam, nimis altè coram Censoribus scitantem, graui mulcta damnâssent, nisi iureiurando ille affirmasset, eiusmodi malo se natura honorare. (*Fulg. lib.* 2. *cap.* 4.)

2. Animaduertendum in eos, qui *re* & *facto* Magistratum lædunt, secundùm Legem Iuliam Maiestatis. *Instit.* 4. *tit.* 18. & 9. *Cod. tit.* 8. Pœna huius delicti est: 1. animæ amissio, & gladius. (*Cod.* 9. *tit.* 8.) 2. exilium olim. (*Cic.* 1. *Phil. Tac. lib.* 1.) 3. post mortem damnatio etiam memoriæ rei. (*Inst.* 4. *tit.* 18.) 4. alienatio hereditatis & successio parentum, aut proximorum. 5. bonorum publicatio. 6. perpetua egestas, & infamia. 7. remotio ab honestis congressibus, honoribus, Sacramentis. 8. eaque talis, vt mors solatium, vita supplicium sit. (*Cod.* 9. *t.* 4.) 9. accusare tales possunt tum serui & familiares, qui ab accusationibus aliis remouentur. (*Cod.* 9. *t.* 1.) 10. audiuntur etiam mulieres in tali crimine. 11. nec prouocatio

hac lege damnatis conceditur. 12. Etiam corpora damnatorum huius criminis sepulturæ vix mandari possunt. (*Dig. lib. 8. t. 24. de cadaueribus punitorum.*) In Coniuratione Catilinaria apud Sallust. & apud Spartianum *in Caracalla historia* damnati sunt, qui coronas detraxerant imaginibus Principum. Apud Sueton. *in Tiberio*, multa supplicia commemorantur eorum, qui vel ebrij aliquid commiserunt in Imperatorem. Rationes: 1. quia proditionis habet speciem facto Magistratum lædere. (*Dio lib. 60.*) 2. publica sic conseruatur tranquillitas. 3. non alia ratione commodiori saluti Magistratus consulitur. 4. ingratitudo magna est, lædere eum, à quo beneficia accipimus, in pace viuimus, & quisque sedet super vineam suam, nec est qui deterreat. *Isaiæ 3. Arist. 1. Pol.*

Disce venerari Magistratum.

Q. Fabius Maximus ad Q. Filium Consulare imperium gerentem Legatus est missus, cui fortè in via occurrit Consul filius: quem pater Legatus præteriens, non salutauit: continuò filius lictori imperat, vt Legatus de equo descendat: imperanti filio pater obtemperans, sic ait: Mi fili, hoc feci, non quòd imperium tuum contempserim; sed vti experirer, quanti æstimares Consulatum. Conuenit enim, vt pater Legatus filio Consuli obsequatur. *Fenestella de Potestatibus Roman.*

V. Puniuntur qui in *Parentes* delinquunt.

1. Lex Diuina capitis pœnam constituit ijs, qui patri, vel matri maledixerint. (*Exod. 21. Deut. 21.*) Lex quoque Ciuilis mulctare iubet filios & filias contumaces, qui parentes vel acerbitate coniu-

nuncij, vel cuiuscunque atrocis iniuriæ dolore pulsant. (*lib. 8. Cod. t. 1. de ingratis liberis.*) ab hæreditate eos excludit Leo Imp. (*Constit. 21. t. 1. de nuptijs*) Rationes: 1. Lex Diuina mandat honorare parentes. (*Exod. 5.*) 2. Deus etiam graues & temerarios in parentes sermones punit. (*Plato 4. de Leg.*) 3. primum & antiquissimum debitorum est, quo ijs obligati sumus, à quibus geniti, & in hanc lucem producti sumus. (*Plato ibid. Arist. 9. Ethic. cap. 2.*) 4. Etiam bestiæ amant, à quibus natæ sunt. 5. Lege Solonis notantur infamia illi liberi, qui inopes parentes non colunt, si modò artibus eos erudierint. (*Plut. in Solone, Demosth. contra Timocratem, Xenoph. lib. 2. memorab.*)

Solon Athenienſium Legislator nullam parricidis pœnam constituit, quòd neminem tam nefarium esse putaret, qui tantum crimen committerer. (*Cic. pro Sext. Amer. Laërt. in Solone.*) Quam Seneca affirmat, summa prudentia prædictos viros noluisse de parricidio pœnam constituere, ne vindicando ostenderent, tale quid fieri posse. (*lib. 1. de Clem.*) Et tamen huic delicto pœna capitalis constituitur in Lege Diuina, *Exod.* 21. vel potius Moyses de parricidio nihil cauit, sed tantùm de parentum pulsatione. vers. 15. *Qui percusserit*, &c. & Lege Ciuili, (*Instit. 4. t. 18. & 9. Cod. t. 17.*) quæ Lex vult, vt parricida neque igni, neque gladio, neque vlli pœnæ alij subijciatur, sed insutus culeo cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & simia, (quæ animalia mirum in modum eum torquerent) atro curru vectus, vel in mare, vel amnem proijciatur, omnium elementorum vsu vnus carere inci-

Horrêdum in parricidas à Romanis statutum supplicium.

incipiat, & ei cælum ſuperſtiti, terra mortuo auferatur: ne, inquam, qui tam nefandum crimen patrarat, elementis quatuor, vt cætera cadauera, frueretur, &c. cuius pœnæ rationes eleganter reddit Cicero, *in Orat. pro Roſcio Amer.* Cui verò additus parricidæ, quia ferox & immundum eſt animal, & huic non diſſimilis eſt parricida. *Vipera*, quia parentibus eſt inimica. *Simia*, quia fœtus ſuos ſtrangulat, & præter humanam formam, humani nihil habet. *Gallus gallinaceus*, quia viperæ maximè infeſtus eſt: ideoque pugnabi atrocior exoritur, pœna magis exaſperanda. Plato, 9. *de Leg.* ait: Si quis filius in tantam immanæ intemperiem inciderit, vt parentis ſui ſanguine manus impias commaculare audeat, extremis ſupplicijs ſubiectus erit. Et ſi fieri poſſet, inhibitum eſſet, multis mortis generibus parricidam necari. Rationes: 1. Maximum ſcelus eſt, eimortem per vim inferre, à quo quis vitam accepit. (*Diod. lib. 1. cap. 6. Cic. pro Roſcio Amer.*) 2. Nullum maius argumentum eſſe poteſt impietatis, quam parentum deſpectus, & iniuria. (*Plut. de fraterno amore.*) 3. Cùm quæritur, quibus plurimum tribuendum ſit officij, principes ſunt Parentes. 4. Etiam videmus feras inter ſeſe partum, & educationem, & naturam ipſam conciliare. (Cic. ibid.) (Nihil eſt immanius, quàm infanti, naturæ ciſtris obuallato, vitam tollere: vel innocentem in vtero matris adhuc palpitantem obtruncare. Et Iure mulier, quæ viſceribus ſuis vim infert, quo partum abigat, morte punitur.)

VI. Puniuntur *Maledici*, calumniatores, & falſi accuſatores. Nam inter iniurias refertur, ſi conuitium factum fuerit: (*Inſtit. 4. tit. 18. Dig. lib. 47.*

Aut.16. & Cod. lib.9.t.46.) vbi infamiæ ſuppliciũ conſtituitur, omnis iuris color, omnis publica abolitio, omnis ſpecialis indulgẽtia, beneficium omne generale adimitur. Apud Platonem, *11. de Leg.* eſt Lex de Calumniatoribus, quæ vult obſeruari, vtrum auaritia, an ambitioſa quadam contentione fit factum, quod factum: & capitis pœnam conſtituit, quam & Ariſt. 6. *Pol. cap.5.* decernit. (Viri boni, conſcientia ſua freti, conuitia contemnunt.)

Huc pertinent *Libelli famoſi*, cùm quis ad infamiam alicuius libellum, carmen, hiſtoriam aliquam ſcripſit, compoſuit, edidit, doloue malo fecit, quò quid eorum fieret. (*Inſtit.4.t.4.*) Imperatores volunt, vt ſi quis famoſum Libellum ſiue carmi, ſiue publico in loco inuenerit ignarus, aut non rumpat priuſquam alter inueniat, aut nulli inuentum confiteatur: ſecus qui fecerit, quaſi author huius delicti, capitali ſententiæ ſubijciatur. (*l. 9. Cod. t. 36.*) Etiam inteſtabilis talis conſtituitur, hoc eſt, neque teſtis eſſe poteſt, neque Teſtamentum facere, neque ex Teſtamento hæres eſſe. (*Dig. lib. 22. t. 5.*) *Vide Leges XII. Tab.* Rationes pœnæ: 1. quia optimus quiſque res ſuas ſic putat inſtituere, vt ſui memoriam magna cum laude ad poſteros tranſmittat. (*Plato epiſt. 2.*) 2. nemo ſine laude honeſtæ vitæ vir perfectus eſſe nequit. (*Cic. 12. de Leg.*) 3. exiſtimatio præclara eſt ſecundus ventus ijs, qui ad Remp. & officia honeſta tendunt. (*Plut. in præceptis gerendæ Reip.*) 4. fama non mediocre telum ad res gerendas. (*Cic. de Orat.*) 5. opus in Rep. eſt mutua ciuium beneuolentia, quæ calumnijs & delationibus diſſoluitur? (*Ariſt. 6. Pol. cap.5*) quãdoquidem ex mutuis impreca-

precationibus, & leuiculis calumnijs inter ciues odia & inimicitiæ grauissima oriuntur. (*Plato* 11. *de Leg.*) 6. à cæteris maleficis, adhibitis custodibus, res familiaris seruari potest, & qui noctu domi manet, nihil mali patitur: at à calumniatorum metu nemo liber viuit. (*Demosth. in Orat. contra Theocrinem.*) 7. vitium hoc facit, vt Magistratus falsum credat, & sequatur sæpe. (*Herod. lib.* 7.) bonum oriatur iudicium de improbis, vt videantur viri boni. (*Isocr. Orat. de permutatione.*) 8. vt vulnus nullum ita solerter curatur, quin cicatrices maneant: nec macula in charta, aut veste sic scalpello tollitur, vt vestigia quædam non depræhendantur; ita semper aliquid hæret. 9. Itaque laudantur ab Historicis Augustus, Pertinax, Traianus, qui calumniatores eiecerunt. (*Tac. lib.* 1. *Sueton. in Augusto.*) Vespasianus eos assiduè in foro flagellis ac fustibus cæsos, & nouissimè per Amphitheatrum ductos, venire iussit. (*Sueton. ibid.*) Alexander Seuerus Thurinum quendam calumniatorem fumo necari in foro curauit, præcone clamante: Fumo punitur, fumum qui vendidit. (*Lamprid.*) De Ladislao Iagellone Polonorum Rege scribitur, quòd delatorem Hegingæ, Daneuitium nomine, è decreto publici iudicij coëgerit, vt publicè mentitum se esse clara voce, & latratu subter scamnum edito, profiteretur. (*Cromerus lib.* 11. *Polon. hist.*) Iubente Dario Rege viri, qui falsò accusauerant Danielem, missi, seu præcipites dati sunt in lacum leonum, & non peruenerunt usque ad pauimentum, cùm arriperent eos leones, & omnia ossa eorum comminuerent. *Daniel.* 6. & 14. Athenienses falsum accusatorem Phocionis

capitis

capitis damnârunt. Dignus cruce malitiosus fuit Haman, qui in crucem iniustè tollere studuit Mardochæum. *Hest. 7.* Luxuriosi Presbyteri, qui iniquè lapidi Susannam condemnârant, iustè eandem plagam subierunt. Qua mensura alijs dimensi estis, eadem dimetietur etiam vobis.

Arist. *6. Pol. cap. 5.* docet, pauciora iudicia & tribunalia futura esse in Rep. si grauissima pœna in eos, qui alios falsò accusant, constituatur. Verba & herbæ, vt est in fabula, improbo puero, senis poma deripienti, ab arbore descendere non persuàserunt; at virtus depellendi in lapidibus inuenta fuit: ita sæpissimè cùm natura & gratia malos non vrgeat, pœnarum formido ad officium cogit. Sapienter ergo Arist. suadet, vt grauissimæ pœnæ in calumniatores & sycophantas constituantur, vtque eandem inferant plagam, qua alios affligere contenderunt; seu easdem subeant pœnas, quas alijs intenderunt. Quia si liberum sit cuiuis pro libito alios quoscunque capitis accersere & accusare, in quo eadem statu oues & innocentes erunt? Agnus in aqua non bibet, quin lupus recuset sine causa, deuoret sine lege. Cæterùm si patefacta eorum innocentia, lupi sanguisugæ prætensam pœnam luerent, plures agni, pauciores lupi; plures oues, pauciores vulpes; plures innocentes viri, pauciores accusatores insidiosi essent: in Rep. ergo religiosè administrata testibus, falsisque accusatoribus eadem pœna (quæ accusatis impendet) infligeretur. Si dracuncula, aut alia immanis bestiola inuadat hominem, capta statim occiditur, & ta-

NB. Casus.

& tamen hæc ſuam naturam ſequitur: an ergo conuenit, vt homo, ad humanitatem natus, tantum facinus, quale eſt iniuſta ſitis alieni ſanguinis, impunè & inultus ferat? An conuenit, vt Cainus, effuſo fratris ſanguine, in honore viuat? & non ſub ſegete reprobus & miſer pereat? Vim vi repellere natura docuit, iuſtitia hanc legem confirmauit, cur ergo non licet inſidias vitæ cognitas tentato ſupplicio coërcere? Beatos quidem eos appellat Chriſtus, qui flammas & procellas perſecutionis propter iuſtitiam ferunt: non tamen vult, vt gladius ciuilis in vindicandis malis penitus hebeſcat: nam etſi iuſtior eſt homo, qui iniuſtam mortem ſubijt; non eſt tamen iniuſta lex, quæ falſis accuſatoribus idem infligi vult. Sanguis innocentium vocem acutam, celerem, & penetrantem habet: quamuis ergo Stephanus, lapidibus obrutus, Chriſti exemplo commotus dixit: Ignoſce *Domine*: nam neſciunt quid faciunt: (*Act.* 7.) tamen ipſius patientia falsos accuſantis pœnam non tollit: nam vt illa diuinam ſapientiam, ita hæc diuinam iuſtitiam ſapit, quæ falſos accuſatores Danielis, Mardochæi, Suſannæ; leoni, cruci, & ſaxo dedit. Certè meuentes mali, ne eandem ſalutent crucem, ad quam alios, quibus inuident, pertrahere conantur, à ſuſceptis inſidijs alienæ vitæ facile ceſſabunt, ſuoſque cautiores lædere, ac vulnerare diutius non molientur. Nam vt impunitas multos audaces ad omne flagitium: ita ſeueritas pœnæ nonnullos longè cautiores, & in accuſando leniores reddit. Romani olim iuſſerunt, vt accuſator, qui crimen intendit, quod probare non poteſt, pœnam ferat, quam laturus erat reus, ſi conuictus fuiſſet. Hinc quorum

vitæ

vitæ sine fraude, libertas sine metu, honor sine otio, tribunal sine damno & malo iniuriæ lucet. Improbi litigatores sumptus litis restituant: (*l. properãdum, C. de Iudic. l. eum, quem temere, eod. l. P. c. finem lit. de dolo & contum. c. calumniam, de Iudic.*) nisi enim impensæ in litem factæ iustam causam defendenti adiudicentur, datur occasio temere litigandi, & pauperes opprimendi.

VII. *Testimonijs falsis* pœnæ infliguntur. Sacræ literæ volunt, vt si quis deprehensus fuerit, falsum testimonium dixisse, puniatur, nec vlla adhibeatur deliberatio. *Deut.* 19. Extat Lex XII. Tab. Qui falsum testimonium dixerit, è saxo Tarpeio deijciatur. Nouella 90. verberibus subijciendos falsos testes esse mandat. *Cod. lib. 4. t. 20.* Iureconsultus ait: Qui falsò vel variè testimonia dixerunt, à Iudicibus competenter puniantur. *Dig. 22. t.* Plato constituit, vt qui bis falsi testes fuerint conuicti, ad dandum testimonium lege non cogantur; si ter, non ei fas sit vllo modo testimoniũ perhibere. (*11. de Leg.*) Rationes: 1. falsi testes etiam veris fidem abrogant. 2. veluti factione circumuentos, miserabiles reddunt reos. (*Seneca 6. de Benef.*) 3. faciunt, vt Iudices, falsa testimonia secuti, iniquas sententias ferant. (C. 4. *t.* 20.) 4. quum iurati dicant testimonium, non solùm homines, sed etiam Deum offendũt. (*Alex. ab Alex. lib. 6. cap.* 20.) Ideoque rectè AEgyptij tales mortis supplicio affecerunt. (*Diod. Sic. lib. 2. cap. 3.*) Lydij vendiderunt, vt quos dignos minimè sua societate iudicarent.

VIII. *Mendaces* puniuntur.

Apud *Persas & Indos*, qui ter mendacio abusus fuisset, illi per omnem vitam silentium im-

ponebatur, nulloq; Magistratu aut honore dignus habebatur. *Alex. lib. 6. cap. 11.*

2. *Charondas*, qui vrbibus Chalcidicis circa Italiam & Siciliam leges dedit, mandauit, vt mendaces, & falsi testes exilio & morte plecterentur. (*Plat. 10. Pol. Cic. 2. de Leg.*) Nam testimonium olim introductum fuit in fauorem agnoscendæ veritatis, vt, quantum in nobis est, ad primam veritatem, quæ falli non potest, tenderemus. Hinc apparet, quàm immane & inhumanum facinus sit, falsum testimonium perhibere, cùm sit quàm maximè à prima veritate discedere, ac declinare. Est enim in falso testimonio triplex deformitas: periurij, violatæ iustitiæ, occultæque malitiæ. Periurij: quia nemo in iudicio vt testis, nisi iuratus admittitur. Violatæ iustitiæ: quia seueris legibus hoc prohibetur. Malitiæ: quia innocens hoc modo in periculum ac vitæ discrimen contra intentionem ciuitatis trahitur.

IX. Leges Diuinæ *fures* quadruplo puniunt. (*Exod. 22.*) Est Lex XII. Tab. Si nox furtum faxit, & ira quis occidit, iure cæsus esto. (*Vide Gell. lib. 11. cap. 18.*) Plato (12. *de Leg.*) vult, vt quod est furto ablatum, duplo rependatur, si facultates respondeant: sin minus, & egestas obstet, conijciatur in vincula, luat corpore, quod in re non potest. Rationes: 1. Lex est antiqua, & perpetua: Quæ non posuisti, ne auferas: ἃ μὴ κατέθου, μὴ ἀνέλῃς. (*Plato 11. de Leg.*) 2. furta hominum societatem vehementer lædunt. (*Diod. Sic. lib. 2. cap. 3.*) Ideoque *Draco* Atheniens. Legislator etiam capitis pœnam ijs constituit, qui olera aut fructus leuiores abstuliissent. (*Plut. in Vita Solon. Gell. lib. 11. cap. 18.*) Imp. *Seuerus* ita

odio fures habuit, vt in conspectum suum admittere eos nollet, pœnis afficeret grauissimis. (*Lamprid.*) *Zeno* seruum, piceas & furaces manus habentem, cædi iussit: cumque is se excusaret, sibi in fatis esse, vt furetur: etiam in fatis, inquit, est, vt cædaris. (*Laërt. lib. 7.*) Furta apud *Locrenses* oculorum priuatione fuerunt punita. Itaque cùm *Saleuci* Legumlatoris filius criminis huius insimularetur, & Locrenses illi parcerent: ipse, vt Legi satisfaceret, sibi vnum, alterum filio oculum effodit. (*Heraclides.*) *Pescenninus Niger* milites, qui gallum gallinaceum subtraxerant, ea ignominia affecit, ne quamdiu essent in castris, focum facerent, aut cocti quid obsonij sumerent; sed pane & frigidis vescerentur. (*Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 3.*)

X. Lex Diuina pœnam ab *homicidis* (*Exod. 20. Num. 3. Deut. 5.*) requirit. *Genes. 9.* dicitur: *Qui sanguinem hominis effuderit, eius sanguis effundetur:* (per sententiam, vt habet Chaldaica paraphrasis.) Exod. 21. *Qui percusserit hominem, volens occidere, morte moriatur.* Lex Cornelia de Sicarijs homicidas vltore ferro persequitur: punit eos, qui hominis occidendi caussa cum telo ambulant. *Instit. 4. t. 18. Dig. 48. t. 8.* Excipiuntur infantes, furiosi, & qui interfecerunt stuprum suis per vim inferentes, & vxores in adulterio deprehensas. Rationes: 1. Homicidium crimen atrocissimum, ipso sacrilegio grauius est. (*Theon Sophista.*) 2. æquum est, vt quod quis alteri fecit, idem quoque patiatur, eundem vitæ finem sortiatur. (*Plato 9. de Leg. Aristot. Rhet. 1. cap. 2.*) 3. vt viuere summum

est bonum, ita qui vitam tollit, summè improbus iudicandus. 4. arbores quidem cæsæ semel celeriter renascuntur: at semel occisus homo non recuperatur. (*Plut. in Pericle.*) 5. sanguine impiatur terra, neque expiatur ab eo, nisi sanguine illius, qui fudit. *Num.* 35.

Adulterij pœna.

XI. Adulterio constituitur pœna mortis, *Leuit.* 20. in adulteros animaduertere etiam Leges Ciuiles iubent. (*Dig.* 48. *t.* 5. *& Cod.* 9. *t.* 9.) Lex Platonis incontinenter viuentes ignominia afficere iubet, (6. *de Leg.*) & infamia notari, & arceri à ciuitatis honoribus, qui adulterijs & scortationibus se polluunt. (8 *de Leg.*) Vetus Lex Romuli est: Adulterij conuictam vir & cognati, vti volent, necanto. Ideoque Germani pœna hac obseruata, adulteras maritis permiserunt, virgines ad laqueum sæpe adegerunt, aut curarunt à mulieribus flagellis cędi ad mortem vsque. (*Tac. de Moribus Germ.*) Apud Cumanos adulteræ lapidi in foro insistere sunt coactæ, vt omnibus conspicuæ essent. (*Plut. in Problem.*) (Vide locum de Adulterio.) *M. Cato Cēsor* Senatu mouit Manlium, quem omnium opinio Consulem designabat, quòd vxorem interdiu fuisset, inspectante filia osculatus. Si quis Israēlitarum puellam virginem alteri pactā in oppido compressisset, ambo ad oppidi portam educti lapidabantur: hæc, quia in oppido non clamasset: ille, quia alterius vxorem vitiasset. Sin autem ruri eam compressisset, vir tantùm lapidibus obruebatur, quòd verisimile erat, quamuis clamanti puellæ nemitem opem ferre potuisse. Quòd si virginem quis non desponsam vitiasset, patri puellæ 50. argenteos numerare, eamque vxorem habere cogebatur, neque

neque vnquam repudiare licebat. *Deut.* 22.

In antiqua *Saxonia* (ait Bonifacius epist. ad Ethibaldum Regem) si virgo paternam domum adulterio maculauerit: vel si mulier maritata adulterium perpetrauerit, aliquando cogunt eam propria manu per laqueum suspensam vitam finire, & super bustum illius incensæ & concrematæ corruptorem eius suspendunt. Aliquando congregato cœtu fœmineo flagellatam eam mulieres per pagos circumquaq; ducunt virgis cædentes, & vestimenta eius abscindentes iuxta cingulum, & cultellis totum corpus eius secantes & pungentes minutis vulneribus, cruentatam ac laceratam de villa ad villam mittunt, & occurrunt semper nouæ flagellatrices, zelo publicitię adductæ, vsque quò eam aut mortuam, aut vix viuam derelinquāt, vt cæteræ timorem adulterandi, aut luxuriandi habeant. *Guilhelm. Malmesburiens. lib.1.cap.64.de Anglis.*

Nota quomodo pagani, verum Deum ignorantes, legē Dei obseruarint.

Apud *Arabes* aliasque nationes adulteris semper capitis pœna fuit. *Alex. ab Alex. lib.4. cap.1.* Apud *AEgyptios*, si quis sine vi adulterauerat, virgis cædebatur ad mille plagas, mulier naso mutilabatur. *Diod.lib.1.cap.6.* Apud *Pisidas* adulterij conuictus per vrbem vnà cum muliere circumducebatur super asino ad dies aliquot. *Steb. serm.42. ex Nicolao de Gentium Moribus.* Parthi nullum delictum adulterio grauius vindicant. *Alex.lib.4. cap.1.* Leperi quos in adulterio deprehendunt, per triduum vinctos per ciuitatem ducunt, mox toto vitæ tempore contemptibiles habentur: quod mulieribus etiam fit, nisi quòd hæ diebus vndecim in foro stare coguntur, &c. *Cæl. Rhod. lib. 21. cap. 48.* *Romani* Bacchanalia & no-

cturna sacra damnârunt, cùm sub nomine Religionis stupra plurima committerentur, & omnis generis corruptelæ fieri cœpissent. Veteri etiam scito apud Romanos, vt maritus vxorem in adulterio deprehensam, impunè necaret. *Gandolfetur. Alex. lib. 4. cap. 1.* Ab *Aureliano Imp.* id excogitatum in adulterum est, vti arborum duarum inflexis capitibus, ac ad pedes religatis, mox dimissis, interuulsus vtrinque propenderet, ac moreretur. *Cæl. 10. Antiq. cap. 6.*

In *Anglia* qui extra matrimonium mulieribus commiscentur, deprehensi, sacerdotis impetu, die festo in processu Cleri ac populi adesse iubentur, & retentis femoralibus nudi Ecclesiam circumeunt, ardentem cereum manu gestantes. Si quem pœnæ pudet, is auro noxam redimit. *Æneas Sylu. lib. 1. de dictis & factis Alphonsi.*

Si quis pudicitiam prostituisset, patriaque bona luxu amisisset, huic legibus *Athenensium* interdicebatur ius apud populum concionandi. Nam qui rem suam priuatam malè administrauerit, fieri non posse, vt publicam bene administret, atque idem priuatim sit improbus, ac publicè optimus. Sed & inhonestum esse, hunc cum populo agere, qui orationis habendæ prius, quàm degendæ vitæ rationem duxerit. Denique viri boni orationem, quamuis nudam ac simplicem multum persuadere: contra hominis improbi atque luxuriosi, licet ornatam, contemni ac negligi. P. *Herodius ex Æschine in Timarchum.*

Quàm seuerè *Otho* I. Rex Germanorum adulterum punuerit, his verbis cómemorat Cuspinianus, *lib. 3. rer. Germ. cap. 12.* Cùm Rex expe-

rasset

tionem militarem crebrius duceret per Italiam, procidit ad pedes eius mulier querula, quòd vim passa esset ad stuprum, rogans iustam legum vindictam: cùm ille festinans educere, pollicetur in reditum se iustitiam facturum, eiulans mulier: *Quid tum*, inquit, *faciet te, Dominum meum, atrocis iniuriæ memorem?* Tum ille suspiciens in proximam Ecclesiam: *Hæc*, inquit, *erit testis inter me & te, & in signum iustæ vltionis.* Reuersus, vbi vidit Ecclesiam, recordatur delatæ quæstionis: iussit igitur aduocari mulierem, quæ adueniens: *Seuerissime Rex*, inquit, *vir, de quo tam olim questa, nunc meus est maritus, peperiq; ex eo, & iniuriam aboleui.* Cui Rex: *Non ego*, inquit, *& per Othonis barbam sentiet dolabrum.* Facto dicta præstitit: nam virum ocyus securi percuti iussit. Rationes: 1. illegitimis familiarum splendor obfuscatur, educatio & institutio negligitur. (*Xenoph. in Oecon.*) 2. fœdissima est nequitia, quæ pudorem suum alienis libidinibus prosternit. (*Cod. 9. de adul.*)

XII. *Monopolia* eodem modo, quo furta publica punienda sunt, siue exilio, siue bonorum publicatione. Extat de hac re Lex *lib. 4. Cod. t. 59.* Iubemus, ne quis, &c. Monopolium audeat exercere: hoc ausus qui fuerit, bonis proprijs spoliatus, exilij perpetuitate damnetur. Ibidem grauis pœna constituitur Magistratibus, qui mollius Monopolia exercentes puniunt. Rationes: 1. magna in Rep. est tyrannis rerum ad vitam sustentandam necessariarum vsum a paucorum nutu & arbitrio pendere. 2. Plato vult non cuique concedendum esse, vt

immensas diuitias cumulet; secus qui fecerit, huius opes Fisco adiudicandas esse scribit. (5. de *Leg.*) 3. Ibidem certam hæreditatem esse statuit, si parentes suis liberis non magnas opes; sed plurimum pudoris, modestiæ, & reliquarum virtutum reliquerint. 4. Arist. 2. *Pol. cap.* 5. negat bene constituta in Rep. permittendum, vt quius quouis modo ditescat, & opes accumulet: quia hæc res licentiam nimiam parit, honorum procreat ambitionem, excitat inuidiam, quam rixæ & seditiones sæpe sequuntur, ordinem omnem tollit, facit vt pauci ditescant, ad inopiam multi redigantur; vnde publica tandem res perit, nouæ cus, atque corpus hydropicum.

XIII. De *Monetæ* adulteratione Lex est: Quicunque nummos aureos partim raserit, partim tinxerit, vel finxerit; si quidem liberi sunt, ad bestias tradi: si serui, summo supplicio affici debet. (*Dig. lib. 48. t. 10. & in Cod. lib. 9. t. 24.*) ijs, qui falsam cudunt ac fabricantur monetam, nummos falsos fusione formant, flammarum exustionem paratam esse debere Imperator iubet.

Apud *Athenienses* tales sunt capite puniti. (*Demosth. aduersus Leptinem.*) Apud *Aegyptios*, si qui monetam circumciderent, aut cuderent adulterinam, aut pondera, vel insignia mutarent, aut falsis litteris inscriberent, illis manus ambæ amputabantur, vt quę corporis pars peccasset, etiam pœnas lueret per vniuersam vitam. (Diod. *lib. 1. cap. 6.*) Apud *Suecos*, qui adulterina monera alios deceperunt, ita sunt puniti, vt monetam illi coliquarent, & in eam falsarios viuos immitterent, vel in sublimiori trabe circumligatos per eorum corpus moneta vndique splendente, his guidam fra-

frangerent. *Olaus lib. 6. cap.* 13.

Rationes: 1. quia nummo opus est ad quotidiana commercia, & omnes vitæ vsus. (*Plato 5. de Leg.*) 2. Hic est mensura commutandarum rerum. (*Arist. 1. Pol. cap. 6.*) 3. Et inuentus, vt hominum indigentiæ, &c. succurrat. (*Ibid.*) 4. Itaque contractus & commutationes omnes corrumpunt, qui monetam adulterant. Hæc res *Romanos* monuit, vt vnam tantùm Officinam haberent Monetalem, in Templo Iunonis: (vt *Carolus Magnus* in suo Palatio:) constituerent Triumuiros Monetales, qui monetam arrosam tollerent: & vt Scholā aperirent, in qua ciuium liberi discerēt nummos probare, monetam adulterinam à vera seiungere. *Bodin. lib. 6. cap. 3.*

XIV. Boni Magistratus in luxui deditos, & *prodigos* animaduertunt.

1. *Lacones* scutiferum militē interemēre, quòd scuto nonnihil purpurei panni intexuisset. (*Plut. in Lacon.*) In tantum horrebant exemplum peregrinæ luxuriæ, non ignari, ex minimis initijs immedicabilem vitiorum colluuiem inundare, eoque tutissimum esse iudicantes, principijs obstare. Ob id in primos authores seueriſſimè animaduertebant. Plurimum nocuit Reip. quisquis fenestram vitijs aperuit.

2. Ex Antipatri amicis quendam *Philippus Macedoniæ Rex* in Iudicum numerum adscripserat. Verùm post, vbi cognouit illum tingere barbam & capillum, submouit eum, dicens: Qui in proprijs capillis fidus non esset, eum muneribus gerendis non videri dignum cui fideretur. *Plut. in Regum & Imp. Apophr.*

3. *Gracis* lege cautum erat, vt qui patrimonium

prodegerat, sepulchro patrio non humaretur, sed externo. *Alex. lib. 6 cap. 14.*

4. *Tiberius Imp.* Senatori cuidam luxuriosè viuenti tutorem, ac si pupillus esset, dedit. *Dion lib. 57.*

5. *Florentini* olim in decoctores, ac turpi iudicio conuictos, eosque, qui Reip. debitam pecuniam, ex Magistratus præscripto, ad diem nō soluissent, inter ærarios referebant, sic vt ius ferēdi suffragij ciuitatisque amitterent. Is autem, cui ea mulcta erat irrogata, adigi ad speculum dicebatur, quòd in ea nota, tanquam in speculo, & consum & fortunas ciuium licebat intueri. †

† *Brutum lib. 1 hist. Florētinæ.*

XV. In *Loquaces*. Nam AEgyptij eos, qui ficta in vulgus spargebant, aut belli cōsilia hostibus indicabant, lingua priuabant, ne posthac nocua linguæ licentia Reip. obessent. *Diod. Sic.* Logopoeos vocant Græci, qui falsa comminiscuntur, & inuulgant. Hinc *in Nicia* Plut. tonsorē scribit ab Athenienſibus ad rotam alligatum, velut λογοποιὸν, quòd Siciliensem cladem temere Magistratibus nuntiare, & tota vrbe diuulgare ausus esset, ab peregrino in tonstrina accepta: vel potius peregrinus ille publico iudicio tortus est & vinctus, donec alius certū nuntiū attulisset. *Cæl. lib. 7. cap. 6. Cæsar lib. 6, Val. Max. lib. 1. cap. 8.*

Homines imperiti falsis rumoribus terrentur.

Cùm falsi rumores temere & sine certo auctore in vulgus sparguntur, leui & inconstanti populo ex summa lætitia incredibilis mœror, ac summa consternatio, & cōtra, potest oboriri; quo nihil vel corporum valetudini, vel publicæ tranquillitati periculosius, atque calamitosius, accidere potest.

XVI. *Artes lasciuas* & pernicioſas ex ciuitatibus

bus explodunt. Commendatur *Saul*, quòd abstulit magos & ariolos (1. *Reg.* 18.) & *Iosias* Rex quòd deleuit ariolos & pythones. (4. *Reg.* 23.) Non nimis cauti, nec nimis prouidentes esse possunt Argi, Mercurijque ciuitatis, quorum est non solùm vultures, sed etiam pullos scelerum in ipsis nidis suffocare, & seueritatis ferrum in malos acuere, ac contorquere; seu gladio maleficos, & turbatores publicæ quietis tollere. 1. quia, vti hactenus demonstratum est, Lex Diuina, (*Leuit.* 19. & 20.) & humana id ipsis demandat. 2. quia ad ipsos pertinet, ciuitatem à malis purgare, & impedire, ne partes, quæ sunt propter totum, illud corrumpant. Ideo, quando non possunt omnes partes integras seruare, potius vnam partem amputant, quàm sinunt, vt bonum commune pereat: vt medicus membra, quæ corrupta & putrida, toti corpori nocere possunt, secat, abscindit, obtruncat, ne totum corpus corrumpant. Hinc Iustitia pingitur aspectu virginali & formidabili. (*Gell. lib.* 14. *cap.* 4.) 3. quia Magistratus quandoque, Deo permittente, morte auferuntur, cùm nocentes non puniunt, vt legitur de Saul, Achaz, & Philippo patre Alexandri, quòd Attalum, ob stuprum illatum Pausaniæ, eo petente, non punisset, vt dicit Curtius. (*Plato* 9. *de Leg.*) 4. quia nulla est causa maioris mali, quàm licentia mali: & spes impunitatis maximam peccandi illecebram inducit. Sapiẽs quidam missus Lacedæmonem, vt obseruaret, quibusnam legibus ac institutis ciuitas regeretur: post aliquot annos in patriam reuersus, vocatus est ad Senatum, vt sui itineris rationem redderet: rogatus verò tandẽ, quomodo suam Lacedæmonij Remp. administrarent,

Excidi ferro debẽt, quæ sanari non possunt.

strarent, fune, furca, gladio, alijsque exquisitis tormentorum instrumentis in Senatu depositis: Hæc, inquit, sunt Leges Lacedæmoniorum: in his ciuitatis salus, & administratio ponitur, quasi dixisset: O Athenienses, nos multas & præclaras Leges ferimus, earumque nominibus ac titulis plurimum delectamur: at Lacedæmonij in hoc nos vincunt, quòd maiorum decreta ab illis sanctè ac seuerè obseruantur. Vt enim opes in arca sunt positæ sine vsu hominis, si non expendantur: ita Leges æri inciſæ sunt sine fructu ciuitatis, iisdem, vt decet, non obtemperetur. Sunt quidem Leges muti Magistratus, & veluti inanima instrumenta Reip. quæ tamen vocem & vitam habent, si ciues ad obedientiam seueritate Magistratus impellantur. Quid prodest medicina, si non applicetur? Meritò omnes vno constringuntur Legum vinculo, & non solùm lepores, sed etiam leones & aquilæ, seu diuites & potentes earum vim ac seueritatem timent.

Leges non solùm capiens muscas.

SIGNVM LII.

Malorum initijs occurrendum est.

ETIAM MINIMA MALA IN CIVITATE diligentissimè obseruare, ijsq; exortis, seu enascentibus remedium præsens adhibere, seu etiam paruadelicta castigare.

VITA peccatorum est Styx & lacuna miseriarũ, & flagitia populi sunt præcipuæ causæ euertendi Imperia. Quid enim sulphur & ignem in Sodomam & Gomorrham à cælo deuocauit immanis vitæ turpitudo. Quid Diluuium totius Mundi

Mundi fecit? immanis scelerum turpitudo. Quid Templum, quid Ierusalem deuastauit? Certè populi turpitudo. Niniue triste & fatale funus minatur Deus, sed quæ caussa? ipsius ciuitatis turpitudo. Sunt autem etiam minima populi peccata è Rep. exterminanda. Nam rimula in naui neglecta demergit nauem: imò vt multis arenis nauis immergitur: vt bos culicum multitudine suffocatur; ita rebus minimis ac tricis neglectis, magna nonnunquam euertuntur Imperia. *Arist. 5. Polit. cap. 8.* Res parua in primis videbatur Romanis Tribunos plebis instituere; sed hæc libertas licentia facta lumen Consulum obscurasse dicitur. *Liu. lib. 1. dec. 1.*

Maximorũ facinorum occasiones & radices euellere.

Etiam paruа delicta nocent.

Latentes & occultæ impetigines sæpe in leprã totius corporis serpunt: ita malorum mica in molem conuerti potest. Grana veneni nonnunquam vitam tollunt: sic minima mala ciuitatem. Ergo malorum atomi in administranda ciuitate nõ sunt negligendi. Quemadmodum parui sumptus (si sæpe fiant) rei familiaris, quantumuis amplæ, fontem exhauriunt: ita Legum & Institutorum transgressiunculæ, si accumulentur, nerpos concidunt ciuitatis. Et quamuis in minimis statim non apparet commutatio, serpunt tamen hæc monstra, & veluti è cauernulis suis primùm in angulos, tum in arces ciuitatis suas flammas, inque venena spargunt. Vt ex multis granis, magnus aceruus; ita ex multis paruis offensionibus immane facinus constituitur. *Plut. in Apopht.* Et vt parua in principio itineris digressio, fit magnus in fine error: ita minima Legis transgressio, si negligatur, fit tandem lues ciuitatis. Caueat ergo Scæuola, qui virgulam Censoriam tenet, ne,

vt per-

vt perditè amantes ab oſculis ad alia concepta ſcelera ſenſim & pedetentim veniunt: ita ciuesa paruis malorum punctis & vmbris in Oceanum profiliant flagitiorum, quorum peſtifero halitu tota infecta ciuitas, tandem contabeſcat. Navis, tametſi magna, paruis arenis aliquando mergitur, cur ergo ciuitas minimis malis non cõquaſſetur, & in diſcrimen traheretur? Sapienter ait Hippocrates: Nihil contemne: nam nihil paruum eſt: puſcula ſæpe in peracutum morbum, aut parui ponderis in grande diſcrimen migrat. Non eſt in leuiculis ſcelerum occaſionibus circirpandis morandum. (*Ariſt. 5. Pol. cap. 3.*) (Ouidius *de Remed. Amor. lib. 1.*)

Nam mora dat vires, teneras mora perimit vuas,
Et validas ſegetes, quod fuit herba, facit.

Naſcitura mala, antequam radices agant, dextra Magiſtratus extirpanda ſunt. Nam maximè imperiis & Reipſp. pernitioſa eſt intempeſtiua miſericordia: (*Ariſt. 5. Pol. cap. 8. Thucyd. lib. 3.*) ſupplicium cogitatione efficitur, vt à ſceleribus hominum animi abhorreant: (*Plato 9. de Leg.*) aliud malum tollatur: (*7. Pol. cap. 13.*) futuroquam maleficiorum inhibitiones, læſorum conſolationes fiant: (*Plut. de ſera Numin. vindicta.*) nemo improbè petulanterque agere auſit: (*Demoſth. in Midiana Orat.*) paucorum ſupplicio omnes reliqui continuò caſtigentur. (*Iuſtinian. in Nouel. Conſt. 30.*

Prohibenda etiam parua delicta, ne maiora, ne exempla obſint. Itaque felix tum Romana Reſp. fuit, cùm *Iunius Brutus* duos adoleſcentes filios, proditionis conuictos, virgis cæſos, ſecuri pe-

percussit. (*Liu. lib.* 1. *Dionys. lib.* 4. *Plut. in Bruto, Val. Max. lib.* 5. *Plin. de Viris Illust. cap.* 10. *Sabel. lib.* 3.) *Manlius Torquatus* supplicio filium affecit, quòd Latino in bello contra imperium pugnasset. (*Liu. lib.* 8. *Plut. in Fabio, Val. lib.* 2. *Plin. de Viris Illust. cap.* 28. *Sabell. lib.* 5. *&* 6. *Frontinus lib.* 4.)

Patauinam Præfecturam Gabio Grimano Serenissimæ Reip. Venetæ nomine administrante, studiosi quidam hominem pannosum & famelicum, decem scutatis conductum, subornârunt, vt dicto Præfecto è templo exeunti occurreret, enm osculo manibus impresso salutaret, ac tandem fratrem appellaret. Hac salutatione & verbis nihil omnino commotus Grimanus, comiter tandē resalutat, & secum in Prętorium ducit: vbi intellecta totius rei serie, portas vrbis statim obseruari iubet, & Studiosos omnes, quorum consensus ad hanc rem interuenerat, ad se vocat. Cùm illi comparuissent, sereno vultu ait, ipsorum comitate & diligentia sibi hodie fratrem repertum, sed adeò egenum, & nudum, vt ad eum, vti fratre dignum sit, ornandum non paucis nummis opus habeat. Velle igitur, vt quandoquidem ipsi in fratre reperiendo non leuem adhibuerint diligentiam, iam quoque in eo exornando, pari vtātur liberalitate, ac singuli certam pecuniæ summam statim dependant. Excusare illi se, deprecari, obsecrare denique, vt quod ioco & iuuenili lasciuia commissum esset, indulgeret. At ille prætendere opus esse fratri veste & sumptu. Nec prius abeundi illis copia facta est, quàm centenos scutatos nudo illi singuli numerassent.

SIG.

SIGNVM LIII.

Seueritatē eum modo adhibere, neque in sæuitiam deflectere.

POENAS PRVDENTER IRROGARE, vt nec nimis seuerè exerceantur supplicia, nec inconsiderata, & intempestiua adhibeatur lenitas.

DIctum fuit *Draconis* Athenienſium Legislatoris, Leges non atramento, ſed ſanguine ſcriptas eſſe: propterea quòd iniquiſſimè omnibus peccatis capitis pœnam conſtitueret. (*Plut. in Solone.*) Sic & *Tenedia ſecuris* in prouerbiū abijt, quòd *Tenedi Rex* omnes iniurioſos æquè ſecuri percutere iuſſit. Et *L. Caſſij* Prætoris Romæ Tribunal reorum ſcopulus appellabatur, propter nimiam ſeueritatem. (*Val. Max. lib. 3. cap. 7.*) *Platonis* autem Lex eſt: Delicta non pœna æqualia omnia puniantur: ratio hominum in criminibus habeatur. (*lib. 9. de Leg.*) Et *Aſyla* fuerunt conſtituta ijs, qui homicidium commiſiſſent, vel caſu aliquo, vel affectione animi. *Athenis* à *Theſeo*, Romæ à *Romulo*. (*Dionyſ. Halic. lib. 2.*) In populo *Iſraëlitico*, iuſſu Dei, (*Leuit. 35. & Deut. 18.*) Vult Prouidentia, ait Choniates, *lib. 3. de rebus geſtis Iſaij Angeli*, etiam in inimiciſſimorum ſupplicijs moderationem adhiberi, & ſemper in conſpectu eſſe poteſtatis lubricum, & imperij amiſſionem, & vt omnium rerum viciſſitudo eſt, quemadmodum quiſque tractarit cæteros, ita & ipſe Diuino iudicio ab alijs tractetur.

Non omnia crimina rigidè eodem modo puniенda ſunt. 1. quia quærendæ ſunt potius ignoſcendi cauſſæ, quàm puniendi occaſiones: & hoc eſt

est proprium Iudicis & Magistratus considerati. (*Ammianus Marcellinus lib* 19.) 2. parsimonia debet obseruari etiam vilissimi sanguinis. (*Seneca* 2. *de Clem.*) 3. in dubijs caussis eam in partem inclinandum est, vt si peccandum omnino sit Magistratui, melius iudicetur iniustè reum absoluere, quàm iniustè perdere: quòd illud peccatum quidem sit, hoc verò impietas. Et exemplum obseruandum eorum, qui errantibus viam monstrant. Melius est enim eum, qui per agros viæ ignorantia aberrat, admonere, quàm expellere. (*Arist. in Problem. sect. 29. Stob. serm. de Magist. Seneca* 1. *de Ira.*) Cautio adhibēda, ne quid aut durius, aut remissius constituatur, quàm caussa deposcit. (*Marcianus l.* 11. *§. de Pœn.*) 4. Sæua fit crudelitas, nisi se intra congruentes nocētium pœnas coërceat: (*Lactant. lib. 6. cap.* 14) prope est, vt libenter damnet, qui citò; prope, vt iniquè puniat, qui nimis. (*Seneca* 1. *de Clem.*) Et vtile hoc est Magistratui, misericordiæ potius, quàm crudelitatis & tyrannidis rationem habere. (*Cic.* 2. *de Inuent.*) Vide locum de Clementia. 5. *Romani* Magistratibus suis secures fascibus alligatas prætulerunt, vt ostenderent leuiter delinquentes virgis, graiter peccantes, & omnem sanationem auersantes, securibus & capite puniendos esse. (*Plut. in Problem. Alex. ab Alex. lib.* 3. *cap* 5.)

Pronior erit Magistratus in mitiorem pœnā, & ad absoluendum, quàm condemnandum, relictoque nimio rigore, in clementiam potius prodebit. Quia *Tiberius* omne crimen pro capitali accipiebat, eius morte populus Romanus adeò insolenter exultabat, vt dicas atque imprecationes in eum vulgò iactarent, essentq; etiam ciues,

qui palàm orarent Terram matrem Deosque Manes, ne mortuo sedem vllam, nisi inter impios darent. *Sueton.* S. Gregorius, *lib. 2. in Iob, cap.* 8. ait: Miscenda est lenitas cum seueritate, faciendumq; quoddam ex vtraque temperamentum, vt neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Sit itaque amor, sed non emolliens; sit rigor, sed non exasperans; sit zelus, sed non immoderatè sæuiens; sit pietas, sed non plus quàm expediat, parcens. Quoniam *Sergius Galba*, simulatque Imperium est adeptus, sicinoroforum hominũ sanguine manus sibi cruentauit, & parcior, quàm oportebat, donatiui spem militibus proferebat, haud multis post mensibus, non in cubiculo, non noctu, non veneno, aliisue insidijs petitus, sed in ipsa Vrbe, Imperij capite, media luce, manifestis armis à suis militibus interfectus est. Si seueritas nimia effecit, vt Imp. Galbæ à subditis, præduro alioqui Neronis imperio assuetis, insidiæ struerentur; quanto magis par est eum Magistratum cauere summam seueritatem, qui in alterius benigni ac clementis locum surrogatur. Hinc *Tiberius Cæsar*, qui Augusto humanissimo Principi successit, etsi initio Principatus non pauca in Vrbe animaduersionem postularent, tamen non audebat in populum, per tot annos molliter habitum, nimis esse durus. *Tac. lib. 1. Hist.*

CAVSSAE lenitatis & mitigationis pœnæ esse possunt.

1. AEtas. 1. *Iulius Cæsar Ptolemæum AEgyptiregem* non eodem modo punire voluit, quo eius Consiliarios, quòd Rex esset puer, Consiliarij senes. (*Plut.*) Contra reprehenduntur *Spartani*, qui

neccm

necem *Agidæ* intulerunt adhuc adoleſcenti. 2. Leges Ciuiles eodem loco pueros, quo furioſos habent: ideoque puniri grauiter nolunt. (*lib. 48. Dig. tit. 8.*) & Plato, *lib. 9. de Leg.* peccatis, quæ cõmittuntur in pueritia, pœnas præſcribit mitiores, & non exiguam his eſſe veniam concedendam affirmat. 3. Adoleſcentes non tam ſunt, quàm fiunt mali ex aliorum inſtinctu & conuerſatione: (*Plato 3. de Rep.*) maximè cùm duriter educati fuerint, & poſt guſtare mel cœperint, atque verſati fuerint cum ijs, qui varias voluptates excogitant. (*idem lib. 5. & 8. de Rep.*) 4. Horum natura ardens ac veluti ignea eſt, neque quieſcere facile poteſt, ideoque malè ſæpe agit. (*Plut. de ſera Num. vindicta.*) 5. Sunt imperiti huius vitæ actionum, ideoque decipi facile poſſunt. (*Ariſt. 1. Ethic. cap. 1.*) 6. obnoxij ſunt varijs animi perturbationibus, hiſque ſtudioſè inſeruiunt. (*Ariſt. 2. Rhet. cap. 12. 8. Ethic. cap. 13.*) 7. cupiditatibus plurimis redundant. (*Iſocr. in Areop.*) 8. magna iudicij & conſilij imbecillitate laborant. (*Cic. 1. de Offic. & de Senect. Ariſt. 1. Pol. cap. vlt.*) 9. Fieri plerumque ſolet, vt magna indoles magnis vitijs laboret, idemq; planè hic accidat quod vinis recentibus, quæ quieta in dolio non probãtur: & agris, qui quò ſunt fertiliores & feraciores, eò magis noxijs herbis infeſtantur. 10. Si prima in ætate grauiter punirentur, impedirentur eorum actiones multæ præclaræ: videmus enim ſummos homines, & clariſſimos ciues factos fuiſſe non paucos, cùm adoleſcentiæ cupiditates deferbuiſſent. (*Cic. pro Cælio.*) Themiſtocles petulans & prodigus in prima ætate, vir poſt ſummus euaſit. Neq; id diſſimulauit, ſed dixit, è ferociſſimis

cumis pullis optimos equos fieri, si rectè informentur, atque educentur. (*Plut.*) *Valerius Flaccus* adolescens luxu perditus, post modestiæ et sanctitatis exemplum Romana in Rep. extitit. (*Val. Max. lib. 6. cap. 9.*) *Q. Fabij Maximi* adolescentia admodum fuit infamis, senectus omnium clarissima ac speciosissima. (*Liu. lib. 61.*) *Scipio Africanus* admodum dissolutè primos adolescentiæ annos exegit. (*Val. ibid.*)

Ebrij mitiori pœna afficiendi.

II. Caussa *Ebrietas.* Nam 1. *Pyrrhus Rex Epirotarum*, cùm nonnulli adolescentes inter pocula malè de ipso locuti fuissent, & ab hoc examinati, vnus respondisset: imò, nisi lagenula defecisset, occidissemus te: simplici confessione motus, eis ignouit. (Plut.) *Pisistratus* à *Theaspe* inter pocula conuitio laceratus, ita vocem & animum ab ira cohibuit, vt abire volentem, familiari inuitatione retineret, ferret etiam alia. (*Val. Max. lib. 5. cap. 1.*) 2. Imperatores Theodosius, Arcadius, & Honorius legem hanc tulerunt: Si quis modestiæ nescius, & pudoris ignarus, temulentia turbulentus, temporum nostrorum obtrectator fuerit, eum pœna nolumus subiugari, neque durum aliquid aut asperũ volumus sustinere. (*Cod. 9. t. 7.*) Et Iureconsultus inquit: Si per vinum custodia amissa, tractandus is, qui deliquit, mitius est, & in deteriorem militiam dandus. (*Dig. lib. 48. t. de Custodia.*) Extat & Rescriptum Imp. Hadriani: Per vinum aut lasciuiam lapsis capitalis pœna est remittenda, & militiæ irroganda mutatio. (*lib. 19. Dig. t. 26.*) 3. Ebrij cùm peccant, nõ proposito, aut dolo malo peccant, sed impetu. (*lib. 48. tit. 19.*) Ebrij, vt senes, sunt bis pueri: ergo mitius puniendi. (*Plato 1. de Leg.*) Sunt similes

igno-

ignorantibus,& propterea ſolùm puniendi, quia animium biberunt. (*Tiraq. de legum pœnis mitigãdis.*) Sẽſibus interceptis, dijudicare nihil poſſunt, ideo ijs ignoſcendum.(*Ariſt.in Probl. ſect.*30.*q.*1.) Ideo pœna illis leuis eſt conſtituta in veteribus legibus Francorum: Si quis miles ebrius fuerit repertus, eiectus,quoad culpam agnoſcat,aquam bibere cogatur. (*Beatus Rhenanus lib.* 2. *rerum Germ.*)

III. Cauſſa eſt *Ira*. Leuius, inquam, tractandi ſunt, qui animi quadam commotione & iracundia peccârunt.1.Hinc is,qui patris vlciſcẽdi cauſſa matrem necauit, non ſolùm humana, ſed Deæ etiam ſapientiſſimæ ſententia liberatus eſt. (*Cic. pro Milone.*) Mulier, quæ virum & filium irata clam veneno interemit, quòd illi filium ſuum,ex priore matrimonio natum, inſidijs interemiſſent, accuſata apud Dolobellam, miſſa Athenas eſt ad Areopagitas, qui cognita cauſſa, ſimul & accuſatorem, & reum poſt cẽtum annos ad ſe redire iuſſerunt, quòd videretur, non licuiſſe mulieri per leges maritum & filium necare; nec etiã rea damnãda, eò quòd commotione animi, & ira iuſta peccaſſet. (*Val.lib.*8.*cap.*1. *Gell.lib.*12.*cap.*7.) 2. Eſt Regula Iuris:Quidquid in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratum,quàm ſi perſeuerantia apparuerit iudiciũ animi fuiſſe. (*Dig. lib.*40.*t.*17.*& lib.*9.*Cod.t.*9.*ad legem Iuliam, de adulterijs.*) Tantùm exilio mulctatus, qui incõſultodolore adulterum interemerit:eò quòd nox & dolor iuſtus factum releuant. 3. Plato ſimilem inuoluntario eſſe ſcribit eum, qui primo iræ impetu,& repente aliquem interemit. (3.*de Leg.*) 4. Ira,vt dicitur, *furor breuis eſt*: furioſi autem mi-

tius puniendi ſunt: & animi commoti, nec ſe cohibere poſſunt, nec quo loco volunt. (*Cic. Tuſc. quæſt. lib.* 3) 5. Irati qui ſunt, eodem modo ſtrenui videntur, quo qui febri laborãt, calidi ſunt: quòd animi illorum pulſu & tumore quodam diſtenduntur, vindictæque ſunt cupidi. (*Plut. in Coriolano.*)

IV. Cauſſa, eſt *Imperitia*. Nam 1. imperitia & ruditate quadam qui peccant, non dolo malo, non improbitate, non negligentia peccant; niſi iterare idem voluerint. Vbi illud valet: Vulnus iteratum curatur tardius: frequenter qui peccant, & lugent, veniam vix merentur. (*Auguſtin. in Soliloq.*) 2. nulla diſciplina eſt, in qua non peccando diſcatur. (*Colum. lib.* 1.) 3. profectus pars magna iudicanda, velle proficere. (*Seneca epiſt.* 7.) 4. Natura nihil perfectum illicò producit. (*Cic. 2. de Inuent. & in lib. de Clar. Orat.*) Nihil in hac reperitur, quod ſe in vniuerſum profundat, & quod totum repente euolet. (*Idem de orat.*) 5. Leges Ciuiles tyronibus ignoſcunt. Eſt lex de re militari: Tyronibus eſt parcendum. (*Dig. lib.* 49. *t.* 15.)

V. Cauſſa, *Error*, *Caſus*, *Imprudentia*. 1. Cùm *Adraſtus* in venatione fortè aprũ ſectatus, Crœſi interfeciſſet filium, veniam à parente impetrauit, eò quòd per errorem hoc feciſſet. (*Herod. lib.* 1.) *Athenienſes* delictis eiuſmodi inuoluntarijs Aras conſtituerunt, ad quas, qui ita peccârant, confugere poſſent. (*Thucyd. lib.* 4.) Et cædes errore atque caſu factas in Palatio, non in Pago Martio dijudicârunt. (*AElian. lib.* 8. *cap.* 18.) 2. Lex Diuina etiam mitius tales vult tractari. Exod. 21. v. 12. *Qui percuſſerit hominem, volens occidere,*

cidere, morte moriatur. Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius: constituã tibi locum, in quem fugere debeat. Constituitur hic locus, (*Deut.19.v.2.Num.35.v.9. Ios.20.v.1.*) vt tres ciuitates æquàlis inter se spatij diuidantur in medio terræ Israëliticæ, & habeat in vicino, qui propter homicidium profugus est, quo possit euadere. In Iure (*lib. 95. Dig. & lib.48. t. 8. & 19.*) lego hos casus: Si putator, ramum ex arbore dejciens in plateam, vbi nullum est iter, hominem interfecerit, non teneatur lege Cornelia de Sicarijs, eò quòd diuinare nõ potuit, an per eum locum aliquis transiturus sit. Si quis de alto se præcipitauerit, & super alium venerit, eumque occiderit, non teneatur lege Cornelia de Sicarijs: vt nec cùm venator venando, telo in feram missò, hominem interficit. Spectanda enim cunctis in rebus voluntas est, & quę consulto facta nõ sunt, fraudi esse non debent: (*Arist.3. Rhet.cap 14.*) & nihil videtur indignius, quàm eum, qui culpa caret, supplicio non carere; euentum, non animum spectari; pari affici pœna flagitia, & aduersos casus. (*Hermog. de Statibus, Cic.2. de Inuent. Quintil. lib.7. cap.5.*)

VI. Caussa, *Personæ qualitas, dignitas, nobilitas, merita.* 1. *Scaurus* repetundarum reus, & quidem perditus, & comploratus; tamen propter vetustissimam nobilitatem, & recentem memoriam patris absolutus est. (*Val. Max. lib.8. cap.1.*) *Seuerus* & *Antoninus* clarissimum quendam iuuenem sacrilegum in insulam deportârunt, cùm aliàs Sacrilegij pœna sit ad bestias damnatio, aut suspendium. (*lib.48. Dig. t.13.*) 2. Ius Ciuile in delictis iubet personæ qualitatem considerare:

in peculatu, (*lib. 48. Dig. t.13.*) & qui in ciuitate incendium faciunt data opera, si humiliore sunt loco nati, bestijs vult obijci: si in aliquo gradu an insulam deportari. (*Dig.43.t.9.*) Si in vinculis est. Nobilis detinendus, non ita strictè tenendus est, vt alij. (*lib. 48. Dig.t.3.*) 3. Rationes idem docent. Nam 1. semper habenda ratio dignitatis est. (*Cod. 9.t.2.*) 2. valere debet apud omnes clarorum hominum, & bene de Repub. meritorum memoria, etiam mortuorum. (*Cic. pro Sextio.*) 3. Turpe est tantisper cuiusque curam agere, dum eius vita est, post verò nullam rationē habere. (*Demosth. epist.3.*) 4. Tyrannidis oritur suspitio, cùm mulieri nobiles, velut eminentiora papauerum capita, obtruncantur. (*Arist.5.Pol.cap.11.*) 5. Etiam medici in aduersa valetudine mollius & clementius liberos, quàm seruos tractant. (*Plin lib.8.epist.8.*)

VII. Causa, est *Sexus*. Mitius puniendæ ob sexus infirmitatem fœminæ, quàm viri. Nam 1. in Iure, cùm læsæ Maiestatis crimē est commissum, filiæ eius, qui hoc commisit, mitius, quàm filij puniuntur. (*9.Cod.t.8.*) Vide *lib. 48. Dig.t.5.a.3. lib. 2. t. 13.*) 2. quia fœminæ habent quidem consultandi facultatem, sed imbecillam; virtutem, sed languidam, & imperfectam. (*Arist.1.Pol.cap. 8.*) Virgilius 1. *Æneid.*

Nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna est, nec habet victoria laudem.

Quondam omnibus *Dionysio* Tyranno exitium imprecantibus, anicula inuenta fuit, quæ quotidie pro incolumitate Regis vota conciperet. Rogata à Rege mulier, vnde tanta in ipsum benevolentia? Quoniam, inquit, cùm puella essem, & grauem

grauem Tyrannum haberemus, optabamus mortem illius. Eo interfecto, deterior arcem occupauit; & huius exitium optabamus: successisti in, superioribus etiam grauior. Quare vereor, ne si tu pereas, succedat etiam deterior. Facetam illam audaciam Tyrannus punire erubuit. *Val. Max. lib. 6. cap. 2.* Libet hæc lepidissima concludere historia. *Thoma Moro* in Anglia pro tribunali sedente, crumenisecæ aliquot, & id genus fures producti sunt, & accusati. Ibi Assessorum unus, vir grauis & senex, eos, qui reos illos accusabant, grauiter reprehendit, quòd in custodiendis nummis & alijs suis rebus negligentes fuissent, atque ita furto occasionem ipsi præbuissent. Huius importunitate offensus Morus, Iudices cum dimisit: sequēti verò nocte vnum ex cleptis ad se adduci iussit, & quid fieri vellet, commonstrauit, impunitate, si id feciſſet, promissa. Sequēti die Morus iterum pro tribunali sedens, primùm eum, quo cum ante egerat, produci iubet; multorum furtorum accusatus, facilem, ait, sibi fore purgationem, modò vel ipse Iudex, vel Assessorū quis secretò aures sibi præbere vellet: reuelaturum enim aliquid, quod ipsorum omnium interesset. Tum Morus vnum ex Assessoribus eligendi potestatem fecit. Ille verò seni illi, hesterno suo Aduocato rem omnem aperturum se dixit. Sic igitur cum illo seorsum abscedens, auri pondus quid insusurrat: interim verò marsupium eius quærit, & inuentum aufert. Illo iam ad subsellium reuerso, Morus hominem in carcere deduci iubet, qui fame pereat, & rogare, vti Assessores parua stipe subueniant. Singulis igitur manū crumenam admouentibus, senex quoque ille

marsupium suum quærit, eoque non inuento, vehementer commotus, rem indignam exclamat, crumenam sibi eo ipso in loco, vbi ius dicitur, esse ereptam. Tandem Morus rem omnem exponit, monens, ne posthac tam acerbè reprehendat eos, quibus tale quid contingeret, neue furum, & crumenisecarum susciperet patrocinium.

SIGNVM LIV.

QVAEDAM MALA TOLERARI, seu in ijs conniuere, cùm ijsdem subitò prohibitis, ac punitis, funestiora consequuntur.

VT in fidibus Musici instrumenti tendendis, ita in malis ciuitatis tollendis sensim ac pedetentim agere oportet. Illæ stridunt, & rumpuntur, si intendas subitò: hæc tumultuantur, si tollas repentinò. Ferox, immanis, truculenta est natura humana, consilio semper non regitur, iudicio non coërcetur. Hinc Magistratus interdum, clausis quasi oculis, vident quædam mala, ne nimis perspicaces, videant monstra, non sine sepulchro & naufragio: quædam, inquam, mala permittenda censent, ne grauiora mala sequantur; ita tamen permittunt, vt peccantes impunè suum scelus non ferant. Tanta enim est infirmitas humana, tam *facilis descensus Auerni*, vt sine lapsu prohibito, in immanitatem sceleris præcipitantius cadat.

SIG-

SIGNVM LV.

IN POENIS ET SVPPLICIIS *sumendis vitare celeritatem, voluptatem, & nouitatem.*

ROmani *Prætoribus* virgas securibus alligatas præferri volebant, vt ostenderent, Magistratuum iram minimè celerem & dissolutam esse debere: virgarum enim dissolutione mora iram frangebat. Itē *Consulibus Romanis* fasces cum totidem securibus prę ferebant Lictores, qui ibid Græcè ῥαβδοῦχοι, virgas gerentes, dicebantur. Fasces erant fasciculi virgarū, intra quos secures ita erant obligatæ, vt ferrum in summo fasce extaret. Erant isti fasces ex betulæ virgis, quòd virgæ istæ tenues & flexibiles, ad pœnæ leuioris irrogationem vtilissimæ haberentur. Erāt autem colligati, vt ostenderent Magistratum ad irrogandam pœnam procliuem non esse oportere. Virgarum enim hoc pacto colligatarum soluto, mora sua & tarditate iram frangebat, & impetum animi moderabatur. *Plut.* Nam rectè ait Seneca, *lib. 2. de Benef.* crudelitas acerbissima vitatur quæ trahit pœnam.

Senatusconsulto Tiberiano cautū est, vt pœna damnatorum in decimum semper diem differretur.

Tiberius Imp. vetuit, ne damnati intra dies decem supplicio afficerentur. (*Dion lib. 57. Sueton. in Tiber. cap. 75.*) seu ex Senatusconsulto statuit, ne sententia mortis damnatus, intra decimum diē duceretur: quod quidem Edictum latioribus spatijs *Theodosius* Christianus *Imp.* ampliauit, nimirū, vt triginta dieb⁹ executio capitalis sentētiæ differretur: cū. n. periculo suo percepisset, quā damnosę Magistratui esset præcipites pœnę, legē, suasore S. Ambrosio, tulit, ne quos Princeps vltimo affici

affici supplicio iuberet, ante trigesimum diem à sententia lata ducerentur. *l. si vindicari. C. de pœnis. Rufin. lib. 2. cap. 18. Sozom. lib. 7. cap. 24. Hist. Trip. lib. 9. cap. 30. Baron. Tom. 4. Annal.* Extat in Iure Lex Imperatorum: Si vindicari in alios seuerius contra nostram consuetudinem iusserimus, pro caussæ intuitu nolumus statim eos aut pœnam subire, aut excipere sententiam; sed per dies 30. super statum eorũ sors & fortuna suspẽsa sit. (*lib. 9. Cod. t. 47.*) Rectè enim Seneca, 1. *de Ira cap. 23.* Potest pœna dilata exigi, non potest exacta reuocari. Et idem, *Agamem. Act. 2.* Quod ratio nequit, sæpe sanauit mora,

2. *Anaxandrides* Spartanus interrogatus, cur *Lacedæmonij* plures dies insumerent in cognoscendis capitalibus caussis, respondit: quòd si in his semel erratum fuerit, non esset corrigendi consilij potestas. (*Plut. in Apopht. Lacon.*) Si est alterutram in partem peccandum, sanctius est impunitum relinqui facinus, quàm innocentem cõdemnari. (*Dig. 48. t. 19.*) Cassiod. Non potest esse temperata iustitia, vbi est feruida vindicta.

3. Quoniam *Augustus Cæsar* sub initia Imperij pœnas in iracundia decernebat, insigni scommate à Mecœnate, intimo eius Consiliario, notatus fuit. Cùm enim, eo præsente, Augustus pro tribunali sedens, multos esset morte damnaturus, idipsumque fore præuideret Mecœnas, hæc verba in tabella, cùm per circumstantium coronam ad ipsum irrumpere, ac proximè assistere nequiret, scripsit: *Surge verò tandem carnifex*: eamq; tabellam, quasi aliud quid indicantem, in sinum Augusti proiecit: qua lecta, is statim surrexit, nemine morte mulctato. Neq; huiusmodi res stomachum

achum mouit Cæsari, sed impensius gauisus est tam salubriter amici libertate corrigi. (*Dion* lib.15.) Cic. 2. *de Offic.* Iratus ad pœnam qui accedit, nunquam mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium & parum.

Maximianus Imp. ait ad Christianos, quos duobus fortibus vinculis, timore & persuasione colligârat: Ego etiam aduersus gentes barbaras, quæ meum iugum ferre recusant, & non parent Romanorum legibus, non statim moueo hastam, neque vtor iaculis, neque gladijs eis cædem infero; sed bonos imitor medicos, mollibus primùm herbis & benignis, perinde ac oleo tumorem emolliens: deinde, postquam videro, eos esse valde immedicabiles, vlcusque eorum valde malignum atque profundum, tunc vtor cauterio, & tum aspera & acerba sectione, vt neque ab initio me videatur aliquis humanior, neque post misericordiam & mansuetudinem violentior. *Baron. tom.2.ex Metaphr. 26.Decemb.*

II. Cauent boni Magistratus, ne delectari aut gaudere videantur ob eorum pœnam, qui sunt puniendi. 1. quia est ferina rabies, sanguine & vulneribus gaudere; & abiecto homine, in sylvestre animal transire. (*Seneca 1.de Clem.*) 2. cùm gaudium & voluptas quædam deprehenditur in supplicijs, Magistratus non ad Rép. sed ad seipsos respicere videntur. (*Cic. 1. de Offic.*) 3. itaque hîc faciendum, quod Medici facere consueuerunt, qui membrum deploratum non libenter, sed coacti, & inuiti resecent, ne totum corpus pereat. Tanquam inuitus cum magno tormento ad castigandum veni: neque tam delicta punire, quàm tollere exopta. *Cassiod. 1. var. epist. 30.*

1. Clau-

1. *Claudius Cæsar* ignominiam, quæ necessariò nonnullis Senatoribus inurenda erat, tanquam aqua suffusa emolliebat, & velut inuitum se ad eã inferẽdam insigni commento indicabat. Monendo (inquit Tacitus 11. *Annal.*) secum quisque de se consultaret, peteretq́ue ius exuendi Ordinis, &c.

2. *Augustus Cæsar* manifesti parricidij reum, ne culeo insueretur, (quòd non nisi confessi afficiebantur hac pœna.) ita fertur interrogasse: Certè patrem tuum non occidisti? ita sceleris conscium interrogabat, vt quasi fores illi aperiat ad negãdum, vel potius euadendum. *Sueton. cap. 33.*

3. *Vespasianum* neque cæde cuiusquam lætatum scribunt: quin iustis supplicijs illacrymauisse etiam, & ingemuisse. *Idem cap. 15.*

4. Vt doceat se pœnis non delectari, vitabit, ne ipsemet supplicijs intersit, pœnas exigat, aut spectet. Vbi præmia sunt & munera distribuenda, ipse Magistratus hoc faciet: vbi pœnæ adhibendæ, alijs negotium demandabit. (*Xenoph. in Hierone, Lipsius* 8. *Pol. cap.* 11.) Claudianus: Paneg. Theod. *Qui fruitur pœna ferus est*, &c. Cicero reprehendit *Verrem*, quòd non solùm noua excogitârit supplicia, lictoribus & carnificibus suis omnem petulantiã concesserit: verùm etiam ipse fuerit spectator suppliciorum. (*Act. 5. in Verrem*) Vituperatur *Volasus* Asiæ Procõsul, quòd cũ 300. vno die securi percussisset, incedens inter cadauera vultu superbo, quasi magnificum & conspiciendum aliquid fecisset, exclamauit: O rem regiam. *Seneca 2. de Ira cap. 5. C. Caligula* vitio datũ, quòd pœnis cupidissimè interesset. *Sueton. c. 11.*

III. Supplicia more patrio sumi vult Arist. 5. *Pol. cap.* 11. Nouitas præ se fert crudelitatis ac tyrannidis

nnidis quandam ſpeciem. Et ſæpe modus agen-
i non bonus cauſſam perdit bonam. (*Seneca lib.*
de Clem.) Adhæc nouitas omnis eſt ingrata &
uiſa, nec modò difficulter, verùm etiam minus
uò introducitur. (*Plut. in præcept. gerendæ Reip.*)
Auguſtus Cæſar *Pollionem* acriter reprehendit,
quòd ſeruum, qui vas cryſtallinum confregerat,
uſſerat in viuarium demergi, murenarum pabu-
um futurũ. Cùm duceretur, euadens lictorũ ma- *Pœna inuſi-*
us, ad Auguſti pedes, apud eundẽ Pollionẽ cœ- *tata.*
ntis, ſe proiecit, ſupplicãs, vt alio genere mor-
is interiret. Auguſtus cauſſa & genere mortis
ognitis, ſolui ſeruum iuſſit: Pollionis verò &
ſa omnia cryſtallina coram afferri iuſſa, vir-
ula confregit, & viuaria euertit. *Dio lib.* 54. *Se-*
ca 3. *de Ira cap.* 40. Mezentius apud Virgilium
Æneid. male audijt, quòd mortua iũgeret *cor-*
ora viuis, Componens manibuſq; manus, atq; oribus ora. Vſitata ergo ſupplicia noxijs decernenda
nt, & moderata.

IV. Curabunt Rectores Reip. carceres ædifi-
ri idoneos muneri, ad quod deputantur: vt qui
cuſtodiam tantùm deputantur, nõ ita duri ſint
ſeueri, ac illi, qui deputantur caſtigationi le-
orum delictorum, vt prodigorum, aleatorum,
ſimilium: nec iſti, qui ad caſtigationem, tã hor-
di ſint, ac illi, qui ad ſupplicium ædificabuntur:
eque enim pœna debet excedere qualitatẽ deli-
i. Erunt diſtincti carceres mulierum & virorũ,
e detur occaſio impudicitiæ: imò & Commen-
rienſis conſtituendus eiuſmodi, qui turpiter nõ
mmittat, nec crudeliter, aut negligenter inclu-
s curet. Proſpexerunt Conſtitutiones Regiæ, &
omitiorũ Galliæ, ne vllibi carceres eſſent ſub-

terranei,

terranei, vel hypogæa; ne loci corruptio, fœtor, bufones, ſerpentes, poſſent offendiculo eſſe lethali incarceratis Carceres enim non ſunt inuẽti ad necem hominum. Probat hæc ex Iure D. Petrus Georgius *lib. 2. de Rep. cap. 7.*

V. Cùm ad Gubernantem maximè pertineat, improbis non dare licentiam graſſandi, ſedeos coẽrcere, & ad virtutem compellere: probos verò tueri, & ad honores ac opes euehere; nemo miretur, ipſum Deum non omnia peccata in hoc mundo punire; ſed præcipuam vindictam in futurum differre, & ſinere res omnes, ſuis facultatibus inſtructas, ad certum tempus (durante hoc æuo) ferri, & agitari ſuis motibus, laxiſſimis habenis in vtramque partem naturæ humanæ conceſſis. Hoc enim fit. 1. vt ſponte ad virtutem ferantur, nõ amara neceſſitate compulſi. Virtus enim coacta, non eſt virtus, ſed ſeruitus. Vera virtus non formidine pœnæ, ſed honeſti amore officiũ præſtat. Itaque vt vera virtus, ac perfectum meritum locum habeat, neceſſarium eſt, vt Deus homines non cogat; ſed ſuo arbitrio, & libertati relinquat. 2. quia dignitas æterni præmij tanta eſt, vt abundè ſufficiat, ſi bene conſideretur, ad noſtros affectus ſui amore inflammandos, & ad omnem virtutem ac ſanctitatem excitandos. Itaq; contra dignitatem illius boni foret, ſi homines ad illud proſequendum compellerentur. 3. pari modo æterna ſupplicia, ſi bene ſuis pendantur momẽtis, abundè ſatis ſunt ad hominum animos ab omnibus flagitijs deterrendos. 4. ſi Deus ſemper pro meritis flagitia plecteret in hac vita, ſicut facit prudens Gubernator Reip. breui genus humanum foret exhauſtum: vnde & paucißimi eſſent

Officia virtutis erunt libera, ex ingenuo in bonum virtutis affectu profecta, nõ ſeruiliter coacta.

essent virtutis cultores, & hominibus sceleratis non pateret aditus ad salutem. 5. malignitas iniquorum non frustra à Deo permittitur: quia per illam excitatur, & exercetur, & illustrius apparet virtus iustorum, & datur occasio maioris meriti & coronæ. Tolle sæuitiam Tyrannorum, non erit gloria Martyrum: tolle iniurias iniquorum, non apparebit patientia iustorum. Infinita seges bonorum mundo deerit, si Deus iniquos in hac vita semper coërceat. Eadem malignitas seruit ad punienda peccata tam iustorum, (quę ipsi subinde committunt:) quàm iniquorum. Sic Deus sæpe malitia & ambitione Assyriorũ, Chaldæorum, Persarum, AEgyptiorum, Romanorum, & aliorum impiorum vsus est ad populum Iudaicũ, aliasque gentes castigãdas, permittens eos, iuxta certam temporum, locorum, personarum, calamitatum & suppliciorum mẽsuram in populum Dei, aliasque nationes grassari; & hanc rationem omnibus sæculis seruauit, & seruabit vsque ad mundi consummationem. *P. Lessius de Prouid. Numinis. 6.* Discimus hinc, non esse magni pendenda ista temporalia, vt quæ bonis & malis sint communia, & quibus mali magis abundãt, quàm boni. Deinde quanta sint ea bona, quæ Deus suis cultoribus promisit. Si enim inimicis suis, qui ipsum assiduè iniurijs afficiunt, tribuit ista temporalia, quæ multis adeò videntur splendida, qualia & quanta sunt ea, quæ suis amicis & filijs toto corde ipsum colentibus reseruauit? 7. Hoc maximè commendat diuinam benignitatem, quæ dum lentè procedit ad vindictam, exspectat peccatores ad pœnitentiam. Neque tamen omnino expers est iustitiæ & seueritatis; quæ sæpe miris

modis etiam in hac vita peccata punit, vt homines intelligât illum nõ dormire, sed suo tempore omnium rationem exacturum. 8. Etsi plerumq; conatus iniquorum videantur ipsis ad tempus ex voto succedere, cùm potentia prævalent, idtamen non est diuturnum, & illa prosperitas sæpe multis aduersitatibus & afflictionibus temperatur. Nam plerique vel in ipsis exordijs, vel in progressu, cùm se planè firmos & securos existimant, miserrimè euertuntur. Videre id est primò in celeberrimis Monarchijs, quæ suis temporibus maximè floruerunt. Nam Assyriorum Monarchia, euersa est à Chaldæis: Chaldæorum, à Persis, & Medis: Persarum, à Græcis: Græcorum, à Romanis: & Romanorum nunc mirè est afflicta, & ad magnas angustias redacta. Deinde in singulis Monarchijs quãtæ extitêre calamitates & clades etiam eorum, qui potentissimi videbantur? *Nabuchodonosor* in summa prosperitate, post tot gentes subactas & euersas, repente cælesti sententia perculsus, ad loca deserta & vitam ferarum ablegatur. *Balthazar* eius nepos, epulis & lætitiæ deditus, eadem nocte, capta ciuitate, occiditur. *Cyrus* post tot victorias, miserrimè à Scythis, amisso exercitu, trucidatur. *Xerxes* cum exercitu, in quo tricies centena millia pugnatorũ, à Græcis turpiter vincitur, & deletur. *Alexander Magnus*, deleto Persarum Imperio, & alijs plurimis Regnis breui tempore subactis, absque hærede moritur, & suis Ducibus Regna parta diuisit: qui paulo post mutuis cladibus se confecêre, & Romanis in prædam cessêre. Ipsi verò Romani quantis laboribus & incommodis creuêre? Quot cladibus sæpe attriti, & pænè vsq; ad internecio-

nem

nem deleti? quot bellis inteſtinis afflicti? quantas ſuorum Ducum & Imperatorum crudelitates perpeſſi? quot eorum Duces & Imperatores, poſt infinitas curas & labores tandem crudeliter occiſi, & ignominioſè tractati ſunt? Pſalm. 32. *Dominus diſſipat conſilia gentium*, &c.

SIGNVM LVI.

POENITENTIAM AGERE veram ac ſeriam.

1. POST immanem Theſſalonicenſium cædem, iuſſu *Theodoſij Imp.* perpetratam, (ſeptē millia hominum cæſa fuiſſe *Theodoret. lib. 5. cap. 17.* affirmat, ob ſeditionē ab ipſis cōmotam. *Sozom. lib. 7. cap. 24. Baron. Anno Chriſti* 390.) Ambroſius Imperatori Mediolanum aduentanti, & in ſacrū Templum ingredi cupienti, extra ſacra veſtibula obuiā procedit, vetatq; in Templū intrare, & his ferè verbis eum affatur: Eſt veriſimile, ô Imperator, te ignorare cędis à te perpetratæ magnitudinem, neq; poſt ſedatam iracundiā ratione admiſſum facinus peruidere. Nam Imperatorius fortaſſe Principatus peccatum agnoſcere non ſinit, ſed poteſtas offundit rationi caliginē. Verùm quę ſit natura noſtra, & quàm fragilis ac fluxa, conſiderandum eſt, & in auitum puluerem, ex quo orti ſumus, & in quem recaſuri, acies mentis intendenda: neque ipſe ſplendore purpuræ deceptus, corporis illa operti imbecillitatem ignorare debes. Quin etiā illis imperas, qui & eiuſdem ſunt naturæ participes, atq; adeò conſerui: vnus enim Dominus omniū & Rex, huius Vniuerſitatis fabricator Deus. Quibus igitur oculis intuebere

templum illius, qui est omniũ Dominus? quibus pedibus sanctum illud solum calcabis? Qui, quæso, manus iniusta cæde & sanguine respersas extendere audes, & eisdem Sacrosanctum Corpus Domini accipere? aut quomodo venerandum eius Sanguinem ori admouebis, qui furore iræ iubente, tantum sanguinis tam iniquè effudisti? Recede igitur, & ne conare nouo scelere scelus ante editum augere; sed capesse vinculum, quo vt ligeris, Dominus omnium cælitus sententiã dat; quod quidem vinculum vim habet & morbum animi depellendi, & te ad sanitatem restituendi. (*Præmia Pœnitentiæ, vide in Triumpho Virtut. vide Theatr. Histor. vide sign. 29. part. 1.*)

Imperator Ecclesiæ aditu prohibetur, & palàm reprehensus, patienti animo fert.

Huic orationi obsecutus Imperator, (nam Diuinis educatus eloquijs, accuratè norat, tum quæ essent officia Sacerdotum, tum quæ Regum propria) cum gemitu & lacrymis ad Palatiũ reuertitur: atque longo temporis spatio dilapso, (octo enim menses iam præterierant,) Saluatoris Natalitia fuêre celebrata: Imperator autem considet in Palatio, lamentis se dedés, & magnam vim profundens lacrymarum. Quod cùm animaduertisset Ruffinus, qui tũ Magister aulę fuit, magnaq; apud Imperatorem auctoritate, vtpote familiaritate ei cõiunctior, ad illum accedit, rogat caussam fletus. Tum Imperator lugens acerbius, & maiorem in modum flens: Tu, inquit, Ruffine, ludis: nam quantis ipse in malis versor, non sentis. Ego verò gemo, & meam ipsius deploro calamitatem, dum mente complector, quàm facilis aditus ad sacrum Templum seruis & mendicis pateat, liberque illis ad Dominum suum deprecandum detur introitus: mihi autem non modò ad

illum

illum locum, verùm etiam ad cælum ipsum accessus præclusus sit. Nam venit mihi in mentem sententiæ à Domino prolatæ, quæ palàm dicit: (*Matth. 6.*) Quemcunque ligaueritis super terram, erit ligatus & in cælis. Cui Ruffinus: Curram, si placet, ad Episcopum, ei supplicabo, persuadeboque, vt tua soluat vincula. At non est, inquit, Imperator, tibi morem gesturus. Noui enim adeò iustam æquamq; Ambrosij esse sententiam, vt non metu potestatis Imperatoriæ sit Legem Diuinam violaturus. Verùm cùm instaret Ruffinus, polliceretur que se Ambrosio persuasurum, Imperator iubet properè abire: ipseque falsa spe inductus, & Ruffini cõsisus promissis, paulo post sequitur. Vt primùm autem Ruffinum Sanctus vidit Ambrosius: Videris mihi, inquit, Ruffine, tanum impudentiam imitari: nam tametsi tuo suasu tam crudelis facta est cædes, tu tamen ita perfricuisti os, vt nec pudeat, nec pigeat tanta rabie contra imaginem Dei insaniuisse. Vbi verò Ruffinus obnixè eum orauerat, dixeratque, Imperatorem breui eò venturum: S. Ambrosius, Diuino zelo accensus: Ego, inquit, Ruffine, prædico, me illum ab ingressu sacri vestibuli prohibiturum: quòd si imperium mutauerit in tyrannidem, cædem lubens quidem excipiam. Quibus auditis, Ruffinus Imperatori per internuntium significat, hortaturque vt maneat in Palatio.

[Erat Lex Ecclesiæ, vt non nisi prope Paschale tempus publicè pœnitentes ab Episcopo reconciliarentur Deo, & restituerentur Ecclesiæ. Est & Lex Concil. Anc. qua cauetur, ne voluntarius homicida, nisi in fine vitæ communicet.]

Hęc cùm Imperator in medio foro accepisset:

Eo, inquit, illue nihilominus, quò iustas debitasq; contumelias subeam. Vbi verò ad sacros Templi parietes aduenit, non ingreditur in Templum ille quidem; sed ad Episcopum, qui in ædicula salutatoria sedebat, accedens, obsecrat, vt vincula sibi soluat. At Ambrosius eius aduentum dixit esse Tyrannicũ, eumq; ipsum contra Deũ insanire, & illius leges proterere. Tum Imperator: Nõ obstinato animo leges sancitas impugno, neq; sacra vestibula per nefas introire cupio: sed oro, vt mihi soluas vincula, & proponas tibi ante oculos clementiam illius, qui est Dominus omnium, & ne mihi occludas ianuam, quã ille omnibus, quos peccatorũ suorum pœniteat, patefecit. Cui Ambrosius: Quam tu, inquit, pœnitentiam, post tam graue scelus admissum, ostendis? quæ medicamenta, ad vulnera tam difficilia curatu sananda, adhibuisti? Tuum est, inquit Imperator, medicamenta ostẽdere, eaq; temperare; & vulnera, quæ ægrius curantur, obligare: meum autem, quę sunt adhibita, accipere.

Tum S. Ambrosius: Quoniam, inquit, iracundiæ permisisti iudicium, & non rectæ rationi; sed animo irato obsecutus, sententiam pronuntiasti: cõscribe legem, qua deinceps sententiæ, per iracundiam pronuntiatæ, irritæ sint, & nullius momenti: cognitionesque causarum de cæde & publicatione bonorum ad triginta dies scriptis proditæ maneant, vti recta ratione de illis iudicium deat: atque diebus illis confectis, qui decreta illa scripserint, mandata tua tibi ostendant: ac tum quidẽ compressa iracundia, ratione sola causam expẽdens, inquires in decreta, & ita perspicies, iniqua ne sint, an æqua. Quòd si iniqua deprehenderis, certum

certum est,ea decreta,scriptis mandata,te dilaceraturum:sin æqua,confirmaturum: sicq; manifestò intellecturum, numero dierum interiectorũ nihil de authoritate decretorum rectè sancitorũ omnino detractum esse. (Meminerunt etiam huiusce legis. Ruffin. *lib.2.cap.18.* & Sozom. *lib.5.cap.14.*) Illud consilium Imperator, quoniam prudẽtissimum esse censebat, libẽter amplexatus, iubet extemplò legem conscribi, suaque subscriptione confirmat. Qua re confecta, S. Ambrosius eius vincula soluit. Itaque Imperator fidelissimus in sanctum Templum ingressus, non stans Dominũ precatus est,neque genibus flexis;sed pronus humi abiectus,versum illum Dauid (*Psalm.118.*)recitauit: *Adhæsit pauimento anima mea, viuifica me secundùm verbum tuum.* Atque capillum manibus lacerans, frontem ferire, lacrymarum guttis solũ rigare,veniamq; supplex petere cœpit. Vbi autem tempus postulauit, vt dona sacræ mensæ offerret, surgit, atque non minorem lacrymarum vim, quàm antea, effundens, in Sanctuarium ingressus est. Cùm verò dona, vti solebat, obtulisset,intus prope cancellos mansit. At rursum magnus ille Ambrosius non conticuit quidem, sed locorum differentiam eum docuit. Ac primùm scisciatur, ecqua re egeret? Et cùm respondisset Imperator,se exspectare Diuinorum Mysteriorũ perceptionem:significauit illi per primariũ Diaconum,qui ei ministrabat, ad loca interiora solis Sacerdotibus aditũ patere, eadéq; alijs omnibus inaccessa esse,nec debere tãgi. Iubet igitur,vt exeat,& cum reliquis laicis cõsistat:nã purpura,inquit,Imperatores,nõ Sacerdotes efficit. Quã admonitionẽ itidẽ excepit lubẽs Imperator fidelissi

mus: respondítque, se non animi confidentia inductum mansisse intra cancellos, sed hanc consuetudinem Constantinopoli didicisse: quare habeo, inquit, etiam pro hac medicina gratiam.

Tantis, & tam eximijs virtutis ornamentis enituit tum Episcopus, tum Imperator. Vtrumq; enim admiror: alterum, propter ingenuam loquẽdi libertatem; alterum, propter facilem obedientiam: & illum, propter Diuini zeli ardorem; hunc autem propter sinceram fidem. Imperator verò pietatis præcepta, quæ ab illustri illo Episcopo didicerat, etiam cùm reuertisset Constantinopolim, obseruauit. Nam cum Diuino quodã Festo ad Templum denuo veniret, statim vestem sacræ mensæ obtulerat, exiuit. Atque cùm Nectarius, qui id temporis illius Ecclesiæ Antistes fuit, rogaret, cur non manerat intus? gemens, inquit: AEgrè tandem didici, quid inter Imperatorem intersit, & Episcopum; ægrè tandem reperi veritatis magistrum: nam solum Ambrosium nosti Episcopum, dignum eo nomine. Tantum commodi reprehensio, à viro virtute præstanti adhibita, secum apportare solet. Hæc Theodor. *lib. 5. cap.* 17. de Theodosij pœnitentia: de qua & S. Augustinus, *5. de Ciuit. Dei cap.* 26. Quid fuit eius religiosa humilitate mirabilius, quando in Thessalonicensium grauissimum scelus, cui iam Episcopis intercedentibus, promiserat indulgentiam, tumultu quorundam, qui ei cohærebant, vindicare compulsus est; & Ecclesiastica coërcitus disciplina, sic egit pœnitentiam, vt Imperatorium Celsitudinem pro illo populus orans, magis fleret videndo prostratam, quàm peccando timeret iratam? Ambrosius, *Orat. in Funere Theodosij*: Dixi,

lexi, inquit, virum, qui magis arguentem, quàm adulàtem probaret. Strauit omne quo vtebatur, insigne Regium: defleuit in Ecclesia publicè pectatum suum, quod ei aliorum fraude obrepserat: gemitu & lacrymis orauit veniam. Quod priuaerubescunt, non erubuit Imperator publicè agere pœnitentiam: neque vllus postea dies fuit, quo non illum doleret errorem, &c.

Sueno Rex Daniæ 76. quòd Principes aliquot, ad Regale conuiuium inuitatos, ob leuem detractionis suspicionem, in Ecclesia S. Trinitatis, tanquam loco ad homicidium perpetrandum secretiore, orantes, missis siearijs, duplicato sacrilegio, interemisset, cùm ab Antistite, Sacra in Festo Circumcisionis celebraturo, ne Ecclesiam ingrederetur, repulsus esset, conscientiæ rubore perfusus, Regia veste deposita, obsoletam accepit, pœneroremque deformitate cultus, quàm splendore contumaciam testari maluit, abiectisque Regiæ Maiestatis Insignibus, insigne pœnitentiæ pugulum sumpsit: quinetiam veste potentiã exuit, ne ex sacrilego Tyranno fidus sacrorum venerator euasit. Siquidem nudatis pedibus, ad atrium egressus, in eius aditu se prostrauit, terramque supplíciter osculatus, dolorem, qui ex contumelia acerrimus infligi solet, verecundia ac moderatione compressit. Tandem criminis confessione facta, religioni sese satisfacturum promittẽs, omissa execratione, lacrymis absterfis, depositisque doloris insignibus, Antistitis amplexu & venia, in Communionem Ecclesiæ (cui ob hoc ampliſſimas possessiones tribuit) est restitutus. Nec erubuit, multorum auribus singularem flagitij sui committere notionem. Hincque factum

est, vt Regni Sacerdotijque roboraretur concordia. *Saxo lib.* 11.

3. *Philippus Imperator Christianorum primus*, ob scel' patratę in Gordianũ proditionis Sacra Cõmunione à Fabiano Romano Pontifice prohibitus, in Templo cũ cæteris, qui scelerũ pœnitentia agebantur, crimen emendauit, nihil de Imperij Maiestate deperire arbitratus, vbi Religionis habita ratio videretur. *Fulgos. lib.* 1. *cap.* 1. *ex Eusb. lib.* 6. *cap.* 34.

SIGNVM LVII.

Præmia bene meritis conferre.

PRAEMIA CVIQVE BONO TRIBVERE.

1. DE *Solonis* sententia, non solùm pœnis, sed etiam præmijs Resp. continetur: & *Antisthenes* censuit, nullam esse maiorem Reip. pestẽ, quàm si boni à malis non discernantur, id est, si mali obseruẽtur, boni negligantur. Nam esti *Virtus sibi* sit *pulcherrima merces*: (Silius *lib.* 3. *Punic.*) satis in ipsa conscientia facti pulcherrimi sit fructus: (*Cic.* 4. *Phil.*) vir bonus amore virtutis & Reip. potius, quàm commodi, aut præmij spe adductus, bene alijs facere, & debeat, & soleat: præmijs ac beneficijs ærarium exhauriatur: (*Cornel. Tac. lib.* 3.) tamen primum, augustissimum, & principuum officium est, persoluere debita ijs, qui bene de nobis sunt meriti: (*Plato* 4. *de Leg.*) æquũ est, vt vnicuique prosit & proficiat labor suus. (*Cassiod. lib.* 2. *epist.* 2.) Ciuitatis potentia tũ augetur, cùm supplicijs improbi afficiuntur, præmia & honores consequuntur bene meriti. (*Demosth. in Leptinem.*) Laurum, vel aurum spectat athleta. Vbi virtutibus sua sunt præmia proposita, ibi ad gubernacula etiam optimi viri promouentur:

Præmia in bene constituta Rep. esse necessaria.

gentur: quisque animo optimo ad ea in Remp. accedit, quæ præmia habere sua videt. (*Thucyd. lib.*
) Nihil non aggrediuntur homines, si magnis
ponatibus præmia magna proponantur: magni
nimi magnis honoribus fiunt. (*Liu. lib. 4. dec. 1.*)
Omnium beneficiorũ, quæ merentibus præclarè
tribuuntur, non ad ipsos magis gaudium, quàm
ad similes redundat. (*Plin. in Paneg. 4.*)

NB. Vt frugum copiam magnam bona aëris tem-
peries gignit; ita bonorum ingeniorum incremẽ-
ta efficit Regũ, & Magistratuũ liberalitas: vt eo-
rundem contra sordes cuncta extinguunt ac per-
sunt. (*Plut. de virtute seu fortuna Alex. 1.*) Qui
prudentes sunt, ac cordati, honoribus ac præmijs
collatis, onus sibi imponi vident: eum, qui indi-
gnè his ornatur, norunt quasi furem & latronem
esse talium honorum & præmiorum. (*Gell. lib. 2.
cap. 3.*) Quemadmodum contra nihil in humana
vita iniquius est, quàm vno eodemq; loco habe-
ri, æqualibus præmijs ornari & fortes, & igna-
vos. (*Xenoph. lib. 2. de Pædia Cyri.*)

Quando bene meritis gratia non refertur, re-
rum communicatio, & officiorum velut mutua-
tio tollitur. (*Arist. 5. Ethic. cap. 8.*) Et Resp. multæ
pereunt, cùm Viri fortes ac strenui nihil dete-
rioribus plus auferũt. (*Eurip. in Hecuba*) Siquidẽ
nemo Reip. in periculis cũ laude & virtute ver-
satur, quin spe posteritatis, & fructu ducatur. In-
discreti hominũ mores & confusi vagantur, nisi
vulpa formidinẽ, virtus præmiũ habeat. † Et licet † *Cass. li. 2.*
splendidum virtutis sit nomen, tamen non

inuenies multis de millibus vnum,
Virtutem pretium qui putet esse sui.
Ipse decor recti facti, si præmia desint,

Non

Non mouet, & gratis pœnitet esse probum.

Ac licet Philosophi de Virtute seipsa contenta, & de contemnenda gloria multa disputent, tamen in illis ipsis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt; & in eo ipso, in quo prædicationem & nobilitatem despiciunt, prædicari de se, ac nominari volunt. (*Cic. pro Archia.*)

4. Adhæc malè passim audiunt ingrati, qui debita præmia non persoluunt. Sunt hoc nomine reprehensi *Athenienses*, qui, licet essent doctissimi, & scientiarum quodammodò parentes; tamen velut carnifices extiterunt virtutum: vti testantur Exempla bene meritorum, sed malè accepto-rum: Solonis, Socratis, Aristidis, Themistoclis. *Plutarch. Val. Max. lib. 5. cap. 3. AElian. lib. 11.* Pœnæ etiam constitutæ fuerunt illis, qui bene meritis præmia denegârunt. *Philippus Rex Macedonum* militi ingrato erga hospitem suum stigmata frontis inscribi curauit: Hic ingratus hospes est. (*Seneca 4. de Benef. cap. 17.*) Apud *Athenienses* aduersus ingratos non minus actio data fuit publica, ac si quis scelus & crimen magnum perpetrasset. (*Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 1.*) Apud Senecam, 3. *de Benef. cap. 5* &c. in vtramque partem disputatur, vtrum actio aduersus ingratos in bene constituta Repub. sit admittenda.

5. Breuiter, Honos alit artes, & præmijs, tanquam stimulis, ad virtutis studium incitamur. (*Cic. 1. Tusc.*) Nam Deus bone, quanta contentio est inter ciues? quanta æmulatio? quantum, & quàm ardens studium virtutis, vbi omne opus bonum & excellens Magistratus voce, manuque ciuitatis honoratur? Et ex aduerso quàm languida fiunt

e fiũt Musæ? quàm frigida virtutis studia? quàm
ra hominum excellentium Exempla, vbi deest
nor, cuius vmbram tam auidè à natura sequi-
ur?

Rectè *Titus Imp.* interrogatus, vtrum præ-
io bonos, an pœna malos afficere Principi ma-
convenire: Vt homini, inquit, dextrum, fini-
mumque brachium naturale ex æquo est; ita &
æmium & pœna Principi: veruntamen, vt de-
a frequentius, quàm læua vtimur; sic Princi-
em remuneratione potius, quàm castigatione
oriari decet.

Cauent boni Magistratus, ne lutum, quod dici-
, manibus, farinam pedibus tractent, hoc est,
æmijs dignos negligant, indignos his ornent,
potius onerent. Et quidem

Præmijs & honoribus afficiunt *Doctos*, vti in
o de Doctrina probatum est.

Milites. Iura enim volunt, vt longi temporis
scriptio non officiat mulieribus, quæ diutissi-
cum maritis fuerunt, qui militiæ dederunt o-
am. (*Cod. lib. 2. tit. 52.*) Iubent, vt Iuris igno-
ia vel error excuset milites. (*l. Cod. tit. 21.*)
eranis magna largiuntur priuilegia, vt sint
munes à vectigalibus, oneribus, ac muneribus
blicis: non necesse habeant militare: non co-
ntur alibi, nisi coram Ducibus suis comparere,
in ciuilibus, quàm criminalibus caussis. (*Cod.
it. 36. de re militari: & 12. tit. 47. de Veter. &
gest. 49. tit. 18. de priuil. Veter.*) Præter laudes,
bus ornabantur, dabantur ipsis tituli, nomi-
cognomina honorifica. Sic *Marcellus*, ob for-
udinem dictus fuit, *populi gladius*: (*Sabell. lib.
4. 3.*) *M. Manlius, Capitolinus*, propter defen-
sum

Quinam à bono Magistratu potissimum præmijs afficiãtur, ac decorentur.

sum Capitolium: (*Plin. de Viris illust.*) Vide locū 31. part. 1. de Ciuibus. *Constantinus*, *Carolus* 1. *Alexander*, *Pompeius*, dicti sunt *Magni*. Otto III. Imp. ob rerum gestarum magnitudinem, vocatus, *Mundi Miraculum*. Tribuebantur ipsis, (*vide Iacobi Pontani par.* 2. *Vol.* 3. *Progymn.*) coronæ gramineæ, & obsidionales: quernæ, & ciuicæ; ob seruatum ciuem, vel ob defensam ciuium aliquorum vitam: murales, & castrenses; ob vallum receptum: (*Zon. lib.* 2. *Plut. in Mario*, *Plin. lib.* 7. *cap.* 28. *Gell. lib.* 5. *cap.* 6.) nauales, ob rem gestam fortiter nauali in prælio: Ouales, in victoria parta sine sanguine; quò pertinent & palmæ gestationes, & coronæ oleagineæ, & alij rami: (*AElian. lib.* 6. *Val. Max. lib.* 2. *cap.* 2. *Probus in Thras. Plut. in Them.*) & laureæ, & fasces laureati. (*Plin. lib.* 15. *cap.* 29. *Val. lib.* 2. *cap.* 3.) Dabantur etiam torques: (*Veget. lib.* 2. *cap.* 7.) armillæ argenteæ: (*Liu. lib.* 10.) & phaleræ: (*Veget. lib.* 2. *cap.* 7. *Tac. lib.* 2. *Annal. Plin. lib.* 33. *cap.* 3. *&* 4.) hastæ: vexilla. (*Sueton. in August.*) Erigebantur Statuæ: concessi Triumphi: erecta Trophæa. Dabantur nummi, & domus. (*Plin. lib.* 36. *cap.* 15.) Concedebantur agri. (*Plut. in Cæsare, Lamp. in Seuero, Sigon. lib.* 2. *de Ital.*) Concedebantur vestimenta honorifica: vt M. *Catoni* licuit in purpura ludos publicè spectare. (*Alex. ab Alex. lib.* 2. *cap.* 29. *& lib.* 5. *cap.* 15. *AElian. lib.* 6.) Dabatur etiam vinum honoris gratia: (*Plut. in Camillo*, *Plin. lib.* 14. *cap.* 8.) illudque adhibebant duntaxat ad Sacra, & Heroum conuiuia. Armi & femora in conuiuio apponebantur viris fortibus, & dignitate singulari præditis. (1. *Reg.* 3.) *Cyrus* amicis & viris fortibus, honoris ergò, femelos anseres, & alias par-

es cibariorum de mensa est mittere solitus. (*Xenoph. in Padia Cyri lib.8.*) *Athenis* publico in loco g Prytanæo victus dabatur illis, qui bene meriti n bello de Rep. erant. (*Suidas.*) Vide locum de ello. *Carthagine* annulorum ornatum ita quisq; apiebat, vt plurimas militias tolerarat. Apud *lacedones* lex erat, vt qui nullũ hostẽ occidisset, foro ignominiosè cingeretur capistro. Apud *ythas* ei, qui hostium neminem interfeciſſet, ex ureo scypho, qui circũferebatur in solennib⁹ il-orũ festis, bibere nõ licebat. Apud *Hispanos*, gen-em bellicosam, mos erat numero verricula seu astas figere circa sepulchrum quot quisque ho-es interemerat. Similia his olim plurima *Eri-anni* (populus, teste Cæsare, ad Martem natus) sciſſe dicuntur, vt Alexandri multi, Achillis cly-eo, hasta, sepulchro conspectis fierent, &c. *ist.7. Pol.cap.2.*

Non denegant præmia *Artificibus*, & ijs, qui pificia tractant. Leges enim dant ipsis immuni-tes ac priuilegia quædam: (*lib.10. Cod.t.14.64.*) ddita ratione, quò & tales in artibus suis disce-is otium accommodent, (*vide Signum 31.*) & ncitati præmijs, exerceant illas diligentius; o-eram dent, vt peritiores euadant, etiam filios os has docere cupiant. Verum enim est (quod on de litteris solùm, sed etiam alijs dicitur) Ar-es honorem alere: negligi, atque minimè ex-oli ea, quæ contemnuntur, ac despicatui du-ntur. Huc accedit, quòd inter Ciuitatis partes on postremas Opifices recensentur: siquidẽ & is onera Reip. maxima feruntur, & ipsi eius-em cõmoda procurare possũt. (*Arist.2.Polit.c.5. 9.*) Neque *Solon* sine caussa hanc legem tulit,

ne fi-

ne filius alere patrem teneretur, qui non curasset aliquid eum discere, & arti alicui operam dare. (*Plut. in Solone.*) Apud *Indos* legimus immunes fuisse opifices & agricolas à tributis: etiam frumentum à Regia aula accepisse. (*Diod. Sic. lib. 2.*) *Vespasianus Imp.* magno pretio Architectos Romam vocauit; impensè fouit, & amauit artes mechanicas alias. (*Sueton.*) *Alexander Seuerus* Artifices omnes amplissimis præmijs ac stipendijs est prosecutus. (*Lamprid.*) Ob Horologium Solarium inuentum *Anaximenes Milesius* Sparo magnis honoribus fuit affectus: (*Plin. 2. lib. cap. 78.*) vt propter Clepsydram & Horologium ex aqua confectum *Thesibius* Alexandrinus. (*Vitruuius lib. 9.*)

4. Neque negligunt *Agricolas*, de quorum præmijs egimus in loco de Agricultura. Quo ordine & modo præmia sint distribuenda prudenter Magistratus nouerunt.

5. Honorant honestos *Senes*. Sic. in Legibus, quas Lacedæmonijs dedit *Lycurgus*, sanciuit, vt iuuenes prætereuntes summa reuerentia afficerentur à iuuenibus: vt vbicunque loquerentur senes, ibi tacerent iuuenes: vt si fortè senex, amissis fortunis ad extremam redactus esset paupertatem, publicis aleretur sumptibus, ita vt non modò alimenta ipsi necessaria suppeterent, sed ad delitias etiam supereffent. Hinc *Cicero*: Lacedæmone est honestissimum domicilium senectutis. Et *Plinius* ad amicum senè scribit: Offendor, quòd cum annis te grandæuum esse nouerim, actionibus iuuenem refers. Tua culpa futurum cogito, vt prorogatiuam senes, quam in Græcia habere solent, amittant: ibi enim latrones, fures, periuri, homicidæ,

cidæ, tutiores erant, quando senum canos prensissent, quàm si ad Aras Templorum confugissent Rectè M. *Aurelius Imp. epist. ad Claud.* O infelices senes, qui in vitijs inueterârunt: damnosior enim ignis in domo antiqua est, quàm noua; nec tam noxium est vulnus recens, quàm gangręna putris. 2. Cùm *Alexander Magnus* hyeme duceret exercitum, assidens igni, recognoscere prætereuntes copias cœpit, cumque videret senem quendam horrentem frigore, & ad ignem stantem, considere loco suo iussit. *Curtius.*

SIGNVM LVIII.

PRODIGALITATEM, ET LVXVM castigare, & reprehendere: sumptum, qui in alimenta fit, coërcere.

Parsimoniã præcipere.

1. *Tiberius Cæsar* prodigos vel Senatu mouit, vel loco cedere coëgit. *Sueton.*

2. *Claudius Imp.* nimias delitias sustulit, latis legibus, quæ ad eam rem spectare videbantur: *Leges sumptuariæ.* ranponas, in quibus Romani comporare solebant, euertit, &c. *Xiphilinus.*

3. Certè haud ita liberalitatis fores sunt reserandæ, vt pateant omnibus: non enim est arbor liberalis, cui omnes fructus ventus eripit: nec homo liberalis, cui vanitas omnia aufert. Hinc *Democritus* dicebat ad hominem malè liberalẽ, & multa temerè profundẽtem: *Malè pereas: quia Gratias virgines meretrices effeciſti.* Idcirco prudenter egregius ille Doctor *Thomas Bricotus*, Facultatis Theolog. Parisiens. quondam Decanus,

dicebat: *Franciſcum I. Galliæ* Regem, Inſtar D. Franciſci, quaſi Stigmata in manibus gerere, cùm manibus, velut ijs terebratis, continere nihil poſſet: multa namque ſubditis indulgebat, multa largiebatur, multa etiam (ſed in tempore) profundebat: atque ideo circumſpectus ille Doctor, è re nata (in ſolemni eius inauguratione) admonebat Regem, nequaquam expedire, ipſum manus ſemper vſquequaque habere perfoſſas & patulas; ſed interdum opus eſſe, cauas manus obſtruere, ſuiſque & donationibus, & expenſis, & ſumptibus modum adhibere: cętero quin foret liquando, vt in ſuo Regno multo plures in paupertatem adduceret, quàm fecerat olim D. Franciſcus in Orbe Chriſtiano; non quidem ſponteneam, vt ille; ſed inuoluntariam, & exoſam. Ioan. *Mich. in Anat. Corp. Pol.* Vide locum de AErarij conſeruatione, & de Frugalitate.

4. *De Alexandro Seuero Imp.* Lamprid. ait: Dies nunquam tranſijt, quin aliquid manſuetum, ciuile, pium faceret; ſed ita, vt AErarium non euerteret. (Liberalitatē viribus AErarij metiebatur.)

5. Vtinam beneficiariorum nomina Rationario Imperij, ſeu Tabulis donationum mandarentur, ſancita lege, vt aliquid flagitaturi, ante exprimat, quid quantumque à Principe, vel anteceſſore acceperint. Sic quia *Nero* immenſas pecunias effuderat, *Galba*, eius ſucceſſor, cùm rei nummariæ indigus eſſet, ſingulos beneficiarios appellari iuſſit, decima parte liberalitatis apud quemque relicta: iuſtiſſimum enim fuit, ait Tac. l. Hiſt. hoc inde repeti, vnde inopiæ cauſa erat.

6. *Caligula*, ob ſumptus citra modum factos, non habuit vnde filiam dotaret, cum ante ſuper immen-

immensos aureorum aceruos, patentissimo loco diffusos, nudis pedibus spatiari, totoq; corpore, grunnientiũ instar, volutare sese solitus fuisser.† †*Sueton.*

7. *Claudius Cæsar* immensas donationes, quas nullo iure aut caussa fecerat Caligula, retractauit. *Dio lib.* 60.

8. Cũm *Carolus VI. Galliæ Rex* plus iusto liberalis esset, & nulla profundendæ pecuniæ ratio illi inesset, tandem reddentibus rationibus Fisci & pecuniæ publicæ quæstoribus, hæc verba (dissimulante Carolo) margini notabant: Nimis accepit, recuperetur. *Gaguinus lib.* 9.

9. Effusio dissoluit, & abligurit opes, & nullis honesti ac moderationis habenis retinetur. Et dũ quidã, cupidi splendoris ac gloriæ, profundunt suas opes, ad rapiendi & auferẽdi iniuriã perueniũt, vt ad largiendũ copiæ suppetãt. (*Cic. 1. de offic.*) Cũm enim dãdo egere cœperint, alienis bonis manũ inferre coguntur, nec tanta studia assequentur eorũ, quanta odia eorũ, quibus ademerint. (*Cic. 2. de Offic.*) Cũ necessaria requiruntur, thesauri vacui sunt, & inanes; (*Iouius l. 14.*) peruenitur ad exactiones nimias, proscriptiones etiã interdũ bonorũ virorũ: quia Principẽ prodigũ egestas sequitur, egestatem extrema tyrannis excipit. Quin & in proximos prodigi iniurioſi sunt: quia quas copias his suppeditari ac relinqui æquius est, eas ad alienos transferunt. (*Cic. 1. de Offic.*)

10. Prædicantur, qui ea mensura facultates suas fundunt, vt non debeant postea lacunam eo factam pecuniam subditorum explere. *Theodoricus Gothorum Rex* ait, apud Cassiod. 7. Var. epistol. 17. Munificentiam nostram nulli volumus

exstare damnosam, ne, quod alteri tribuitur, alterius dispendijs applicetur. Contra dum *Xerxes* delicijs & profusione delectatur, amplissimo Regno dedit ruinam. *Val. 9. cap. 1. Cic. 5. Tusc.*

11. *Nero* perditæ fuit luxuriæ: postquam autem fuit exhaustus & egens, ad rapinas & extorsiones animum adiecit, nulli parcens, nec hominū, nec Deorum. Templis enim compluribus dona detraxit, & simulachra ex auro vel argento fabricata conflauit. Hinc hostis à Senatu iudicatus, & tandem ab omnibus destitutus est. *Sueton. cap. 30.*

12. Vbi *Domitianus* varijs operum ac munerum impensis exhaustus fuit, nihil pensi habuit, quā prædaretur omni modo bona viuorum & mortuorum vsquequaque, &c.

13. *D. Ludouicus* animaduertens, quantas immoderatus luxus Principi & Reip. procuraret calamitates, filium iam moriens hortabatur, vt susceptā mox administratione, domesticæ impēsæ curam sedulò adhiberet, eamque rationis lege moderaretur. *Gaguin. lib. 7.* Luxuria enim & prodigentia omnem statum Reip. subuertunt, atque depopulantur. Exemplo sint Athenæ, & Roma. Nam quæ vrbs voluptati plurimum tribuit, imperium maximum amisit: quæ labore delectata est, occūpauit. Et illa libertatem tueri non valuit, hæc etiam donare potuit. *Val. lib. 4. cap. 3.*

14. Incredibile dictu est, quantum animi subditorum abalienentur, cùm vident Magistratum nepotinis conuiuiorum sumptibus Fiscō abutētem, ac publicum commodum luxui & abdomini suo postponentem. Vide de AErario. C. *Caligulam* bacchantem atque lasciuiētem familiares ad mor-

ad mortem compulerunt. *Vitellius* (helluo) interceptus à suis, veste discissa, seminudus tractus est in forum, religatis post terga manibus, iniecto cervicibus laqueo, reducta coma à capite, ceu noxij solent, quibusdam stercore & cœno incessantibus, alijs patinarium vociferantibus, tandem apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus, atque confectus est, & inde vnco tractus in Tiberim. *Sueton. cap. 17.*

8. Interest Reip. ne quis etiam priuatus re sua malè vtatur. Hinc boni Magistratus non libenter permittunt ciuibus, (nisi cum extrema fortuna conflictantibus,) vt auita patrimonia, (auitas hereditates,) vendant, (& quasi euomant.) *Arist. 2. Pol. cap. 5. 1.* Ne beneficium à parentibus acceptũ contemnentes, sint ingrati. Vt enim Rex, accepto auro (vel Regno) prodit patriam, si vendat ita ciuis spernit patrem, qui patrimonium suum nundinatur. 2. quia hinc nascitur minor dilectio ciuitatis, cùm antiquitatis monumẽta delentur, cùm maiorum nomina posterorum ingratitudine obliterantur, cùm vetustissimarum familiarum vexilla & quasi Insignia ruunt, ac deijciuntur.

SIGNVM LIX.

PRVDENTIAM, SEV RERVM AGENdarum, omittendarumue notitiam, & virtutum directricem & aurigam à Deo petere, ab eaq; armatum esse. Prudentem esse.

1. PRudentia est propria virtus Magistratuum: quia Magistratus est oculus ciuitatis; ideoque,

que, vt obscuratis oculis partes reliquæ non vident, nec suis ritè fungi officijs possunt: ita subditi non bene viuunt, quando stultis Magistratibus vtuntur. (*Arist.* 3. *Pol. cap.* 3.) (Prudentia à prouidendo. *Cic.* 1. *de Leg.*)

2. Et si cætera animalia domari sine tractatione quadam & arte non possunt, multo minus homo sine prudentia tractari poterit: quia nullum animal morosius est, maioremque artem requirit, quàm homo. (*Seneca* 1. *de Clem. cap.* 1.) (Sapienter optat ille, vt sibi sit potius gutta sapientiæ, quàm gurges fortunæ.)

3. Adhæc, quia mores populorum ac nationũ sunt varij, prudentia opus est magna, vt Magistratus diligenter mores ac ingenia eorum, quibus præest, obseruet, his sese accommodare sciat; cumque in his aliquid aut mutandũ, aut formandum aliter, non temerè hoc subitoque faciat; sed illud obseruet; quod in vino fieri videmus. Vt enim vinum non illicò, primoque haustu hominẽ inebriat, aut eiusdem mores mutat; verùm sensim ac paulatim sitim sedat, post inducit, & conformat mores varios; reddit alios in iram præcipites; garrulos, ac loquaculos alios facit, alijs lacrymas expellit, in alijs alia mouet: ita Magistratus obseruabit primò, quibusnã populus moueri ac delectari soleat: post fide, diligentia, industria, authoritatem cõsecutus, ad populi animos ducendos aggredietur. (*Plut. de ger. Rep.*)

4. Et certè quemadmodum ad prosperam nauigationem gubernatore bono ac sapiẽte est opus: sic sapientem oportet esse Magistratum, vt bene constitutæ Reip. tranquillitas seruetur. (*Philo de Char.*) Et prudentibus vltro pareretur & libenter illis

illis homines obediunt, qui sibiipsis rectè consuluit. (*Xenoph. lib. 1. de Cyr.*) Præterea omnia regna, Ciuitates, nationes, vsque eò prosperum imperium habuerunt, dum apud eos vera consilia valuerunt: vbicunque gratia, timor, voluptas ea corrupere, paulo post imminutæ opes, deinde ademptum imperium, postremò seruitus imposita est. (*Sallust. in Fragmentis.*)

5. Sapiens ait, cap. 6. v. 23. & 26. *Diligite lumē sapientiæ omnes qui præestis populis. Multitudo autē sapientium, sanitas est orbis terrarum: & rex sapiens stabilimentum populi est.* Plato, *in Menone*, asseuerat, neminem, nisi prudentem, alios bene regere posse. Et Arist. 1. *Pol. cap. 3.* docet hoc distare prudentiam à cęteris virtutibus, quòd hæ æquè inferioribus ac superioribus sint communes: illa verò dux sit & magistra omnium virtutum, ac propria superiorum: 3. *Pol.* ait, imperantis propriam ac vnicā esse virtutem. Vnde Aurelius Victor, *in Traiano*, ait: Duo à Principe exspectari, sanctitatem domi, foris fortitudinem; sed vtrobique prudentiam.

6. Videmus maximis interdū opibus, magnaq; potentia Magistratuum, qui hoc lumine sunt orbati, Resp. quassari ac funditus deleri: prudentia verò nunquam non retineri, & conseruari.

7. *Socrates* ait: *Orat. de Regno*: Oportet Principes videre ac circumspicere, vt sint alijs longè prudentiores. Quod *AEgyptij* rectè indicârunt, dum in Sceptro Regio id per oculum in Hieroglyphicis suis designârunt. Eo enim ostendere volebant, in Principe maximè requiri prudentiā, tanquam Reip. vigilantem & prospicientem oculum. Quod enim acies videndi est in oculo, hoc

prudentia est in animo, teste *Sophocle*. Vt & *Arist.* prudentiam, ὄμματης Τυχῆς, oculum animę, appellat: quia intellectum & delectum rerum, quæ publicè priuatimque fugiendę, aut appetendæ sunt, continet.

8. *Timotheus* Cononis filius non eum Ducem exoptauit Athenienſibus, qui cultcitras exercitui deportaret; ſed qui veluti Argus panoptes à fronte pariter atque à tergo eſſet oculatus. Enimuerò quemadmodum cytharam malè ſumit is, qui artis illius imperitus eſt: ita haud bene præeſt imperio, qui oculo prudentiæ priuatus eſt. Magiſtratus enim nō ſibi ſoli peccant; ſed plerumque, imò ſæpe multitudini, cui regendæ, non tam viribus atque potentia, quàm prudētia opus eſt. Hinc *Fabio Maximo* aliquando plus negotij cum ciuibus, quàm cum hoſtibus fuiſſe ſcribunt. Hinc à *Anſelm. in Monoſt.*

Εὖ φρονέων θυμῷ κρείττων, ἢ φέρτερος ὅπλοις.

Vir prudens animo eſt melior, quàm fortis in armis. Et:

Σώματος ἀνδροσύνη, πραπίδων περίεστι φρόνησις.

9. *Antiſthenes* (apud Laërt. *lib. 6. cap. 1.*) ait: Prudentiam tutiſſimum eſſe murum, quòd is nec collaberetur, nec proderetur. *Bion Boriſthenites* (apud eundem *lib. 4. cap. 7.*) dicebat: Prudentiam tanto cæteris virtutibus antecellere, quanto cæteris ſenſibus præſtaret viſus. Nam vt oculi præluceant totò corpori; ita nulla eſt virtus abſque prudentia. Quare non inſcitè *Rudolphus* Imp. eius nominis *I.* frequenter illud Symboli loco vſurpabat:

nabat: *Regni prudentia custos*: quo monebat, sine prudentia Imperium infirmum, imò ferè nullum esse; imò citra eam nequicquam esse quantamcunque potentiam.

10. Quoniam is propriè vitam humanam viuit, qui secundùm mentem, seu rationem, & sapientiam viuit; sequitur illam ciuitatem optimè administrari, quæ mentem in puppi, & sapientiam gubernatricem habet.

11. Angelus (*Dan.* 12.) comparat sapientiam cũ splendore firmamenti. Et certè sapientes, seu sapientiæ ornamentis decorati, sunt veluti cœli fulgentibus astris distincti. Vt autem astra non sibi solùm splẽdorem habent, sed illo mundum illustrant: vt stomachus epulas recipit, non sibi soli, sed vt eas alijs corporis partibus distribuat: nam si in se retinet nutrimentum, quod non digerit, nec alijs membris impertitur, facile corrumpitur, & tabescit: vt aues pabulum inuenientes, pullis suis largiuntur: vt arbor fœcunda, & fructifera fructuum vbertate alijs vtilitatem adfert: ita decet doctos cum alijs scientiam suam communicare, Psalm. 18. *Cœli.* Syr. 41. *Sapientia abscond.* Matth. 5. *Qui fecerit.* Matth. 28. *Docete.* Psalm. 1. *Erit*, &c.

12. *Salomon* tantoperè placuit Deo, quia non diuitias, non Regni incrementum, non honores, nõ potentiam, non vitam longæuam; sed sapientiam (rectè administrandi Regnum) petijt, vt populũ rectè posset regere. Ei Deus promisit, se ei sapiẽtiam daturum, & omnia bona externa adiecturũ. 3. Reg. 3. Idem laudat prudentiam, Prou. 3. 14. *Melior est acquisitio eius negotiatione auri & argenti, primi & purissimi fructus eius: pretiosior est cunctis*

opibus: & omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari. Et Syr. 37. 29. *Sapiens in populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit viuens in æternum.*

13. *Agesilaus* cùm pugnaretur apud Mantineam, admonuit Lacedæmonios, vt cæteris omissis omnibus, in vnũ Epaminondam intẽderent vim prælij, dicens: Solos milites cordatos authores esse victoriæ: itaq; si hunc, inquit, ceperimus, facilimè cæteros in potestatẽ nostram redigemus. Quod cùm fecissent, victoriã nacti sunt. Atq; ita consuluit incolumitati suorum, qui fuerant sine dubio manu hostium perituri: & simul docuit, in bello plus habere momenti vnum verè prudentem & cordatum, quàm turbam imprudentium. *Plut.*

Celeritas atque velocitas in agendo.

14. *Augustus Cæsar*, in omni verbo prudentissimus, eos, qui leues ob causſas se periculis exponerent, similes esse dicebat ijs, qui aureo hamo pisces capere tentarẽt: hi enim, amisso semel hamo, plus damni accipiunt, quàm ex multorũ piscium captura lucri. *Fulgos. lib. 7. cap. 2. vide latiũ de Bello.* Idẽ illud semper citò factũ posse dicitiebat, quod cùm factũ esset, bene haberet: tarditatẽ enim, quæ tuta esset, celeritati anteponebat, cui periculum esset coniunctum. *Ibid.* Idẽ dicere solebat, nihil minus in perfectum Ducẽ conuenire, quàm festinationem ac temeritatem, crebroque illud iactabat: σπεῦδε βραδέως, festina lente: ἀσφαλὴς γὰρ ἐστὶν ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης (cautus enim est melior, quàm temerarius imperator.) & sat celeriter fieri quidquid fiat satis bene. *Sueton.* Cato: Sat citò, si sat bene.

15. *Argus* Rex Peloponnesi, quòd sapiens esset, παντόπτης, corpore toto oculis præditus, est appel-

ppellatus, qui non simul, sed alternatim som-
um caperent. *Eustathius Iliad. 2.*

6. Negligentia quadam vsu venerat, vt *Theo-
dosius Iunior*, oblatis sibi libellis, vel alijs ad re-
imen Imperij spectantibus à ministris scriptis,
absque eorum inspectione subscriberet: quod cũ
periculosè admodum peragi *Pulcheria* ipsius so-
or intelligeret, huiuscemodi ludo eum corri-
gendum in animum induxit. Libellum scribit, in
quo significaretur, emptam à se esse Eudociam
coniugem Augustam, si ipsi præberet assensum:
oblataque eadem charta Theodosio, ipse ex mo- *Pulcheria*
rei absque alia inspectione subscripsit: recep- *vrbanè ac*
it ita subscriptam chartam Pulcheria, quæ acce- *prudenter*
entem ad se Eudociam aliquando retinuit, vo- *arguit The-*
catasque ab Imp. reddere recusauit, à se em- *odosij im-*
ptam affirmans, ostendens de rata habita empti- *prudentiã.*
one Imperatoris Chirographum: ficque falso
quidem eiuli odi loco Augusti oscitantiam vo-
luit condisse & correxisse simul. *Socrat. lib. 7.
cap. 22. Theodoret. lib. 5. cap. 36. Niceph. lib. 4. cap. 23.
Baron. Tom. 6. Anno Christi 446.*

7. *Rodolphus Habspurgensis* in Regem Rom. ele-
ctus, cùm iuramentum à Principibus exigeret,
quidam, absentiam quorundam caussati, recusâ-
runt. Tum arrepto Crucis Signo, dixisse fertur:
*Ecce Signum, in quo saluatus est mundus: hoc sce-
ptri loco vtemur.* Moti hac re Principes, Crucem
exosculati, fidelitatis iuramentum præstiterunt,
auxilia contra rebelles, & qui Imperij loca vio-
lenter sibi vsurparent, promittentes. *Cuspinia-
nus.*

8. Qui veste prudentiæ non est amictus, Ana-
choretam potius agat, quàm Magistratum. Nam
ille

ille (ait *Nicephorus lib.* 4.) qui in vna Dei cognitione omnes cogitationes ponit, huic montes & spelunce conueniunt: at qui cum virtute & pietate ciuilem etiam viuendi rationem edidicit, & notitiam sibi comparauit rerum variarum, ille verò populum ad optima ducere idoneus est.

SIGNVM LX.

PRVDENTER POPVLVM alloqui.

1. *Pericles Athenienſis* verba facturus apud populum, non niſi præmeditatus in concionem progrediebatur: optabat interim à Dijs immortalibus, ne verbum vllum ſibi excideret, quod quemuis ciuium offendere poſſet. *Plut. in eius Vita.*

Ne populo fidas, populus mutatus in horas.

Plebs hoſtium fraudibus facilimè exponitur, inops conſilij, & promiſſis allecta.

2. *Auguſtus* neque in Senatu, neque apud populum, neque apud milites locutus eſt vnquam, niſi meditata & compoſita oratione, &c. *Sueton.*

SIGNVM LXI.

PRVDENTER STVLTA POpuli poſtulata reijcere.

Conſultatione habita Vrbinates decretum fecerant, ne cùm ciuitas ciuium eſſe deberet, ruſticanis domum in Vrbe habere liceret, idque à Comite Frederico vt confirmaretur petierant. Comes prudentia ciuium laudata, num, inquit, nec-

nequam decretum promulgatur, à vobis scire opio, quid rusticanis respondere debeam, si di- erint, vt ciuitas ciuium, ita rus rusticorum esse ebere, & aliud à me decretum petierint, vt sicut sticis in ciuitate domum habere non licet, ita ubus ruri prędium vllum possidere non liceat. lis obmutescentibus, egregium hoc decretum ius abrogatum fuit, quàm promulgatum. (Al- r altero carere non potest. Horat. *Odi profa- um vulgus, & arceo.*)

SIGNVM LXII.

PRVDENTER PROSPICERE PERA- uida, & vitanda. Item prudenter præsentia ordi- nare, considerando, quid in præteritis bene, vel malè successerit; laudatum, vel reprehen- sum sit; & futura prospicere, dum nauis est in tuto, (vt ait Terent. in Adelphis.)

Prudentia oculus, fortitudo manus est Magistratuum.

Ap. 6. *Melior est sapientia, quàm vires; & vir prudens, quàm fortis.* Syr. 10. *Rex insipiens per- t populum suum: & ciuitates* inhabitabuntur er sensum prudentium. *Horat.* Oda 3. *Vis consilij expers mole ruit sua*: nec est diuturna possessio, in am gladio inducimur, ait *Curtius lib. 8. & Isocr. d Demonic.* Eurip. *Mens vna sapiens multorum uit manus.* Liu. 11. *Hist.* Multa natura impedita, ensilio expediuntur. Nullum animal maiori ar- tractandum homine. *Seneca 1. de Clem.* Quare, Saturnus summus Planetarum tardissimè cir- magitur: sic Magistratus omnia maturè & cir- umspectè agere debet. Vitabit extrema: vt non vel præceps, vel lentus; sed maturus, & mo- ratus.

Quod

Quod prudentis opus? non velle, & posse nocere.
Quod stulti proprium: non posse, & velle nocere.

Huc pertinent & hæ proprietates. 1. Prudenter *potentioribus* ad tempus *cedere*, vt & *multitudinis* ne à tugurijs pauperum flamma seditionis inarces prorumpat ciuitatis, eandemque, quasi fulmine accensam, penitus consumat. Turba enim offensa, in turbinem ac procellam incitatur, seu turba mota fit turbo. Cùm *Philippus* Rex à multis hostibus opprimeretur, cum potentioribus pacè iniit, cum inferioribus bellum gessit. 2. Prudenter in electione *ministrorum* aduertere, vt negotijs susceptis sint pares: Superiores enim negotium negligunt, inferiores oneri succumbunt. 3. Prudenter *occasiones* res opportunas gerendi opportunè amplecti. *Philippus* ex discordia, quæ erat inter Græcos sumpsit occasionem eos aggrediendi.

SIGNVM LXIII.

PRVDENTER CONSIDERARE DIuersa hominum ingenia vt rectius regantur; & maximè vulgi naturam attendere.

SVmma sapientia est scire, quo genere ciborum singulæ volucres delectentur. *Gagum.* Est autè vulgus incertus & instabilis, affectus ponens, & sumens: (*Cic. pro Murena, & Tacit. lib. 1. Hist.*) iudicio carens: (*ibid.*) non delectu ad agendū motus, sed impetu & temeritate: (*Cic. pro Planco.*) carens consilio, discrimine, diligentia: (*ibid.*) ex opinione multa, ex veritate pauca iudicans: (*Cic. pro Roscio*) natus plurium opinionem sequi (*Sallust. ad Cæsar. & Seneca lib. 1. de Vita beata.*) alienæ inuidens felicitati, vacuus curis: (*Tacit. lib. 1. Hist.*)

Hist.)prauo ſtudio,deteriori & infirmiori fauēs (*Liu.lib.42.*)ad ſuſpiciones pronus: (*Tacitus ibid. & 1.Annal.*)facilis ad credendum, audita pro cōpertis habens:(*Idē 2.Hiſt.& 1.Annal.*)res augens, & pro certis narrans: (*Idem 1.Hiſt.*) nouitatū cupidus:(*Ibid.& Salluſt.in Iugurth.*) ingenio mobilis,ſeditionū ac diſcordiarum cupidus,& nouarū rerum, quieti & otio aduerſus; & ſi ſine Rectore eſt,præceps & pauidus:(Cic.pro Cluētio,& Tac. lib.9.Hiſt.)ita vt,Principibus amotis, nil audeat: (*Idem 1.Amal.*)fauens feruidis, & abruptis, neglector Reip. (*1.Hiſt.*) verbis ferox: (*2.Hiſt.*) ſed nil vltra verba audet: (*12.Hiſt.*) vel metu,vel ſpe nimius. (*Liu.lib.23.*) His cognitis prudens Magiſtratus eius infirmitatibus cōgruas applicat medicinas. Vide Conf. Hoſij cap. 40.

1. *Mileſias* virgines eo correptas olim animi furore legimus,vt ſe paſſim ſuſpēderent; neq; huic malo remediū inueniebatur vllum. Edicebatur à Senatu Mileſiorum horribilibus pœnis,ne fieret. Contemnebantur pœnæ. Quæ enim morte atrocior,quā ipſæ vltro appetebant? Cuſtodiebantur, inter cuſtodū manus exitum inueniebat ſpiritus. Edictū eſt tandem, vt quæ ſe occidiſſet, nuda per medium forū media luce traheretur. Seu,Mileſij, ſeu cuiuſdā matronæ, decreuerunt, vt quæ virgines corporibus ſuſpenſis mortuæ deprehenderentur, hæ poſt hanc legē cum eodē laqueo, quo præuinctæ & alligatę eſſent,nudæ tota via publica ad ſepulturā efferrentur. Hac pœna deterritæ ſunt,ne nudę cernerentur,licet exanimes:ſeu hac ratione furor ille cōpreſſus atq; ſedatus eſt. Pudore enim tā inhoneſti funeris deterritæ ſunt. O pudorē prædicandū! *Viues de Chriſtiana fœmina* lib.1.

Virgines abhorrent à denudatione corporis.

2.Peri-

2. *Pericles* populum Athenienſem Comœdiarum ac ludorum illecebris, tum etiam frumenti ac pecuniarum in tenues diuiſione permulcere ſolebat, & cùm feram illam popularem oculis, auribus, modiſque omnibus cepiſſet, Edicta ſalutaria, quæ per famem aut furorem exaudire non licuiſſet, promulgabat. *Quintil. lib. 4. cap. 2. & lib. 12. cap. 1.*

3. Certè vt ſcientiſſimi gubernatoris eſt, omni ſe ventorum mutationi accommodare: ſic prouidi Magiſtratus eſt, aptare ſe tempori, omnique hominum genio. Hinc *Thomas Morus* lib. 1. Vtopiæ, eos maximè laudat, qui mentem ſuam aptè, cùm vſus poſtulat, circumagere ſolent. Nequeunt enim cauti & ſagacis viri eſt, cum periculo vellis remiſque portum petere, quem commoda velificatione aſſequi poteſt. Nec prouidi eſt nauclerj, commoto procellis & tempeſtatibus mari, naufragium potius excipere, & ſubire, quàm obliquis curſibus periculum deprecari. Si receptis vſu vitijs mederi non queas ex animi tui ſententia, inquit Morus, non ideo tamen deſerenda Reſp. eſt; & in tempeſtate nauis deſtituenda eſt, quoniam ventos inhibere non poſſis.

4. Magiſtratus eſt noſſe Remp. & cognitos ciuium habere mores. Hoc cùm negligitur, aut ignoratur, fit, vt tum in conſilijs dandis, tum negotijs alijs publicis ἀστοχίαι, & διαπτώσεις, aberrationes à ſcopo, & lapſus turpes ac pernitioſi plurimi oriantur.

Cic. de Orat. Ariſt. in Rhet.

(***)

SIGNVM. LXIV.

PRVDENTER ALIOS REPREHENDERE.

IN taxandis alijs prudẽs requiritur moderatio, ne, vt Chrysostomus ait, dum rupturam sarcire volumus, maiorem diruptionẽ faciamus; collapsaq; cupientes erigere, casum grauiorẽ inferamus. *M. Iun in quæst. Pol.*

Hanc ad rem requiritur 1. ne alieno tempore vsurpentur vituperationes. 2. in dicendi libertate dematur amor cæcus nostri: caueatur, ne aliquam priuatim ad nos pertinentem rem, veluti læsi, aut dolentes, exprobrare videamur, quod non beneuolentiæ, sed iræ indicium, neque admonitionis loco accipitur. *Plut. de discrimine adulatoris & amici.* 3. mala libertatis condimenta remoueantur, contumeliæ, risus, infectatio falsa, scurrilitas. 4. Occasionis neglectio vitetur. Itaq; inter pocula, & apud ebrios παῤῥησία abstineatur. Nubem enim serenitati inducit, hoc qui non obseruat, & periculũ sibi creat, (quòd animi ob vinũ ad iram præcipites sunt:) nec est dissimilis canibus ignauis, qui ad mensam latrãt, mutire aliàs non audent. *Ibid.* 5. apud eos libertate vtendum, qui secundã & ad voluntatem fluentem, nõ aduersam fortunam habent, & nimij spiritus libera reprehensione retundendi sunt. Qui homini afflicto & calamitoso παῤῥησία molestus est, idem facit, ac si quis oculo conturbato atque inflammato medicamentũ adhibet, quod visum auget, sed nihil de dolore imminuit. Nutricum hic mos obseruandus est, qui cadẽtibus pueris nõ accurrunt, vt maledictis incessant; sed erigunt, abluunt,

Iuunt, ſedant; poſt demum ad obiurgationes & caſtigationes veniunt. 6. libera adhibenda eſt increpatio, cùm inhibendus eſt ad voluptatem, iram, contumeliam impetus factus; aut auaritia excutienda, aut habitus alius ſtultus animi oppugnandus. 7. caſtigatio ſub aliena perſona fiat: alij obiurgentur, qui eodem vitio, quod reprehendendum laborant. Sic cùm *Ammonius* animaduerriſſet, diſcipulorum quoſdam prandio non ſimplici fuiſſe vſos, puerum ſuum à ſeruo verberari iuſſit, quòd abſque aceto prandere non poſſet, ſimulque in diſcipulos ſuos reſpexit. 8. non coram multis, ſed priuatim obiurgationes inſtituantur. Oportet enim tanquam morbi turpis, ita etiam peccati detectionem atq; ſanationem occultam eſſe. Non tam ebrietas fecit, quòd ita grauiter *Clyti* obiurgatione commotus *Alexander* fuit, quàm quòd multis coram teſtibus eam vſurparit. 9. culpæ & peccati communicatio adhibeatur, ſi quę obijciũtur alijs, etiam in ſe quis agnoſcat. 10. admiſceatur laus & commẽdatio eius, qui reprehenditur: ſiquidem nec inflammato oculo lumen obijci clarum debet; neq; affectu concitatus animus libertatem, obiurgationemque meram admittit. Et vt ferrum ignis primò vi laxatum atq; emollitum, deinde frigidæ immiſſum dẽſatur, ac duritiem conſequitur: ita amicis, poſtquam eorũ laus, animos calefecit, paulatim, quaſi tinctura loco, reprehenſio adhibenda libera eſt. Ac veluti Medicus ſomno, ac victu morbũ depellere; quam caſtorio, vel ſcammonio malle: ita benignus Magiſtratus laude potius, quã vituperatione admorum correctionẽ vti gaudet. 11. poſt reprehenſionem acrẽ lenia adhibeãtur. Vt Medici, vbi ſectionem

nem adhibuerint, non affectam partem in dolore relinquunt; sed hunc, placidè rigando ac perfundendo amoliuntur. (*Plut. ibid.*) 12. Ostēdatur, nos hactenus longè melius de aliquo iudicasse & sensisse, quàm reipsa nunc deprehendamus. 13. proferātur, ac cōmendentur præclara tū dicta, tū facta parentum, aut maiorum. Hæc enim, nisi extremè improbi extiterint posteri, eos emendant, ac corrigunt. 14. Conuitia & maledicta vitentur; si maledicentibus respondendū, & eorū ora obturanda, respondeatur breuiter, sine ira & bile, cōmotione ac stomacho: adhibeatur mansuetudo, ac lenitas: vsurpetur iocus & gratia quædā, quæ tamen mordeat. Nam maledicta, & conuitia magis maledicentem deformant, ac pudore suffundunt, quàm eum, cui maledicitur. Eadem magnorū negotiorum cōfusionem faciunt, ita vt sæpe negletis rebus personalia tractentur. Hisce de caussis necessum est, vt qui claues Reip. tenens, ad gubernacula sedet, prudenti in reprehensionibus & pœnis vtatur moderatione.

SIGNVM LXV.

PVBLICA COMMODA ANTEPONERE priuatis, & populi vtilitati magis, quàm voluntati consulere.

QVi norunt se ad Magistratum euectos esse, non vt proprijs inseruiant commodis, & vtilitati; sed vt multitudinis bono prospiciant, ad illud omnes suas dirigunt actiones, vt cōmunitas & populus felicitatē cōsequatur. Moderatori vrbiū beata vita ciuium proposita esse debet: (*Cic. 5. de Rep.*) vt opibus firma, copijs locuples, gloria

ampla, virtute honesta sit: non vt is se molliter curet; sed vt per ipsum subditi bene beateque viuant: (*Xenoph. in memorab. Socr. lib.3.*) cùm ciuiũ tutela, non seruitus, illi tradita sit: (*Seneca lib.1.de Clem.*) nec Respublica eius sit, sed ipse Reipublicæ, vt inquit *Claudianus ad Honorium. Liu. lib.11.* res priuatæ semper obsunt publicis. *Publica priuatis anteferenda bonis.* Dicitur publicum (res publica, res ad populum pertinens) quasi populicum, quod ad omnes de populo pertinet, vel pertinere potest. Vt tutor pupillo, vir vxori; sic Magistratus Reip. prospicere debet. Gluch/ vnd billich wirt er laug. *Cicero 1. de Offic.* ait: Qui Reip. præsunt, duo præcepta *Platonis* (4. & 6. *Polit.*) tenere debent. Vnum, vt vtilitatem ciuium sic tueantur, vt quidquid agant, ad eam referant, obliti commodorum suorum. Alterum, vt totum corpus Reip. curent, ne cùm partem aliquam tuentur, reliquas deserant. Vt enim tutela, sic procuratio Reip. ad vtilitatem eorum, qui commissi sunt; non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est. *Hadrianus Imp.* & in concione, & in Senatu dictitabat, ita se Remp. gesturũ, vt sciret populi rem esse, non propriam. *Spartian. Iustinianus* (*l. vnica, §. hæc autem, Cod. de caduc. toll.*) ait: Quod cõmuniter omnibus prodest, hoc rei priuatæ, & vtilitati Principis præferendum. Et (*l. 23. Cod. de nuptijs*) Imperialis benenolentiæ proprium esse omni tempore subiectorum commoda inuestigare. *Arist. 8. Pol. cap.* 10. inquit: Tyrannus suum ipsius commodum spectat, & quærit: Rex subditorum. *Cicero lib. 8. ad Attic. epist. 11.* ait: Vt gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria; sic Reip. moderatori beata ciuium vita proposita est:

est. Cùm *Dauid Rex* ob suum peccatum conspiceret subditos diuinitus esse percussos, conuersus ad Dominum exclamauit, dicens: (2. Reg. 24.) *Ego sum, qui peccaui: isti, qui oues sunt, quid fecerunt? vertatur, obsecro, manus tua contra me*, &c. salutem subditorum sua ipsius salute habens chariorem.

SIGNVM LXVI.

RECREATIONES DVNTAXAT honestas subditis permittere.

REcreationes, & exercitationes corporis sunt permittendæ, 1. quia nulla res potest continuum laborem ferre.

Quod caret alterna requie, durabile non est.

Ouid. epist. 4. 2. ijs augetur robur corporis, membra dilatantur, 3. valetudo conseruatur, dum humores crassi consumuntur, corporis membra indurantur, natiuus calor augetur; vt contra quies & otio destruitur. Hinc Cicero Tironi suo prescribit περίπατον σύμμετρον, moderatam inambulationem, *in Epist. 16. Fam. 4.* alacritas in laboribus excitatur; fastidium, quod exnimia laborum continuatione oriri solet, leuatur, 5. recreatio est medicina tristitiæ, & melancholiæ. Musæus: Dulcius est nihil cantu (Musica) mortalibus ægris, (fortunæ telis confossis.) Musica fessa corporis membra reficit, spiritus attonitos vinaciores reddit, vires sepultas excitat, ipsum animum deiectum mirificè erigit, & confirmat. 6. lyra & nerui ex remissione conseruantur, ex assidua intensione franguntur: & nouales, licet

alternis interquiescant annis, eam tamen cessationem vbertate compensant: perpetuis laboribus vires corporis, meditationibus vires mentis franguntur, & exhauriuntur, si honesto otio non recreentur. *Maior post otia virtus.* Cicero κακοστομαχία, ventriculi imbecillitate laborans, corporis exercitationibus habitum bonum sibi comparauit. (*Plut.*) vt & *Seneca* de se scribit, quòd catarrhis & distillationibus, à quibus affligebatur, solitus fuerit deambulatione succurrere. *Epist. 79. Germani* veteres filios suos non poculis indulgere, sed operam dare exercitationibus voluerunt, quò viri aliquando facti, optimi milites essent. (*Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 25.*)

SIGNVM LXVII.

REFORMATIONEM ECCLESIÆ *procurare, seu potius promouere.*

Iustinianus Imp ad felicem successum belli Gothici viâ sibi aperire putauit, si, vt Ecclesiastici Canones obseruarentur, inuigilaret. Hinc *Nouella 6.* ait: Maxima in hominibus sunt dona Dei superna collata clementia, Sacerdotium, & Imperium: & illud quidem Diuinum ministrans; hoc autem humanis præsidens, ac diligentiam exhibens: ex vno eodemque principio vtraque procedentia humanam exornant vitam. Ideoque nihil sic erit studiosum Imperatoribus, sicut Sacerdotum honestas: cùm vtiq; & pro illis ipsi semper Deo supplicent. Nam si hoc quidem inculpabile sit vndique, & apud Deum fiducia plenum: Imperium autem rectè & competenter exornet tradi-

traditam sibi Remp. erit consonantia quædam bona, omne quidquid vtile est humano conferens generi. Nos igitur maximam habemus solicitudinem circa vera Dei dogmata, & circa Sacerdotum honestatem, quam illis obtinentibus, credimus, quia per eam maxima nobis dona dabuntur à Deo, & ea, quæ sunt (adepta,) firma habebimus, & quæ nondum hactenus venerunt, acquiremus, &c. Adhæc, quòd probè sciret spē omnem Ecclesiasticę disciplinæ in eo esse repositam, si qui præsunt Ecclesijs, Sacerdotes, à quibus sunt alij illustrandi, ipsi sint superna luce respersi, in hoc laborans, vt præscriptæ de his à Patribus Leges seruarentur, subiungit: Sancimus igitur, sacras per omnia sequentes Regulas, &c. significans, quæ sacris essent Canonibus constituta, seruanda se proponere: non autem de personis vel rebus Ecclesiasticis ferre legem. Et inter alia multa, cohærentes vxori arceri voluit à Sacris Ordinibus. *Baron. Tom. 7. Anno Christi* 385.

SIGNVM LXVIII.

RELIGIONEM CATHOLICAM strenuè propugnare, & propagare.

1. EXtat *lib. 1. Cod. de Summa Trinit. Gratiani, Valentis & Theodosij Imperatorum* hæc Cōstitutio: Cunctos populos, quos Clementiæ nostræ regit imperium, in tali volumus religione versari, quam D. Petrum Apostolum tradidisse Romanis religio vsque adhuc ab ipso insinuata declarat.

2. *Constantinus Magnus* scribit ad Celsum A-

fricæ Vicarium: (apud *Baron. Anno Christi* 316.) Nequaquam me aliter maximũ reatum effugere posse credo, quàm vt hoc, quod improbè fit, minimè existimẽ dissimulandum: cùm nil potius à me agi pro instituto meo, ipsiusq; Principis munere oporteat, quã, vt discussis erroribus, omnibusq; temeritatibus amputatis, verã Religionẽ vniuersos, concordemq; simplicitatẽ atq; meritã Omnipotenti Deo culturã præsentare perficiã. Isai. 49. *Erũt Reges nutritij tui, & Reginæ nutrices tuæ.* Religio est vinculũ Imperij, cõseruans, & dissolués.

3. *Theodosius Imp.* in Nouella de Iudicibus, ita loquitur: Inter cæteras solicitudines, quas amor publicus peruigili cogitatione nobis indixit, præcipuam Imperatoriæ Maiestatis curam esse perspeximus veræ Religionis indaginem, cuius cultum si tenere potuerimus, iter prosperitatis humanis aperimus incœptis.

4. Iustinianus in *Nouella de Episcopis* ait: Nos omni prouidentia curã Ecclesiarum gerimus, per quas & Imperium nostrum sustineri, & publicas res per clementiam Dei & gratiam muniri existimamus.

5. *Carolus Magnus*, apud *Sigonium lib. 4. de Regno Italiæ*, ait: Si Ecclesiarum Dei seruis Magnificentiã nostram impertimus, eorumq; studijs libenter obsequimur, id nobis ad Augustalis Excellentiæ culmen proficere credimus, &, quod cunctis pretiosius est dignitatibus, æternum retributionis præmium capessere non diffidimus.

6. Reges Franciæ, Angliæ, Hungariæ, Poloniæ, dum Regno inaugurantur, hoc in primis iureiurando promittunt, se fidei Catholicæ Romanæ assertores & vindices futuros, Ecclesiamque & pacem

pacem perpetuam defensuros. Quanta autem cũ felicitate Remp. gubernarint Principes & Magistratus, quotquot verè fuerunt Catholici, lege in Theatro meo Historico. Pœnas Religionem & Ecclesiam oppugnantium, vide in Theatro Vindictæ Diuinæ.

SIGNVM LXIX.

NVLLAM ALIAM TOLERARE RELIgionem, quàm Catholicam Romanam, ac proinde Hæreses, quoad fieri potest, extirpare.

S. Augustinus, exponens verba Dauidis Regis ad Reges, Psalm. 2. *Seruite Domino in timore*, ait: Quomodo Reges seruiunt *in timore*, nisi ea, quæ contra iussa Domini fiunt, religiosa seueritate prohibendo, atque plectendo? aliter enim seruit, quia homo est: aliter, quia etiam Rex est. Quia homo est, ei seruit viuendo fideliter: quia verò etiam Rex est, seruit Leges, iusta præcipiendo, & contraria prohibentes, conuenienti rigore sanciendo.

Hinc omnes pij & Deo chari Reges in Veteri Testamento Idololatriam & quidquid veræ Religioni aduersabatur, diligenter propulsarunt. In Nouo Testamento Christus Hæreticos appellat Pseudoprophetas, lupos rapaces, fures, & latrones. (*Matth.* 7. 15.) D. Paulus, (*2. Cor.* 11. 13. 2. *Tim.* 3. 4. *Tit.* 3 11.) operarios subdolos, blasphemos, scelestos, proditores, proprio iudicio cõdemnatos. S. Petrus, seruos corruptionis, eorumque doctrinam sectas perditionis, quibus se, aliosque perdant.

dant.(*epist.2.cap.2.1.*)S.Ioannes,(*epist.1.cap.1.18.*) Antichristos & seductores. B. Iudas, arbores infructuosus,bis mortuas , fluctus feri maris, despumantes suas confusiones. S. Ignatius confert eos cùm rabidis canibus , basiliscis,& squamosis draconibus.Cyprianus cũ lupis. Ambrosius cum noctuis &vulpibus.Hieronymus cum scarabæis. August. cũ cimicibus. Vincentius Lyrinensis cũ viperis,ranis,& muscis morituris.Clemens cum Idololatris.Cur igitur Magistratus eos tolerarẽt Optimè optimi quique Imperatores non aliam, quàm Catholicam Religionem, pulsa Idololatria & hæresi,coli ab omnibus voluerunt: *Arcadio* suasit *S.Chrysostomus*, vt mallet Imperij iacturam facere, quàm Gaynæ Duci templum pro Arrianis Constantinopoli indulgere,dicens: Quemadmodum,ô Imperator, si quis Coronæ tuæ pretiosis & fulgentibus gemmis micanti vitri partes,aut viles lapillos admisceat, pretium & splẽdorem minuet:ita si in eadem Ecclesia Catholicis hæreticos coniunxerit, quos vel errorem recognoscere, vel ciuitate exturbari oporteat, fulgentem eiusdem Coronam vitiauerit. *Sozom.lib. 8.cap.4.vide 89.signum boni Clerici.* Martianus seuerè vetuit, ne quod semel in Concilijs Patrum decretum esset,in quæstionem vocaretur.*Cod de Summa Trinit. l. nemo.* S. *Ludouicus Gallia Rex*, morti proximus, filio Regni successori hoc maximè demandauit, vt hæreticos& schismaticos è Gallia exstirparet. (*Nauel.gener.18.*) In Synodo Oecumenico Lateranensi,sub Innocentio *III.* celebrata,proposita etiam graui pœna Principibus & Magist.imperatum est, vt finibus suis hæreticos,idque iureiurando promitterent.Leo:Regia

potestas

potestas non solum ad mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiæ præsidiũ Pſincipib. est collata.

SIGNVM LXX.

AMARE RELIGIOSOS.

Fauere Religiosis.

MAnebat quidam Monachus AEgyptius in suburbano Constantinopolitanę vrbis, & dum transiret *Theodosius Iunior imp.* per illam viam, reliquit omnes, qui in obsequio eius erant, & venit solus in cellam eius, & pulsans ad ostiũ Monachi, aperuit ei Monachus. Videns autem eũ, cognouit quia Imperator esset, sic tamen suscepit eum, tanquam vnum ea officio militantium. Cũ ergo introisset, fecerunt orationem, & sederunt. Cœpit autem eum interrogare Imperator, dicés, quomodo sint Patres in AEgypto. Et ille: Orant pro salute nostra omnes. Imperator autem circumspiciebat in cella eius, si quid haberet, & nihil ibi vidi, nisi paruam sportulam, habentem modicum panis, & lagenam aquæ. Et dixit ei Monachus: Gusta modicum. Et infudit ei panem, & misit oleum, & sal: & manducauit, & dedit ei aquam bibere. Dixit autem ei Imperator: Scis quis sim ego? Et ille dixit ei: Deus te scit quis scis. Tũc dixit ei: Ego sum Theodos. Imp. Ille aũt statim adorauit, salutans eum humiliter. Et dixit Imp. Beati estis vos Monachi, qui securã vitã habetis, & nõ cogitatis de hoc sæculo. Veritaté dico vobis, quia licet in Imperio natus sim, nũquã tamen delectatus sum, sicut hodie, pane & aqua: satis. n. & libenter comedi. Et cœpit ex tũc honorare eũ Imp. Senex autem egrediens fugit, & iterum venit in AEgyptũ. *Vit. Patr. part. 2. cap. 14. de Humilitate. Vide Baron. Tom. 5. Anno Christi* 425.

2. Rd-

2. *Raymundus Barchinonensis Comes* suas ditiones omnes firmius communit, quòd trecentas Ecclesias ædificauit, & maximis dotibus locupletauit, quàm si armis, munitionibusque quibuscunque munijsset. *Francisc. Tarafa rerum Hisp. in Alfonso* VIII.

3. *S. Bernardus* centum sexaginta Monasteria cum sex germanis fratribus Monachis exædificauit. *Antonin, tit, 17. cap. 5. Naucler. 37.* (Terribilis castrorum acies ordinata. Exercitus buccinis, (oratione) & lucernis, (bonis operibus) & testeis vasis, (sensibus,) contritis vincunt. *Iudic. 6.*)

4. *S. Luanus* centum Monasteriorum fundator extitit tum in Hybernia, tum in Scotia. *S. Bernard. in Vita S. Malachiæ.* Vbi etiã narrat in Gallijs *S. Columbanum* Lexouiense construxisse Monasterium in gentem magnam, & adijcit: Aiunt tam magnam ibi fuisse multitudinem, vt succedentibus sibi vicissim choris continuarentur solemnia diuinorum, ita vt ne momentum quidem diei aut noctis vacaret à laudibus. Sic nec Ecclesia *Misnensis* nulla hora, momentum nullum vacat à sacrorum cantu Psalmorum. *Hieronym. Emser in vita S. Bennonis Episc. Misnensis, in Præfat. Sur. Tom. 7. mense Iunio.*

5. *Beda lib. 2. Hist. Angl. cap. 2.* refert, in vno cœnobio vltra bis mille Monachos fuisse. *Sophronius in Prato Spirit. cap. 113.* in vno Monasterio fuisse Patres quasi ter mille & quingentos. *Theodoretus in Philotheo cap. vltimo*, in AEgypto quinque ferè hominum millia in Monasterijs habitasse. Subvenius *Serapionis* Abbatis disciplina in AEgypto erant Monachi decies mille. *Invit. Patr. part. 1.* in Thebaide in vno cœnobio mille quadringenti.

Vin-

Vincent. hist. lib. 17. cap. 72. Antonin. part. 2. tit. 15. cap. 7. §. 2. in Gallia in vno Gimesiensi Monasterio nongenti Monachi. *Sur. Tom. 5. mense Septemb.* in vnico Britanniæ Monasterio Virgines quingentæ. *Sur. ibid.*

6. Anno Christi 888. Rex seu Imp. *Arnulphus*, vti & antea fecerant *Carolus Magnus*, & *Ludouicus*, cœnobio *VVerdensi* quædam Priuilegia dedit, quæ postea *Henricus* I. Anno 931. *Otto* I. Anno 936. *Otto* II. Anno 974. *Otto* III. Anno 985. *Henricus* II. Anno 1002. *Conradus* II. Anno 1024. *Henricus* III. Anno 1040. *Henricus* IV. Anno 1098. *Henricus* V. Anno 1112. & sequentes Imperatores his verbis confirmárunt: Si seruorum Dei petitionibus, quas pro Ecclesiarum sibi commissarum vtilitatibus nobis suggesserint, clementer annuerimus, id nobis ad perpetuæ beatitudinis præmia promerenda liquidò profuturũ credimus, vel id nos procul dubio ad præmia æterna capessenda liquidò perducet. Cùm etiam Imp. *Arnulphus* Anno 896. Monasterio Virginum zu **Müllenbeck** in diœcesi Mindẽsi, quod Anno 1441. datum est Fratribus Regularibus, insigne daret Priuilegium, in eo his vtebatur verbis: Cùm loca cultui Dei dicata promouere, & nostra ope augere studemus, æterni Regni portionem nos ob hoc adepturos liquidò confidimus.

Nota quid senserint de meritis bonorum operum.

7. Anno 1233. *Theodoricus* exauthoratus iam Episcopus Monasterienſis, tamen in Priuilegio, cuidam Monasterio dato, his vtitur verbis: Tam ex pietate, quàm ex officij nostri ratione Religiosorum Ecclesias ab hominum iniurijs defendere cupimus, quatenus ipsarum Ecclesiarũ orationes tanto efficacius nobis perueniant ad salutem.

8. In

2. *In* Vitis Sanctorum Patrum *part.*1. dicitur de ciuitate Thebaidis Oxirincus dicta, quòd fuerit refertissima Monachis, & per totam ciuitatem multo plura fuerint Monasteria, quàm domus ciuium: imò nullum angulum eius Monachorum habitationibus vacasse, & Monachos vrbem totam quasi vnam Dei Ecclesiam fecisse, nullum ibi inuentum esse hæreticum &c. sed viginti millia Virginum, & decem millia Monachorum. Cues, si vidissent peregrinum, aut pauperem, inter se certasse, vt ei necessaria possent suppeditare.

Partes omnes vrbis colluſtratæ lapidibus viuis. Monachorum & Virginũ.

SIGNVM LXXI.

NVLLO MODO PARENTIBVS *exhæredationem liberorum Religionem ingredientium permittere.*

1. IVre *Ciuili* iubetur semper relinqui portio legitima ijs, qui Religionem elegerunt. (Fusius hæc P. Leonard. Lessius *in Disput. de Statu Vitæ deligendo, quæst.*11. *& lib.*2. *de Iust. cap.*18. *dub.* 15.) Iustinianus enim Imp. *Nouella* 123. *cap.*38. ita statuit: Si qua mulier, aut vir Monasticam elegerit vitam, & intrauerit Monasterium, filijs non extantibus, Monasterio, quod ingreditur, res eius competere iubemus. Deinde de ijs, qui liberos habent, præcipit, vt parens, Religionem ingressurus, relinquat liberis in sæculo manentibus portiones suas, & reliquum in Monasterium conferat, nulloque casu vult Monasterium priuari portione legitima, perinde ac si ipsum censeatur in numero filiorum. Eadem habentur *Authent. si qua mulier, Cod. de sacrosanctis Eccle-*

sijs.C

sis.Cap.41.eiusdem Nouella ita statuit:Nullã damus licentiam aut parentibus filios, aut filijs parentes, sæcularem vitam relinquentes, velut ingratos à sua excludere hæreditate, ob causlam, quæ religiosam vitam antecesserit: & vult eam causlam. quæ sufficiens erat ad exhæredandũ filiũ ante ingressum in Religionem, per ingressum extingui, ita vt ob illam nõ possit amplius sua legitima priuari. Si tantus est fauor ingressus, vt eum, qui per crimen iam exciderat, in integrum restituat,& ingratitudinis notam deleat;cuius animi erit,filium,nihil commeritum,ob ipsum ingressum excludere?Vide eandem *Nouellam cap.* 37.& consule Doctores:*Siluestrum*,verbo Hæreditas 4.q.vlt.& alios,qui Summas scripserunt:& *Felinum*, in cap.in præsentia,n.37.de probationibus, vbi plurimos citat. Voluerunt enim Iura, postquam pretium castitatis & religionis in media Luce Euangelica innotuit, omnia submouere, quæ à Religione capessenda possent retrahere.

2. In *Iure Canonico* 29. q. 3. cap. Si qua mulier, & cap. non liceat,habetur eadem Constitutio,in Ius Canonicum relata. Vnde S. *Gregorius*, epistol.7. lib. 7. indicat illam Constitutionem ab Ecclesia esse receptam, & in iudicijs seruandam.

3. *Saluianus Episcopus Massilienſis* hanc rem ex professo tractat.Hic vixit temporibus S. Augustini, & scripsit libros 8. de Prouidentia,& 4. alios contra Auaritiam Christianorum. Vtroque Opere persequitur, & deplorat vitia Christianorum, & ostendit propter eorum multitudinem

tudinem & enormitatem inundasse flagella per Orbem Romanum, Barbaris omnia inuadẽtibus, & occupantibus. Hic *lib.3.cõtra Auaritiam*, inter cætera ait: Si qui à parentibus filij offerantur Deo, omnibus cæteris postponuntur oblati: indigni iudicantur hæreditate, qui digni fuerunt consecratione: ac per hoc vna tantùm re viles parentibus fiũt, quia cœperint Deo esse pretiosi. Ex quo intelligi potest, quòd nullus penè apud homines vilior est, quàm Deus: cuius vtique sit despectione, vt eos præcipuè filios spernant parentes, qui ad Deum cœperint pertinere. Quibus verbis ostendit, impium esse, & in Dei iniuriam redundare, filios caussa Religionis vilescere. Deinde tres adfert caussas, cur istis filijs sua debeat dari portio. 1. vt ipsi sustententur, nec oneri sint Religioni: iniquum enim est, si tua diuitibus relinquas, & ipse pauperibus sis oneri. 2. vt Monasterium locupletetur, ad alendos plures Dei ministros, ad augendum cultum Diuinum, ad maiores erogandas eleemosynas. 3. vt filius plus mereatur, sua, iuxta Christi consilium, (*Matth.* 19.) pauperibus, non diuitibus distribuens, liberè ac sponte diuitijs renuntians, & se exuẽs, & paupertatem amplectens. Quartam caussam postea subdit, ne in Deum sis ingratus, eum exhæredem faciens, à quo omnia accepisti. Deinde ridet eos, qui filios Religionem intrantes priuant, ne bona veniant (vt ipsi loquuntur) ad extraneos, hoc est, ad seruos Dei, vel ad ipsum Deum, cui in seruis suis datur, vel adimitur; quique in suis ministris hæres instituitur, vel exhęredatur. Cùm vos, ait, ideo plus relinquere ex patrimonio vestro filijs religiosis deberetis, vt aliquid ad Deum ex facultà-

cultatibus vestris saltem per filios perueniret, ideo filijs non relinquitis? ne illi habeant Deo quod relinquant, magnificam repensantes beneficijs sacris vicissitudinē, dū id studiosissimè procuratis, ne vel per vestros aliquid honoris Deus habere possit, cùm vos omnia per Dei munus habeatis. Non exigimus, vt vestrā Domino largiamini, aliquid Deo de suo reddite. Cur tam auarè, tā impiè agitis? Non est vestrum, quod denegatis. Iniquum ergo arbitramini, vt sæcularibus filijs religiosos filios substantia pares esse faciatis? id ergo agitis, vt pœniteat eos cœptæ Religionis, quos Religio apud vos fecit viles. Quid enim est aliud, quàm Religionem interdicere, ob Religionem despectui habere? Post hæc probat, non satis esse, vsum fructum portionis legitimæ liberis relinquere, &ait: In vsu quotidiano est, vt fertii Romana à dominis libertate donentur, in qua scilicet & potestatem peculij capiunt, & ius testamentarium consequuntur, ita vt & viuentes, cui volunt, res suas tradant; & morientes donatione transcribant, &c. Quanta domini illi cum libertis melius agunt, quàm tu cum liberis? illi quæ donāt, perpetuo iure donant, tu temporario: illi testamenti faciendi arbitrium dant libertis, tu tollis liberis, &c. Asserit deinde filios religionem intrantes habere quidem non liberos; sed pauperes Dei, qui sint illis filiorum loco: habere Fratres suos spirituales, cum quibus viuant, & quos post se relinquant: habere Christum, quem in membris suis faciant hæredem: habere animā suā, cui hoc beneficiū impendāt. Stultissimū esse, si turus mox ad Tribunal, & tremendum iudiciū Dei, cogites vt sæculares filij res tuas comedant,

seu opibus & diuitijs ad breue tempus circumfluant; & non sis solicitus, vt animæ tuæ in æternitatem consulas. Quam amentiam, quia plurimorum animos occupauit, fusè insectatur. Cogitas, ait, quàm bene alij post te viuant; non cogitas quàm malè ipse moriaris, &c. Exspectat te egressurum de vita ista officium Tribunalis sacri, exspectant tortores angeli, & immortalium tormẽtorum terribiles ministri; & tu futuras post te hæredum mundialiũ voluptates animo volutas? &c. Numquid succurrere hoc tibi inter supplicia sũma poterit, &c. Subdit deinde: Relicta immoderatè filijs facultas, parentũ est sempiterna mẽdicitas; ac per hoc nulli parentibus magis noxij, quã filijnimis amati: dum.n. illi patrijs bonis affluũt, parentes in sempiternitate cruciãtur. Ostẽdit hoc exẽplo diuitis Epulonis, qui etsi hæredes suos ditârat, hoc tamen nihil illi proderat. Postea ostendit auaritiam istam parentum proficisci ex quadam infidelitate, quòd futura præmia, & supplicia; Tribunal illud terribile, & examen strictissimum, ex animo non credant. Cogitare te, ait, aliquid de salute animæ tuæ ais, cui nullus est anima tua vilior, apud quem prope nõ interest, cui profis, modò tibi noceas? Et credere te futurum iudicium dicis, apud quem nullus est minor, aut despectior, quàm ipse iudex. Clamat tibi ecce morienti ipse, qui te iudicaturus est, iudex tuus, ne vllum omnino hominem in erogandis rebus tuis, plus quàm te ames; ne vlli de substantia tua moriens magis, quàm tibi consulas; nullum tibi anima tua propinquiorem, nullum iudices chariorem. *Quid enim* proderit *homini*, inquit Saluator, (*Matth.16.*) *si lucretur mundum totum, & detrimentum* faciat *anima suæ? aut*

Hæc ἀναισθησία est pœna auaritiæ.

quam

quam dabit homo commmutationem pro anima sua? hoc est dicere: Quid tibi proderit, si totum mundum aut ipse habeas, aut tuis posteris relinquas, & ipse salutis atque animæ detrimentum patiaris? &c. Nec dubites saltem moriens pro anima tua quantum potes rei tuæ ac facultatis offerre: quidquid enim dederis pro te, vile est; quidquid pro te obtuleris, parui pretij est: quia anima tua in omniũ rerum est comparatione pretiosior. Et ideo non dubites pro te dare, quia si te amiseris, omnia in te perdis, &c. *Fili*, inquit Scriptura Sãcta, (Syr. 14.) *si habes, benefac tecũ, & Deo bonas oblationes offer.* Et alibi (Syr. 30.) *Miserere*, inquit, *animæ tuæ*, &c. Hæc, & alia multo plura doctissimus ille Episcopus, Zelo Dei plenus, ad Ecclesiam Catholicam pro reformatione disciplinæ, & salute filiorum eius 4. libris prosequitur.

4. Eadem inhumanitas multis rationibus potest improbari. 1. quia filij non possunt exhæredes fieri, nisi ob crimen aliquod grauæ commissum in parentem, vt habetur *Nouella* 115. *cap.* 3. vbi illa crimina numero 14. recensentur, vt si filius in parentem manus iniecerit, si grauem ei contumeliam irrogârit, si patrem criminaliter accusauerit, extra causam boni publici, &c. si versetur cũ maleficis, si maleficus efficiatur, si hæreticus, &c. Atqui intrare Religionem, nullum est crimen, nulla est iniuria in parentem; sed res laudabilis, & familiæ honorifica: ergo nõ potest ob eã causã priuari. 2. filia non potest sua dote, aut legitima portione destitui propter nuptias inuito patre initas: tum, quia nemini per hoc fecit iniuriam, cũ Iuris permissu sic contraxerit: tũ, quia impediretur libertas Matrimonij, si posset ob talẽ causã

priuari. Ita communiter tradunt Doctores, teste *Panorm. in cap. 1. de despons. impuberum*, & *Couarr. in 4. Decretal. p. 2. §. 8. n. 5.* Ergo multo minus filius vel filia potest priuari propter ingressum Religionis: quia in ea re sequitur consilium Christi, & vtitur iure, quod Christus ei concesserit, ac proinde fit ei manifesta iniuria, si idcirco priuetur. *Concil. Trident. Sess. 25. cap. 16. 17. 18.* 3. Est quædam iniuria in Christum. Nam priuare filiũ hæreditate, quia obsequio Christi se mancipat, quid aliud est, quàm Christi obsequium vile ducere, & filium minoris æstimare, minusque amare, quòd Christo se consecrârit? Sicut si quis filiũ suũ abdicaret, eò quòd addicat se obsequio Principis, videretur iniurius in Principem, qui per hoc se contemni interpretaretur. Est etiam quædam Christi exhæredatio. Non enim Christus à nobis hæres, vel exhæres scribi potest, nisi ratione famulorum suorum, quibus quod facimus, ipsi Christo facere censemur, iuxta illud Domini Matth. *25. Amen dico vobis, quòd vni ex his fratribus meis minimis feciſtis, mihi feciſtis.* Itaque qui Monasterio, vel filio religionem ingredienti suã portionem tribuit, vel hæreditatem relinquit, Christũ hæredẽ facit: & perinde à Domino acceptatur, ac si ipsemet inde commodũ reportaret. Qui verò filiũ intuitu Religionis sua portione priuat, Christum exhæredẽ facit, nec minus id ab ipso sentiens, quàm si in se hoc dãno afficeretur. Itaq; non est quod mirentur, qui talia fecerunt, si familiã suã in graues calamitates incidere, & interdum penitus extingui videãt. Vlciscitur enim Deus iniurias suas, & ab illis, qui ipsum exhæredem fecerunt, suam benedictionem subtrahit;

quæ

qua sublata, omne genus aduersitatum, vel cõfertim irruit, vel sensim irrepit. Hinc infelicia liberorum Matrimonia, damnosi contractus, mercium iactura, sterilitas agrorum, naufragia, incendia, lites, latrones, morbi, quibus substantia exhauritur, & status honoratus euertitur, & familia mœrore conficitur. Poterant istæ calamitates à Deo, qui omnia prœuidet, facillimè prœueniri & auerti; sed quia te indignum præstitisti, statuit non auertere, sed permittere res agi suis motibus: & insuper dæmoni laxat habenas, vt consilia tua dissipet, vel aduersarios tibi suscitet, vel in tuas fortunas sæuiat. Horum nihil permissurus erat, si te in ipsum liberalem præstitisses. Insinuat hoc Dauid *Psalm.* 17. cùm ait: *Cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris*; quibus verbis indicatur, quo modo nos gesserimus erga Deum, eo modo Deum vicissim acturum nobiscum. Si sanctè, & liberaliter; ipse vicissim in nos benignus & liberalis erit: si peruersè & illiberaliter, ipse quoque in nos durus & illiberalis erit. Quid enim iustius, quàm vt is, qui in Deum, à quo omnia accepit, adeò parcus est, & illiberalis, vicissim Deum parcum in se experiatur. Hinc Apostolus 2. ad Cor. 9. *Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* 1. Reg. 2. dicitur: *Dominus pauperem facit, & ditat; humiliat, & subleuat; suscitat de puluere egènum, & de stercore erigit pauperem, vt sedeat cum* Principibus, &c. Et: *Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* Itaque familiarum exaltatio, & degressio; honores, & ignominiæ; paupertas, & diuitiæ; successus

Prosperi, & aduersi; & omnes vniuersim rerum humanarum fortes à Diuina Prouidentia depẽdent, quæ supra omnia hominum consilia, in omnibus dominatur. Simili modo nunquam profuit Reip. vel Regno inuasisse iura Ecclesiæ. Etsi enim videatur ea in re aliquid commodi accedere Statui Politico, illud tamen postea magnis plerumque compensatur cladibus. Permittit enim Deus excitari bella intestina & externa, quibus & regiones vastantur, & ærarium exhauritur, & negotiatio auertitur, & pristina gentis gloria obscuratur, adeò vt centies millies plus damni accipiatur in pœna, quàm fuerit commodi in culpa. 4. quòd inhumani isti parentes faciant contra ius sanguinis, cõtra paternã pietatẽ, contra gratitudinem Deo debitam, contra filiorum honorem, quodque filios suos mœrore afficiant, & quantum in ipsis est, à Religionis ingressu arcent, docet *Saluianus toto libro 3. de Auaritia.* Quis fructus est æternitatis, quæ merces apud Deum sua diuitibus liberis relinquere, ijsque maiorem fastus & luxus materiam suppeditare? magnus scilicet Dei honor, si illi splendidius vestiantur, si lautius comedant, si aulæ & cubilia peristromatis vestita, si domus pretiosa supellectile instructa. Innumerabiles certè sunt, quibus magnæ opes à parentibus relictæ infinitorum peccatorum & æterni exitij causſa extiterunt, qui in mediocritate fortunæ probi & salui futuri erant. Opes enim attollunt animos iuuentuti, vt neminem curet, vt nullius consilio parere, aut monitis velit acquiescere; sed omnia agere suo arbi-

arbitrio, omnia experiri, omni genere voluptatis perfrui. Opes omnium flagitiorum & facultatem, & commoditatem, & audaciam suppeditat: opes studia litterarum & cultum sapientiæ, modestiam, sobrietatem, & castitatem in contemptū adducunt: denique efficiunt, vt animus otio, luxu & inertia diffluens, nihil præclari discat, aut designat. Quantò satius foret opes mediocres cum bona institutione liberis relinquere, quibus & intra rationis gyrum ac modestiam contineātur, & ad labores studiorum, multaque præclara conanda excitentur? hoc modo apud omnes gentes, qui sapientia, & authoritate, siue in Religione, siue in Politica administratione præstant, ij ex mediocri, vel infima fortuna suo labore & industria ad eum dignitatis gradum conscenderunt.

De hac quæstione: *Sintne Ecclesiastici ad suam quotam ordinariam admittendi*, offertur mihi, dum hæc scribo, doctissima disputatio cuiusdam hæreticorum ἀντιχάκων, quam hîc subnectam. *Pro negante parte*, ait ille, pugnant hæretici, externi, hæredipetæ, qui nullos, vel paucos habent sui sanguinis in Clero, & proinde minus erga eum verè afficiuntur, & sentiunt. Eorum argumenta in *septem Rationes* ponemus, & dissoluemus. *Pro aiente* invicta consistit acies optimorum firmissimorumque argumentorum.

1. Consuetudo habet vim legis, adeoque annorum decursu etiam tollit latā legem, vt constat

cuilibet tyroni Iuris, nedum ijs, qui semper præscriptionem iuriflectionibus Ecclesiasticis obtendunt. Nota illa Iurisconsultorum sententia: Celsissimi Iuris esse illa, quæ spacio tanti temporis, cuius initij memoria nulla extet, in vsu & obseruantia fuerint, vimque legis, constituti, concessionis, priuilegij Principis obtinere, & tanti temporis obseruantia non solùm imperium merum & iurisdictionem, sed etiam quæ Principi in modum specialis priuilegij conseruata sunt, præscribi posse, adeò vt probata tanti temporis possessione, vel quasi scientiam & patientiam superioris probare necesse non sit. Ea enim veritati æquipollet, nec titulum, imò ne tituli quidem allegationem exigit, multo minus probationem, etiamsi Ius commune, vel præsumptio Iuris, sit contra præscribentem. Atqui Ecclesiasticos scias hæreditarias portiones ex æquo cum alijs adire, cernereque bona omnia ad se deuoluta à cognatis, est, si non Iuris Diuini & humani, certè consuetudinis immemorabilis. Nam vix fides Christiana in patria nostra est propagata, quando etiá reipsa hæreditas tota ab Ecclesiasticis est adita.

Antiquitas huius consuetudinis.

Primus Episcopus & Apostolus huius ditionis cum fratre *Hildegrino* omnem suam substantiam ad Monasterium VVerdense contulit. Hinc *cap. 39. in Vita*: Quidquid in prædijs, bonis, hæreditatibus proprijs, seu communibus ab eodem, (*Ludgero*) & nobis, (*Hildegrino*, & *Gerfrido* nepote,) nostrisque cognatis, & propinquis accepimus, id totum vobis Deo famulantibus Monachis perpetuò possidendum assignabitur. Episcopo hoc prior mulier illa, quæ à S. *Swiberto* curata fuit, cui

cui non licuisset veterem D. Pauli ædificare, si tum non fuisset permissum bona immobilia, & res suas in Ecclesiasticos & Ecclesias convertere.

B. Ludgerum hac in re secutus est *B. Godfridus*, Cappenbergēsis Comes, qui vnà cum fratre Ottone nō domum aliquam, sed totum Comitatum Ecclesiæ donauit, fundatis egregiè tribus Virginum, & totidem Virorum Monasterijs in Cappenberg, Varle, & Imbsted in Veterauia. Carthusiæ totum patrimonium, cum arce VVedderen, contulit Nobilis Cappel. Hoffringen à duabus sororibus, dictis Hoffringen, approbantibus nostris maioribus, est dotatum. Reinen Erangardis & Mechtildis Beueren Sorores Anno 1344. fundârunt: in alia Ecclesiastica officia alij sua patrimonia elocârunt. Laudauit eos ista ætas, quòd maximas opes hac ratione expenderent, vtque à Deo impulsos, in eo facto confirmârunt iuueruntque.

Contra antiquissimam hanc consuetudinem iunt Monasterienſium furiosorum Anabaptistarum anteambulones aliquanto ante obsidionem, *in Articulo* 14. Nemo ciuis Ecclesiastico quęquam legabit moriturus, aut sacra pro se fieri curabit. *Et* 31. Ciuium filij Ecclesiastici bona hæreditate ad se deuoluta, nulla omnino ratione ad quenquam Ecclesiasticum & Religiosum transferent. Ita tunc Dei Religionisq; veræ iurati hostes, quorum impios Articulos, expugnata vrbe, expugnauit, euertitque victrix Veritas. Fuit enim statutum hoc ante occupatam ab Anabaptistis vrbem: fuit præparatio quædam ad execrabilem in Imperio Anabaptismum, qui Clerum contem-

psit, spoliauit, exterminauit, &c. Post verò iterũ succesſerunt Eccleſiaſtici in hæreditatibus. Hinc sub Episcopo *Ioanne ab Hoya* Anno 1569. per deputatos patriæ secundario Clero hæc clausula fuit exhibita: **Was anlanget / die andere Geistliche** Secundarij Cleri, **dieselbige mügen jhre Eiterliche vnbewegliche anererbte güter/ auch andere vnbewegliche seid- vnd beyfälle ererbte/jhres gefallens Testamentes weiß/oder sonst alieniren.**

Priuilegiũ Caroli IV.

II. Probatur ex *Iure humano.*

1. ex *Bulla Caroli IV.* Clero patriæ concessa singulari ex gratia, in qua huiusmodi Statura contra Clerum sub Banni Imperialis interminatione vetantur, expresseque Domini temporales, nec non Consules Ciuitatum & oppidorum prohibentur iniquas ordinationes facere, puta, quòd nulla bona temporalia in potestatem Ecclesiasticam transferantur, &c. Ita Anno 1376.

2. **Aus dem Religionsfrid** Anno 1555. Augustæ facta, in qua dicitur, Eccleſiaſticos vbilibet residentes, non in sua solùm fide; sed etiam in possessionibus, bonis mobilibus & immobilibus imperturbatos relinquendos à Protestantibus. Potiori certè iure Catholici imperturbatos relinquunt Eccleſiaſticos: & cùm bona à parentibus hæreditate ad filios deuoluta hactenꝰ filiorũ esse iudicata sint & habita, non debẽt Eccleſiaſtici in bonis, quorũ sũt hæredes, cõtra recessus Imperij perturbari ab hęreticis; multo minꝰ à Catholicis.

Semper succeſſerunt Eccleſiaſtici in quotas ſibi à parentibus relictas.

3. Ex *Iuſtiniano Imp.* qui, *in Authent. Coll. 1. Conſt. 3. §. illud, & Coll. 9. Conſt. 15. §. 51.* vult eorum bona, qui Monachi fiunt, statim Monasterijs cedere & relinqui. Quod etiã effectu ipso à S. Benedicto ex-

actum

actã est, qui, vt est in Vita S. Placidi, noluit vt quisquá suis se exueret bonis, priusquá iã Ordiné esset ingressus. Qua occasione Benedictini nõ parũ locupletati sunt. Potestne Ecclesiasticis iure negari, quod Monachis iura tribuũt, *Authent. cassa. C. de Episcopis & Clericis, & l. 1. C. de Sũma Trinit. Vide VVesenb. Cõs. 8. n. 8. t. 1. nõ valet Statutũ, excludẽs Clericos vel Monachos à succeßione parentum.*

4. Eadé est *Summorum Pontificum* sententia. Notum quid *Paulus V.* voluerit sibi, quando anathema interfit in Venetos. Notus Apherismus iste Canonistarũ: Ab intestato succedunt filij æqualiter, quorũ si aliquis sit prę̃mortuus, pro eo succedũt eius filij & nepotes: habetur autem loco filij Monasteriũ capax possessionis propter Monachũ. Nõ dicitur, succedũt filij, si sint sæculares: sed absolutè omnes, adeoq; Monachi. Notũ est in Ecclesia Statutũ, vt possint ordinari super patrimonio.

Censura Pauli V. in caussa Veneta

III. probatur ex *Iure Diuino*. Matth. 19. ait Christus adolescẽti habẽti multas possessiones sibi relictas à parẽtibus: *Si vis perfectus esse, vade & vẽde omnia*, & da pauperib⁹. Nõ inquit: *Vade*, & relinque *omnia*, vel etiã partẽ amicis tuis, vt splendidius vestiãtur, epulẽtur, architectẽtur: sed simpliciter dicit: *Vade*, supponensq; dominiũ ipsi etiam adesse, addit: *Vende omnia*, quo dominiũ adolescẽtis super res suas oẽs ostẽdit: vẽdere namq, rem, domini est. Iterum D. Paulus *ad Gal.* 4. inquit: *Quòd si filius, & hæres*, supponens citra dubitationem omnem filium esse hæredem. Atq; Ecclesiastici non minus suorum parentũ sunt filij, quàm sæculares: cur non igitur æquè sint hæredes?

IV. probatur ex *ipsis Naturæ principijs*. 1. rectæ rationi repugnat, punire filium, propterea quòd melius eligat bonum,

vel

vel ſtatum vitæ capiat meliorem: ergo non licet punire filium, ſi cum Magdalena eligat ſtatũ Eccleſiaſticum præ ſæculari: ſed ob hoc debet præmijs affici. Eſt autẽ grauiſſima certè pœna, portione hæreditatis ſuæ priuari. Si enim quis ſibi perſuadet id eſſe honorem, non pœnã, ei optandum eſt, vt tota priuetur hæreditate ſua, quò cum ſtultis accepto dãno diſcat ſapere. 2. æquè rationi repugnat, adeoque impium eſt punire filios, propterea quòd Dei, dicentis: *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos*, & vocantis ad ſtatum Eccleſiaſticum, vocem audiant, & ſequantur. Quid tam impium poteſt excogitari, quàm ſi quamdiu filius nondum vocatur à Deo, vel etiam vocantem non ſequitur; ſed luxuriatur, conuiuaturque, plenus mundanis vanitatibus, tamdiu totius hæreditatis, vndecunque obuenientis, eſt capax; ubi verò mutat mentem, auditque vt ſeruus Dominũ dominantium, factus Dei Sacerdos, iam capax hæreditariorum bonorum eſſe deſinit, priuaturque parte rerum ſuarum, eò quòd obediat Deo potius, quàm huic maligno ſæculo? Eſt hoc non hominem tantùm, propter datum locum Dimnæ gratiæ vocanti, plectere; ſed etiam dantem Deũ calumniari. 3. Quid barbarius vnquam auditum, quàm filio vnico, ſi ad bellum abeat, ſtrenueque Marti, Baccho, Veneri militet, fas eſſe totam hæreditatem cernere: at nefas iudicari eundem vel medietatem capere, ſi Chriſto nomen det, illiq; vijs conatur omnibus ſeruire? Certè ſi hæreditas relinquitur integra filio ſæculari etiam admodum malo, cur denegaretur Eccleſiaſtico, viro ſancti inſtar Angeli? 4. Si non plus, ſaltem tantum tribuendum eſſe à Catholicis Catholico Sacerdoti,

dictat

dictat ratio recta, quantum ab hæreticis hæretico Prædicanti, immisso in Præposituras & Abbatias tribuitur. Iam verò integra per vniuersam Germaniam Prædicantibus relinquitur ab hæreticis sua hæreditas: nulla igitur ratione Clero Catholico eam detrahere debẽt, qui veri esse volunt Catholici. 5. Ipsa natura parentum, nullo à magistro docta; sed ita à Deo facta, benignè diuidit inter liberos patris matrisque hæreditarium sanguinem, nec iubet legitima eius portiuncula vnum aliquem eorum esse contentum. Eodem omnes reponit filios loco, æquè vicinos omnes materno cordi locat, nutrit omnes eodem per menses cõstitutos à Natura modo, omnes agnoscit æqualiter suos liberos. Magna igitur parentum esset peruersitas, si, quibus nascituris carnem sanguinemque suum volentes libentesque æquo impenderunt, ijs iam natis, Deoque sacratis, terram, & terræ excrementa, pecunias, adimerent. 6. Naturæ decretum est omnibus notũ: *Quod tibi nõ vis fieri, alteri ne feceris.* At quæro à sæcularibus, an ipsi fuissent contenti futuri, casu quo Ecclesiastici facti essent, partem hæreditatis sibi adimi? non quid verbis in lingua natis responsuri sint quæro; sed quid in se ingressi, reque deliberata sensuri sint, dicturiq; interrogo: dicant, vellentne partem sibi detrahi, quam iure habere debeant, idque propterea, quòd Deo se dedicant? 7. Qui plus obligati sunt parentibus, eosque amant arctius, eos vicissim parentes magis debent amare, ijsq; benefacere. At Ecclesiastici magis obstricti sunt parentibus alendis quàm sæculares. Hi enim vxoribus alligati sunt, propter quas *relinquet homo & patrem*, &c. onerãtur liberis,

liberis, alijsq; curis; cùm tamen Ecclesiastici, etiã ingressi Monasteria, in parentum necessitatibus debeant ea deserere, nec habent ij nisi Deum, eiusque Filium Christum, quo cum se occupare debent, & in quo, ac propter quem vident sibi præ omnibus parentes iuuandos precibus, consilijs, auxilijs. Breuiter, Ecclesiastici suos parentes, spectata sua functione, non possunt non plus amare, quàm faciunt sæculares, & parentes, nulla habita ratione huius pij affectus, poterunt eos vllo iusto legis titulo vicissim exhæredare? 8. In quẽ filium minus est collatũ, is, si nõ plus, at certè tantundẽ potest postulare quantũ cæteri: at fere semper minoribus parentum sumptibus aluntur Ecclesiastici. Nam etiã multi sæculares studentad annos 10. 12. plureſq;, etiãsi futuri sint mechanici: & si Iureconsulti, Consiliarij, Procuratores, fiant, ingentibus sæpe impẽsis proficiscũtur alibi: obeunt Galliã, Germaniã, Italiã, centenos aliquot absumunt, prodigunt. At futurus Ecclesiasticus, sæpe ex suo statim alitur Beneficio, alitq; exeodẽ seipse parens cum familia. Vbi autem 24. ætatis annum attigit, festinatur cum eo ad Sacerdotiũ, minimumque est, comparatione aliorum, quod in eum transfunditur. Si dixeris, emptum magno Beneficium pro ipso; in eo non ipse, sed parens culpandus, puniendusque est, vt qui fecerit malè.

V. Probatur ab *Inconuenientibus*, quæ sequuntur, si Ecclesiastici legitima priuentur.

1. Est *Religionis Catholicæ euersio*, ab hæreticis quæsita. Hanc sequi, satis docuit olim Monasterienſis Anabaptismus, de quo supra in 1. Argumẽto. Secũdò eandẽ sequi docet ratio: nam maximũ impedimentum ponitur ditiorũ ciuium filijs ad

Sacro-

Sacros Ordines appetendos; si sæculares maneãt, possunt habere ex patrimonio aliquot millia; & si Ecclesiastici futuri sint, acceptis Beneficijs 20. 30. plus minus dalerorum annuè, debent carere tot millibus, nec exspectare, vt aliunde sibi hæreditate dominiũ rerum vllarũ obueniat, nonne hoc casu prudentia carnis sæculiq; animos transuersos rapiet à Beneficijs vilioribus, inclinabitq; ad patrimonia ampla retinenda, vxoresq; quærendas. Vix igitur erit paulo ditior ex patrimonio, qui Ecclesiasticum statum capesset. Quid deinde? locupletioribus ita se subducentibus, replebũtur statim Ecclesię, Collegia, Monasteria pauperibus, qui non propter Christum, sed sanctum denariũ sint Clerici. Quid postea? *Pauper vbiq; iacet*, & quò genus cuiusq; vilius est, eò etiam status eius vilescit magis: vilescet igitur, contemneturque paulatim Clerus, potentioribus in eo deficientibus, & pauperibus, adulatoribusq; ditiorũ sæculariũ, nihil magni audentibus pro Ecclesia, in locum eorum succedentibus. Ex quibus ad extremũ sequi necesse est, vt sæculares & in iura, & priuilegia, & bona Clericorum vi, dolo, & gratia inuolent, Ecclesiamq; turbent, & pessundent, contemptis Ecclesiasticis è plebis fece assumptis, & parum animosis ad resistendum, atque ita Clerus Religionisque maiestas concidet.

2. Inconueniens est *Beneficiorũ exstinctio*, diminutioq; Cleri. Vicariæ permultæ nõ sufficiũt suis possessoribus alendis, vt quarũ nonnullæ vix habeant in corpore 14. vel 15. daleros, aliæ plusculũ. Canonicatus itẽ quidã: præter malorũ siliginis, vnum & alterum hordei, vix aliquid obtinent in corpore. Quòd si his non succurrat patrimoniũ,

& hæ-

& hęreditas, omnino necessariũ est, vt Beneficiorũ aliquot exstinctionẽ impetrẽt, quo sic tenuioribus succurrant, vt iam factũ est in N. futurumque est magis, rerum ad vitã necessariarum pretijs crescentibus per sæcula. Quòd si verò vnus plura hunc in finem Beneficia impetret, iam vnus pro duobus, tribus, pluribusue stat Ecclesiasticis, excluditque duos, tres, pluresue, qui potuissent augere maiestatem & numerum Ministrorum Dei, atque ita rursus deuenitur ad Cleri & Ecclesiæ interitum.

3. Est ipsorum *ciuium euersio*. Dum enim dissitratione Beneficiorum possessorumque numerus, hæreditasque debita contrahitur, simulque subnascitur Cleri contemptus, fit vt pauciores ex liberis cupiant fieri Ecclesiastici, velintque suas sibi cũ dotibus vxores dari; vtq; ita in multa oporteat diuidere, quæ aliàs conniuentibus liberis Ecclesiasticis, ex eorum gratia potuissent ab alijs retineri. Hæc res pessundedit complures nostra ætate Comites hæreticos, dum liberos in Collegia Canonicorum, quæ ipsimet partim euenerunt, partim propter hæresim amiserunt, nó possunt intrudere.

4. *Charitatis* mutuæ *inter Clerum & populum dissolutio*. Mitto meritò queri Clericos in Germania, noua, & ab hæreticis sumpta sanciri decreta, & ijs se possessione iuris ad hæreditates, octingentorum annorum consuetudine confirmati, deturbari, ac parte bonorum sibi secundum omnia iura debitorum spoliari. Illud modò cõsiderandum moneo, an non, quò durius cum quopiam agitur, hoc durior etiam alter efficiatur. Si benignè agas cum vicino, dabit transitum per

hortum

hortum suum, patietur fenestram inædificari parieti versus domum suam; si autem durè, & quasi iure tuo hęc incipias, opponet se, & orietur contentio inimicitiaque: ita quamdiu actum est cũ Clero benignè, libenter Clerus de suo aliquid concessit sæcularibus, eosque iuuit, & fouit, etiã ex bonis Ecclesiasticis. At vbi inuito iam sibi eadem extorqueri videt per decreta noua, & cõtra se, vbi nõ fuerunt hactenus, de iure nouo procusa, non potest non conniti in contrarium, & proinde poscere exactè suam quotam, subtrahere auxilium fratribus, sororibusque, sibi subtrahẽtibus partem: eos in Testamento præterire, eorum liberos non promouere ad Ecclesiam; sed potius peregrinum. Adde magis in honore & amore apud sæculares fore Ecclesiasticos, si Ecclesiastici habeant hæreditatem suam liberam: tum enim eos colent, & reuerebuntur, ijsdemque seruient alacrius, si non propter Christum, saltem propter patrimoniũ, quod habent, vt inde ipsis, eorumq; liberis benefaciant viuẽtes & morientes. Quo maior est spes beneficiorum & auxiliorum ab Ecclesiasticis impetrandorum, hoc maior eorum est cultus in vulgus.

VI. *A remotione caussarum.* Priuare parte hæreditatis, vel iubere filiũ contentum esse vsufructu tantùm, est eũ aliquatenus exhæredare. At nulla iusta caussa est, cur possit exhæredari filius Ecclesiasticus. *Canonistæ in verbo Testamentũ*, aiunt: Exhæredari potest, vel præteriri filius in Testamẽto si vult, & ob ingratitudinẽ. Neutrum autẽ horum habet locũ in Ecclesiasticis. Nõ enim quia Ecclesiasticus quis est, ideo vel præteriri vult, vel est ingratus. Deinde nõ sũt plures caussæ modò, quã

fuerint maiorum ætate, propter quas lege prohiberi debeant Ecclesiastici à cernenda hęreditate; sed potius, si quærantur, inuenientur plures, quàm olim erant rationes, propter quas modò debeât habere patrimonia: tum quòd res omnes modò sint cariores, quàm maiorum memoria, quando 20. daleris viuere potuisses, vbi iam non sufficiunt 60. tũ quòd hęretici, Catholiciq; nominales, à multis iã annis, quidquid potuerint agrorum, pensionũ, litterarum, detraxerunt Ecclesiasticis: tũ quòd qui ante Annum 1526. siue ante Lutheranismũ exortũ, in patria nostra erant immunes quoad vectigalia, aliaq;, de facto iã grauẽtur, exugunturque, cõtra data olim Priuilegia. Atqui, inquies, iã malè viuunt aliqui. Respondeo: Etiam apud maiores Angeli non fuêre omnes Sacerdotes; sed carne vestiti, variè cũ carne depugnârũt. Et nũ nõ peius etiã sęculares quidã viuunt? Quòd si iã noua aliquot Collegia fiant, ea pauca & rara sunt, præ ijs, quæ olim sunt facta, quando Abbatias ditissimas Cœnobiaque quę supersunt, locupletissima excitârunt.

VII. *Ex friuolis & falsis rationibus hæreticorum.*

1. Falsum est, sufficienter prouisum ad vitæ sustentationẽ Beneficiatis. Non solùm Vicariæ sunt innumeræ, quæ annuè habere non possunt 10. nedũ 20. daleros: sed etiã Canonicatus. Multis Canonicis maldrũ hordei & siliginis tantùm obuenit, cogunturq; reliquum sumere è patrimonio.

2. Falsum est, eò in fundandis Præbendis respexisse maiores, vt sæcularibus manerent bona sæcularia, propterea quòd Ecclesiasticis fundâssent si non superflua, saltem sufficientia: neque enim omnes habent fundationem sufficientem. Et vi-

de con-

de constat eò ipsos respexisse, quando id nullis litteris, nullo plebiscito lato, nullo signo relicto potest ostendi, Ecclesiasticos ab ijs exclusos? Cõtrarium docuit supra Ratio I. semper ad æquam portionem Ecclesiasticos filios cum alijs esse admissos. Accedit, quòd id, quod apud maiores poterat sufficere, iam non sufficiat, auctis rerum pretijs. Deinde ipsi maiores, nonne sæculis singulis pro suo instinctu noua fundârunt Beneficia ex suis bonis sæcularibus, vt constat ex litteris, quomodo ergo sæcularibus, voluerunt manere sæcularia?

3. Falsum est, bona immobilia alienari à personis sæcularibus, extinguique per hoc, quod hæreditate deuoluantur ad Ecclesiasticos. Nam vt viuens Ecclesiasticus domum ciuilem hæreditariam sibi non eximit ab omnibus ciuilibus; ita nec moriens eam eximere potest, nec continuo suo Beneficio incorporat domum vel agrum, vt cum Beneficio transeat ad successores: sed domum Ecclesiasticam annexam Beneficio relinquit successori: alia ciuica pro Testamenti dispositione redeunt ad ciues alioque: nec Cœnobia, si quando ijs ædes obtingant, cupiunt inhabitare domos ciuium: sed libenter eas vendunt iterum ciuibus. Adde, quòd hanc alienationem maiores nostri annis 700. aduertere non potuerint, vt legem contra facerent.

4. Falsum est, adeoque inepta consequentia, dicere, Ecclesiasticis aliquibus satis prouisum est: ergo omnes excludendi sunt à parte hæreditaria: nam hac ratione dicendum esset, & quidem ad rationem congruentius, filij sæculares,

quibus bene diuites obtingunt vxores, qui officia locupletia quæstvrarum, Consiliariorum, iudicum, aliaque nanciscuntur, qui vel donatione, vel industria 6. 7. pluraue millia dalerorum sibi comparârunt, habent sufficientem & honestam totius familiæ sustentationem: ergo non debent cum alijs filijs ex æquo diuidere. Olim, tempore seditionis, ita argumentati videntur Euangelici Monasterienses, quando dixerunt, bis mille sufficere diuitibus; reliquum igitur alijs, quot opus haberent subsidijs, (decoctoribus, aleatoribus, bibonibus) concederent. Sed parum tum obtinuerunt, & iam aliquid similibus ineptijs tribuetur? Si prouisum satis fuisset Ecclesiasticis, optimè id intellexissent maiores, qui tamen tertiam omnium bonorum partem sæpe Ecclesiasticis donârunt, prout fecerunt Ioachim & Anna, B. Virginis parentes; Carolus Magnus, Otto, alijque innumeri.

5. Falsum est, eos, qui primam Tonsuram & 4. Minores habẽt, subesse Iurisdictioni Laici Magistratus. Clerici omnes adeò exempti sunt, vt ne sponte quidẽ, etiam cum cõsensu Superioris corã Laico iuri stare, & cõueniri possint. *Authent. Statuimus, C. de Episc. & Cler. C. diligenti, C. nullus, de foro competenti.* Hinc inuitũ trahens, perdit ius, *d. Authẽt. Vide Gail. lib. 1. de pace pub. c. 1. n. 17. 18. 19.* At qui primã habent Tonsurã, & quatuor Minores, sunt Clerici: ergo nec parentes, nec tutores, possunt eos trahere ad Senatum, vt tum primùm renuntient suę hęreditatis dominio, partiue, quãdo fieri volunt Sacerdotes, eoue deueniunt, vt non possint redire ad sæcularem statum.

6. Falsum est, huiusmodi renuntiationes, si hãc, posse

posse esse validas. 1. quia renuntiatio super legitima, Iure Naturæ debita, non valet. *Iason in l. fin. ff. de Verb. oblig. text. ni l. 2.* quia renuntians, ante omnia scire debet quæ, quantæque sint facultates, quibus renuntiat. *Scurp. Consil. 96. Cent. 1. n. 7.* At renuntians coram Senatu viuis parentibus, nõ scit adhuc, quæ quantæque sint relinquendę à morte parentũ facultates. 3. quia hæc renuntiatio est coacta & extorta ab inuitis filijs: at renuntiationes coactæ, etiam iuratæ, nec de Iure Ciuili, nec Canonico obligant. *l. pactum, quod detuli. C. de Collat. & in l fin. C. de legit.* Hæc ille.

Cur Clericis aliquando denegata sit successio paternorum bonorum legibus Impp. *vide apud Baron. Tom. 3. Anno Christi* 320. S. Ambrosius autẽ, scribens aduersus Symmachum ad Valentinianũ Imp. deplorat miseriã Clericorum, quod ipsis denegata esset successio paternorũ bonorum. Quomodo, ait, hanc gentiles, si haberent, ingrauarent querelam? Quòd Sacerdos ferias ministerij sui emat totius patrimonij sui dãno, & priuatus vniuersę cõmoditatis dispẽdio, vsum publici mercetur obsequij? prætendens communis salutis exhibias domesticæ inopię se mercede solatur: quia ministerium non vendidit, sed gratiam compauit.

SIGNVM LXXII.

SANCTORVM RELIQVIAS colere.

MOyses Princeps Israël, discessurus cũ populo ex AEgypto in Palæstinam, noluit ibi relinquere ossa S. Iosephi, iamdudum mortui; sed

ea honorificè secum asportauit, & trànstulit in terram Promissionis. *Exod.* 13.

2. *Iosias Rex Iuda* cùm (4. *Reg.* 23.) delubra Idolorum euerteret, & omnem idololatriam delere vellet, cùm aliorum mortuorum ossa effodisset, & in cineres redegisset, ossa Sancti Prophetæ, ibidem reperta, iussit asseruari. Præmia venerantium Reliquias Sanctorum, *vide in Triumpho Virtut.*

3. S. *Chrysostomus in* 2. *ad Corinth. Hom.* 26. ait: Christus Discipulis quoque suis, vt post mortem clari ac celebres essent, concessit. Vbi nunc, quæso, Alexandri (Seueri, quem Senatus Rom. Deum esse censuit,) tumulus est? fac mihi eum ostendas, diemque, quo vitam cum morte commutauit. At Christi Seruorum tam splendida sepulchra sunt, vt quæ Vrbem omnium præstantissimam, maximeque Regiam occupârint; & dies noti atque perspecti, vt qui Festi à toto Orbe agitentur. At illius tumulum familiares quoque ignorant: huius autem (Christi) Barbari quoque ipsi exploratum habent: ac sepulchra eorum, qui Crucifixo seruierunt, Regias aulas splendore vincunt, non tam magnitudinis ac pulchritudinis ædificiorum ratione: (nàm hac etiam ex parte superant:) quàm, quod multo maius est, coëuntium studio & alacritate. Nam & ille, qui purpuram gestat, ad sepulchra illa se confert, vt ea exosculetur; abiectoque fastu, supplex stat, Sanctosque obsecrat, vt ipsi apud Deum sibi præsidio sint: atque vt tentoriorum opificem, & piscatorem, & quidem vita functos Patronos habeat, precibus is contendit, qui diademate vinctus est. Ergone, dic quæso, ho-

Quàm præstent Christi serui Imperatoribus.

rum

rum Dominum (Christum) mortuum dicere audebis, cuius serui, etiam defuncti, eorum, qui vniuerso Orbi imperant, Patroni & defensores sunt? Hæc ille.

4. *Luitprandus Longobardorum Rex*, cùm Saraceni Sardiniam populati essent, quò ossa D. Augustini delata erant ante 250. annos ex Hippone, Legatos illuc misit, qui auro eadem redimerent, & Genuam vsque deferrent: vnde summa cum veneratione Papiam secum detulit, & in Basilicã Petri, quam ipse construxerat, locauit. Ipse honoris caussa pedibus à Genua Ticinum vsq; prosequutus est, &c. *Blondus lib.* 10. *dec.*1. *& Cuspin. Fulgos. lib.*1. *cap.*4.

5. *Carolomannum*, qui, relicto Regno Franciæ, in Cassinensi Cœnobio Monachum egit, ferũt ex monte Cassino cum alijs Monachis ad *Zachariã* I. Pontificem venisse, ab eoque precibus obtinuisse, vt eis liceret repetere *S. Benedicti* corpus furtim ablatum: quod tum in Floriacensi Monasterio Regni Franciæ collocatum fuerat. Annuit istorum precibus Pontifex, & litteris *Pipinum* adhortatur, vt patiatur Monachos S. Benedicti corpus repetere. Quod quidem Rex haud grauatè concessit: quia inde furto ablatum à quibusdam Monachis senserat. *Platina.*

6. *Dagobertus Galliæ Rex* Templum S. Dionysij Martyris solido argento texit, ac Corpora Sanctorum ibi collocauit, pheretro aureo, multisq; muneribus, eò quòd illic olim, tanquam in asylo, latuisset contra iram patris. Nam cùm eum satellites inde extrahere vellent, ante Sacellum fixis pedibus stupentes intrare non potuerunt. *Regino in Chronico. Naucler. volum.* 2.

7. *Casimirus Polonorum Dux* cùm sibi per Egidium Mutinensem Episcopum à Lucio III. Rom. Pontif. offerrentur S. Floriani Reliquiæ, ad septẽ ferè milliaria à Cracouia cum ingenti omnis generis hominum multitudine obuiam processit. *Cromerus lib. 6.*

8. *Heraclius Imp.* deuictis Persis, Lignum Dominicæ Crucis, quod Cosroës Rex Persarum, captis Hierosolymis, ante 14. annos abstulerat (ex Caluariæ loco, vbi ab Helena fuerat cõstitutum) suis detulit humeris in montem Caluariæ, & admonitus à Zacharia Antistite, vt, abiecto regio cultu, in ferenda Cruce Christum imitaretur: mutata veste triumphali, auro gemmisque intexta, nudis calcibus humiliter Crucem tulit, in eumque locum reposuit, vnde fuerat à Persis sublata. *Cuspin.* Consule *Bellarm. in Controuersia de Reliquijs Sanctorum lib. 2. cap. 3. & de Imaginibus Sanctorum lib. 2. cap. 27.*

SIGNVM LXXIII.

SACERDOTES DEI HONORARE, ET causßis Clericorum se non immiscere.

SI Ethnici, si Philosophi, imò si Barbari magni suos Sacerdotes superstitiosos æstimârunt, mirum non est Magistratus Christianos, veros Dei Ministros magni æstimare, ac reuereri. *Vide de pietate.* Si illi (vt Arist. docet 6. *Polit. cap. 8.*) communi ciuitatis lare & foco suos Sacerdotes honorificè aluerũt, cur nos decimas, & sancta Altaris munera ipsis denegaremus? 1. *Cor. 9.* Matth. 23. *O Ierusalem*, &c. Vide *Confessionem Hosij cap. 24. S. Ambrosius ad Imp. Theodosium*: Si de causßis pecu-

pecuniarijs Comites tuos consulis, quanto magis in caussa Religionis Sacerdotes Domini æquum est cõsulas? Licet Episcopi tempore S. Augustini, &c. caussas inter laicos iudicarent, Proconsules tamen Præfectique Prouinciarum nullatenus prorsus immiscebant se caussis Clericorum, licet aliquando pro eisdem ad Episcopos litteras scriberent commendatitias. *Baron. Tom. 5. pag. 62.*

SIGNVM LXXIV.

SACRILEGIA GRAVISSIME punire.

Sacrileges punire.

HAec enim expresse contra Diuini Numinis reuerentiam committuntur; ideoque diuinitus, seu inuisibili manu Dei sæpe vindicantur.

1. *Philistæi* maximis calamitatibus diuinitus oppressi fuêre, quòd Arcam Domini indignè tractâssent, & nisi eam breui remisissent, periculum erat, ne omnes vsque ad internecionem delerentur. Vnde post septem menses eam cum honore restituêre: quo facto plaga cessauit. 1. *Reg. 5. & 6.*

2. Cùm *Bethsamitæ* Arcam Domini curiosè & parum reuerenter contra præceptum Diuinum, *cap. 4. Numer.* expressum intuiti essent, interfecti ex Primoribus 70. viri, & ex plebeijs quinquaginta millia, Diuino Numine etiam conspectum curiosum morte vlciscente. 1. *Reg. 6.*

3. *Balthasar Rex Chaldæorum*, cùm vasa sacra proferri iussisset, & ex illis cum suis Optimatibus & concubinis potaret, repente vltionem Diuinam sensit. Nam in medio conuiuio, & comessan-

tium lætitia *apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis contra candelabrum, in superficie parietis aulæ regiæ*, omnibus intuentibus & vehementer consternatis. Scripta sunt autem hæc tria verba MANE, THECEL, PHARES: quorum, interprete Daniele, hæc erat sententia: MANE, *numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud*: hoc est, compleuit annos, quibus regnum tuum durare constituit. THECEL: *appensus es in statera, & inuentus es minus habens.* PHARES: *diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis.* Et eadem nocte tum ciuitas capta est, tum Rex cum infinita hominum multitudine, & magna nobilitatis parte interfectus. *Daniel.* 5.

Regnis certa periodus à Deo constituta est. Regum opera expendumtur.

4. *Heliodorus* cùm sacrum ærarium, violato templi asylo, spoliare conatur, Iudæis Diuinam opem implorantibus, non solùm ipse virtute Numinis est prohibitus; sed etiam grauiter ob sacrilegium attentatum verberibus mulctatus, & milites, quos secum duxerat, ingenti pauore concussi sunt. Apparuit enim illis eques vultu terribili, amictu splendido, cuius equus in Heliodorum impetu facto, prioribus calcibus insiliens, illum grauiter affligit. Deinde conspecti duo iuuenes robore & pulchritudine excellenti, qui Heliodorum vtrimque inuadentes, flagellis ita excipiunt, vt de vita ipsius desperaretur. Verùm Sacrificio pro illius salute oblato, subitò curatur. 2. *Machab.* 3.

5. Accedit, quòd etiam falsorum Numinum contemptores & sacrilegos legamus diuinitus fuisse punitos. *Milites* enim *Xerxis*, qui fanum Cabirorum apud Thebanos (vbi Ceres colebatur) spoliandi caussa intrare ausi fuêre, omnes

insania correpti, partim se in mare abiecêre, partim è rupibus præcipitârunt. *Pausanias in Bœoticis.*

6. Cùm *Alexander Macedo* Miletum vrbem Ioniæ munitissimam expugnâsset, & quidam è *militibus* in templum Cereris, illius spoliandi causa irrupissent, repente omnium oculos obiectus fulgor ignis extinxit. *Lactant. lib. 2. c. 8. Val. Max. lib. 1. cap. 2.*

7. *Appius Claudius Censor* cùm aduersus respõsum ad seruos publicos Herculis sacra transtulisset, luminibus orbatus est. *Censor Fuluius* cùm ex Iunonis Laciniæ templo marmoreas tegulas abstulisset, quibus ædem Fortunæ Equestris, quam Romæ fecerat, tegeret, mente captus est, & amissis duobus filijs in Illyrico militantibus, summo animi mœrore consumptus.

8. *Pyrrhus Epirotarum Rex*, sublata ex Proserpinæ Locrensis fano pecunia naufragium fecit, ac vicinis Deæ littoribus allisus est, vt nihil præter eam pecuniam incolume reperiretur. *Lactant. lib. 2. cap. 8.* verùm in huiusmodi euentis nõ est vindicta à vero Deo illata; sed à Dæmonibus Diuinitatis æmulis, qui vt Dij haberentur, & diuinos honores ab hominibus extorquerent, veri Dei instituta & mores conati sunt imitari. Hinc tot visiones, tot apparitiones, tot responsa, & oracula, tot in speciem miracula ab illis edita, tot beneficia, quæ suis cultoribus videntur præstitisse, tot castigationes ijs, qui in eorum religiones peccassent, irrogatæ. Illorum ope vel præstigijs factum, vt lapis nouacula ab Augure incideretur: vt statua Iunonis Veiensis migra-

migrare se Romam velle, militi responderit: vt Fortuna muliebri specie periculum denuntiarit: vt Claudię manum nauis cingulo tracta sequeretur: vt Roma, aduecto ex Epidauro serpēte, pestilentia liberaretur: vt in sacrilegos & Ceres Thebana, & Ceres Milesia, & Proserpina Locrensis, & Iuno Lacinia vindicauerit; vt Hercules de Appio, Iupiter de Atinio, Apollo de milite Scipionis. *Lactant. lib. 2. cap.* 17. Permittebat ista Diuinum Numen, tum propter mortalium scelera, quæ tyrannidem dæmonum merebantur; tum quia in huiusmodi facinoribus vel sacrilegijs Ethnici vel peccabant contra conscientiam, qua illis inesse aliquid diuinitatis credebant: vel non solum falsorum istorum Numinum, sed absolutè omnis Numinis & Diuinitatis contemptu ista committebant. Hæc P. Lessius lib. de Prouidentia Numinis.

9. *Childericus*, qui primus apud Sigebertum Francorum Regem habebatur, ob agellum, aut villam iniuria ab Ecclesia Aquensi raptam, & euersam, post continuum & acutissimum vnius anni morbum, miserè exspirauit, lucratus ob iniquam villulæ adeptionem animæ sempiternam damnationem. *Gregor. Turon. de glor. Confes. cap.* 71.

10. Berengarius Rex Italiæ post ablatam ab Episcopatu Nouariensi insulam S. Iulij, dono piorū Principum Ecclesiæ donatam, mox se suumque perdidit Imperium. *Baron. Tom.* 10. *Anno Christi* 962.

11. *Carolus Martellus* Galliæ Rex, quia in Ecclesiarum res inuolauit, sempiternis pœnis mancipatus est, si D. Eucherio Aurelianēsium Episcopo credendum, cui in oratione rapto obiectum fu-

ista

isse æternis pœnis mulctatum vno ore asserunt multi Prælules Diœcesecos Rothomagẽsium atq; Rhemorum in epistolis ad Ludouicum Galliæ Regem. *Idem Tom.* 10. *Anno Christi* 858.

12. *Ethelredus Anglorum Rex* propter vastatam Ecclesiæ Roffensis ditionem varias Danorum incursiones ac deprædationes perpessus est. *Idem Anno* 893.

13. Berta Richuuini Comitis coniunx, quòd villam Iuliacam nullo iure à Carolo Francorum Rege marito suo donatam, inuito vero illius domino Fulcone Rhemensi Episcopo retineret, graui & lethifero morbo affecta, tandem miserimè fato concessit. *Idem Tom. eod. Anno Christi* 848.

SIGNVM LXXV.

SCHOLAS ET CLASSICAS, ET Publicas, quas Vniuersitates vocant, instituere, collapsas instaurare, tueri, defendere.

1. *Carolus Magnus* tot bellorum & administrãdarum Prouinciarum mole oneratus, id habuit antiquissimum, vt cùm post relatas de hostibus victorias, templa extruxisset, vbi Deo gratiæ agerentur, (victorias enim oratione potius, quàm armis, quod idem testatus est, erat consecutus est,) Scholas illicò templis adiungebat, quibus Sacerdotes præficiebat. Et intelligens veram religionem in Gallia ferè perijsse, quòd studia litterarum intercidissent, aliquot Academias euexit. Illæ Resp. diutissimè semper floruerunt, quæ optimorum studiorum diligentem cu-

ram

ram habuerunt. I.C. *Anton. Possevin. Biblioth. selectæ lib. 1. cap. 8.*

2. Sapientissimus ille, & Reip. gubernandæ peritissimus *Moyses*, populum Israël, quem legibus formârat, diu in pace & sincera religione conseruaturus, in singulis ciuitatibus Gymnasia, seu Synagogas instituit, in quibus viri sapientes diuinas leges interpretarentur. *Hilar. in Psalm. 2. D. Middendorp. de Academijs lib. 1. cap. 4. & lib. 2. cap. 1.*

3. *Iosaphat Rex Iudæ*, vt regnum confirmaret primò, deinde ornaret & verum Dei cultum lôgè lateque propagaret, anno imperij sui 3. misit viros doctos, qui per vniuersam Iudæam populum in Synagogis leges docerent. Qua ratione factum est, vt regnum Iudæ pacatum redderet, & Resp. Iudæorum nihil amplius ab hostibus detrimenti caperet. *Factus est* enim *pauor Domini super omnia regna terrarum*, quæ ipsi certatim *munera deferebant, & vectigal argenti*, & Iosaphat *creuit* vehementer, *& magnificatus est vsque in sublime.* 2. Par. 17.

9. *Iulius Cæsar* post bellum ciuile ex AEgypto in Italiam reuersus, ad ornâdum Imperium Romanum se conuertit, vt quod tâtis laboribus parârat, in pace diu feliciterque conseruaret. Nulla verò hoc ratione commodius fieri arbitrabatur, quàm si bonis litteris ornaret, augeretque viris sapientibus. Adduxit ergo ex AEgypto insignes Mathematicos, & autor fuit, vt Mathematicæ disciplinæ in Italia colerentur: amplissimas quoque Græcas & Latinas Bibliothecas erexit.

5. Quia *Adrianus Imp.* Academijs omnium artium atque linguarum clarissimos Professores, & ho-

& florentes Bibliothecas dedit, Imperium Romanum in optimam formam restituisse, & nullus, post Augustum, tam vtilis Reip. Imperator extitisse prædicatur. *Lamprid.*

6. *Constantinus* ille *Magnus* omnia bonarum litterarum studia florere voluit, ideoque Constantinopoli scientiarum scholas, in quibus præstantissimi viri docerent, ædificauit: partim, vt Religionem Christianam longè lateque propagaret; partim, vt per ea Imperio Romano rectius consuleretur. Quare superato Licinio tam religionis, quàm sapientiæ hoste, liberrimam illam Cõstitutionem edidisse videtur, quæ est apud Iustinianum *in l. de Medicis & Professoribus. C. Theod. Vrspergensis. Aurelius Victor* ait, Constantinum fuisse nutritorem bonarum artium, & fouisse studia litterarum. *Gregorius Nazian. Orat. in laudem Basilij* ait has scholas excellentissimis Oratoribus & Philosophis fuisse refertas. Vide locũ *de Doctorum honore.*

7. *Gratianus Imp.* valde adhuc adolescens, primisque statim Imperij sui annis, vt eius fundamenta firma & diuturna iaceret, edixit ad Antonium Præfectum Prætorio Galliarum, in omnibus Galliæ Metropolibus excitanda alendaque esse studia litterarum. Augustin. *de Ciu. Dei lib. 18. cap. 52.*

8. *Theodosius* omnes hæreses, quæ Ecclesiã Christi miserè vexarant, proscripturus, sacrorum Librorũ, eorundẽq; Interpretũ conquirendorum tã studiosus fuit, vt ea laude Ptolomæo inferior non esset. *Niceph. lib. 10. cap. 52. & lib. 14. cap. 3.*

9. Lege *Valentiniani* Scholæ Romanæ optimè fuerunt institutæ. Ita enim rescripsit ad Olybrium vrbanam Præfecturam gerentẽ: Quicũq;

ad Vr-

ad Vrbem discendi causſa veniunt, primitus ad Magistrum census prouincialium Iudicum, à quibus copia est danda veniendi, eiusmodi litteras proferant, vt oppida hominum, & natales, & merita expressa teneantur. Deinde vt in primo statim profiteantur introitu, quibus potissimum studijs operam nauare proponant. Tertiò, vt hospitia eorum solicitè Censualium norit officij, quò ei rei impertiant curam, quam se asseruerint expetisse. Eidem immineant Censuales, vt singuli eorum tales se in conuentibus præbeant, quales esse debent: qui turpem inhonestamque famã, & consociationes, quas proximas esse putamus criminibus, æstiment fugiendas, neue spectacula frequentius adeant, aut appetant vulgo intempestiua conuiuia. Quin etiam tribuimus potestatem, vt si quis de his nõ ita in vrbe se gesserit, quemadmodum liberalium rerum dignitas poscat, publicè verberibus affectus, statimque nauigio superpositus, abijciatur Vrbe, &c. *l. 1. de stud. lib. vrb. Rom.* C. *Theod.* *Baron. Tom. 4. Ann. Christi* 370. Scholæ certè sunt lumina & fontes sapientiæ, à quibus splendor & sapor virtutum omnes partes Reip. fluunt. Sunt veluti Musarum Orbes, & oculi ciuitatis: omnes enim Reip. partes illustrant, &c. Hinc verè Augusti Imperatores, eas magnificè extruendo Ecclesiam Christi plurimum propagârunt.

10. Vbi Iudæi veras leges in Synagogis interpretari cessarent, in horrendos errores, & idololatriam prolapsi, in Babylonem abducti sunt. Prudentissimus autem & pijssimus Sacerdos *Esdras*, post reditum è Captiuitate, superiorum temporum negligentiam castigaturus, in primis à Scri-

Scripturæ libros iterum collegit, in ordinem redegit, & Synagogis restituit. Perspiciebat enim pro sua singulari prudentia, quòd sine eruditione & litteris sacris sincera religio, verus Dei cultus, & Reip. tranquillitas conseruari non possent. D. *Middendorp. de Academ. lib. 1. cap. 4.* Sicut *Sarron Rex Gallorum*, cùm eius populi ferociam aliter compescere, & in officio cõtineri non posset, publica Gymnasia introduxit: intelligebat enim ferociora hominum ingenia institutione & bonarum artium cultura mitigari potius, quàm armorum metu in officio retineri, posse.

11. M. Ficinus *Laurentio Medici*: Diuites alij fermè omnes, ministros alunt; tu Sacerdotes Musarum nutris: illi voluptatum serui euadunt; tu Musarũ deliciæ, summus Musarum Sacerdos, &c.

22. *Hadrianus* VI. *Pontifex Max.* ab Sacerdotio Parochiali in Hollandia, quo cum Margareta Maximiliani Imp. Rom. filia honestauit, & Decanatu Louanien si, cũ Collegij Vicecãcellariatus Magistratu coniuncto, ditior factus, nihil mox antiquis duxit, quàm Louanij collegium, vt quintum adijceretur, sub Hadriani nomine, luculenter ædificare, adiunctis prædijs, quibus studiosi adolescentes oppressi inopia cum Doctoribus alerentur. Gratissimo namque animo cùm Porcij Collegij, in quo puer educatus fuerat, benignitatem agnosceret, priuati beneficij gratiam publica liberalitate reponendam statuebat. Quod adeò supra eius vires Louanien sibus est vsum, vt non minus ambitiosè, quàm piè tantę rei inchoandæ consilium suscepisse diceretur, quanto facultates eius, quæ erant mediocres, vix iaciendis fundamentis suffecturas appareret. Sed cùm

parsimonia & sancta frugalitate auctiores, sibi efficeret rerum omnium reditus, adeò ingenti animo cuncta est complexus, vt sibi iam tum ampliorem, & supremæ quidem proximam fortunæ præsagire videretur. Ferunt Bernardinum Caruaialem Hispanum, qui erat inter Cardinales authoritate atque opibus insignis, cùm id Collegium tam felici ausu cœptum, quàm facili successu operis perfectum, admiraretur, quodam ingenuo dolore concepto, fortunæ suæ indignantem suspirasse, quoniam id opus, ad laudem sempiternam, Decanus, haud planè diues, conderet fuisset ausus, quod ipse tantus Cardinalis, secum ab antiquo animi decreto destinasset, nondum inchoare potuisset. *Iouius in Hadriano VI.*

Scholarum Rectores, iuuentutem salutaribus præceptis erudientes, liberalibusque moribus formantes, non à pijs, sed ab impijs duntaxat & Clericis, & Magistratibus contemnuntur. Apud hos.

Pluris agaso rudis, domitor fit pluris equorum:
Plusq; caniem vilis doctor honoris habet:
Pluris venator, pluris fit callidus auceps:
Fit pluris meretrix, inquina prostituens:
Lixarum vulgus fit pluris inutile Marti,
Quàm pubem mores qui docuere rudem.

Remp. bene, aut malè regi, declarant, templum, schola, curia, forum, horologium.

SIGNVM. LXXVI.

SCHOLIS PRAECEPTORES PRAEficere optimos, ijſq; lauta pendere ſalaria.

SEmper enim quibus probi & docti Magiſtri obtigêre, ij Remp. inſtaurârunt, atque auctores fuerunt, vt ſapientia Religioque priſtinum reciperent ſtatum. *Carolus Magnus*, quòd *Alcuinum Bed* diſcipulum: plerique alij, quòd *Othricum* II. qui *Magdeburgenſis* fuit Archiepiſcopus: *Honorus* & *Arcadius Theodoſij* Imp. filij, quòd *Arſenium* Romanæ Eccleſiæ Diaconum: *Otho* III. Imp. & *Robertus Galliæ Rex*, quòd *Gilbertum* Floriacenſem Monachum, qui poſtea fuit *Silueſter* II. Pontif. Max. *Rufus* Angliæ Rex, quòd *Lanfrancum Cantuarienſem* Archiepiſcopum: *Carolus* V. Imp. quòd *Adrianum* VI. Pont. Max. habuere præceptores, ea in ſeipſis ſemina conceperunt, vnde ad Chriſtianam Remp. maturuêre fructus pretioſiſſimi. *Anton. Poſſeuin. Biblioth. ſelectæ lib.* I. *cap.* 7. *Vide Middendorp. de officijs Præcept.* Contra *Iulianus Apoſtata* 3 quòd *Maximum* Philoſophum, (de *Maximo* ob diabolicam Magiam ſupplicium eſt ſumptum,) & *Libanium* Sophiſtã impios nactus eſt, ex ſeipſo, & è Chriſtiano orbe (quantis potuit conatibus) pietatem, Religionẽ Chriſtianam, ſcholas antea rectè inſtitutas, templa Catholicorum, idque breuiſſima temporis ſpatio, eiecit. Adeò veneni mica quantaſcunque exquiſitas epulas inficit. Agri quò fœcundiores, eò peiores germinant herbas, niſi colantur, & purgentur.

Iulianus Imp. è Chriſtiana pietate in Ethnicam impietatem, prolabitur.

Cùm *Carolus Magnus Clementi* cuidam Scoto Parisijs Procerum pauperumque pueros ingenuos erudiendi causſa commisiſſet, eidem ſtipendia è Fiſco tradens, aliquando pueros iſtos epiſtolis, verſibus, carminibus, orationibus panegyricis ſcriptis ſui profectus ſpecimen exhibere iubet. Vbi tenuiores, præter ſpem, profeciſſe; nobiles verò cultum animi neglexiſſe deprehendit: illis ad dexteram ſegregatis: *Vos quidē macti virtute*, inquit, *eſtote filioli pientiſſimi, qui noſtro imperio gnauiter defuncti eſtis, veſtra erunt Sacerdotia locupletiſſima, & Pontificatus maximi. Ego vos in aulam adſciſco, ex vobis Senatores cooptabo, vos in album Prætorum, & Patrum curiam adlegam.* Deinde ad nobilium liberos, quos à ſe uare collocârat, vultu irā non diſſimulans, ait: *At vos comatuli, & delicatuli, freti opibus & ſplendore parentum, noſtram Maieſtatem ſprenſtis: vitia, otia, luxum, & inertiam, bonis literis & virtuti, contempto decreto noſtro, prætuliſtis. Deum ergo immortalem teſtor, nihil penitus commodi honoriſque à me ad vos peruenturum: quinimò edam in vos exempla, niſi reſipueritis, & negligentiam diligentia expiaueritis.* Auentinus lib. 4. Annal. Boiorum.

Doctrina mores non ſinit eſſe feros.

Verè *Symmachus* ſcripſit, *lib. 1. epiſt. 73.* Scimus bonas artes honore nutriri, atque hoc ſpecimen eſſe florentis Reip. vt diſciplinarum Profeſſoribus præmia opulenta pendantur. Et *Iuſtin. Epiſc. in Cant. Cant.* Vt fruges non tam ſoli ingenio, quàm cæli beneficio & temperie lætius proueniunt: ita quoque artes bonæ, eximiaque ingenia Principum ac Magiſtratuum benignitate excitantur.

NB.

SIGNVM

SIGNVM LXXVII.

SEDITIONES POLITICAS TOLLERE, seu conuenticula & coniurationes ciuium, contra commune bonum impedire.

Seditio Reip. venenum & tempestas.

QVid altissima ciuitatum mœnia citius ab ipsis fundamentis coucutit, quàm seditio? Quid monumenta antiquitatis, & ornamenta pacis furentius inuadit, quàm Seditio? Tempus est edax rerum: at dentatior tempore est seditio: nam rapit, vorat, consumit omnia; hæc nunquam concepta est sine pernicie matris, nunquam parta sine naufragio ciuitatis. *Vide Arist. lib. 5. Polit. cap. 1.* Vt enim in corpore humano ipsa viscera nonnunquam colica discindit passio: ita neruos & vincula ciuitatis disrumpit intestina seditio: & vt frangit ossa fulmen, illæsa carne; ita fundamenta ciuitatis quassat seditio, virtutis specie palliata. Quid portas ciuitatis citius hosti aperit, quàm seditio? Factio est facula ardens in tectis ciuitatis. Hinc.

1. *Romani*, si quando Tribuni nouis factionibus Remp. turbarent, bello aliquo, seu de industria, seu casu excitato, parabant versare ciues, & distinere, ne domi resides, Tribunorum plebis intenderent concionibus & seditionibus. Quo remedio ferè semper vtebantur medicorum more ad motus turbulentos ex ciuitate propellendos. *Plut. in Camillo.*

2. *Solon* inter cæteras Leges hanc quoque scripsit: Si ob discordiam dissensionemque seditio atque discessio populi in duas partes fieret, & ob eam caussam, irritatis animis, vtrimque arma

caperentur, tum qui in eo tempore nō alterutri parti se adiunxerit; sed solitarius,, separatusque à communi malo ciuitatis secesserit, is domo, patria, fortunisque omnibus careto; exul, & extoris esto. *Gell. lib. 2. c. 12. & Plut. in Solone.* Legis finis est, non augere seditionem, sed bonorum virorū interuentu, qui sese alterutri parti adiunxerint, compescere seditionem. Quod non fieret, si nulli parti se adiungerent. Nam qui neutræ parti fauet, neutrius amicus, quin potius omnium hostis iudicatur. Ac qui vni alicui parti se fauere simulat, hac simulatione potest suę partis ciues ad melliorem sententiam traducere, & si ex alia quoque parte vir aliquis bonus eiusdem studij reperiatur, facile seditio ipsa componetur.

Vt corpus Physicum interdum concutitur morbis: ita & Resp.

3. Cùm plebs Romana ære alieno pressa in montem Sacrum secessisset, Patres ex maioribus natu moderatissimum quemque & maximè popularem miserunt ad plebem. Princeps legationis fuit *Menenius Agrippa.* Hic partim obsecrās, partim Senatum defendens, in extrema oratione ad figuram peruulgatam fabulæ delapsus est. Nam omnes hominis partes coniurasse ait contra ventrem, questas eum solum ignauum in homine & immunem quiescere, omniaque illius quæri auiditati ingenti suo labore & ministerio: ventrem verò stultitiam earum derisisse, ignorantium recipere quidem alimentum intra se omne; sed reddere id ex se, & distribuere in alias. Eadem, inquit, ratio Quirites, Patrum est vobiscum: nam rectè atque ordine deliberata apud eos consilia, cœptaque omnibus vobis adsciscunt & dispertiunt vtilitatem atque fructum.

In com-

In concordiam deinde conceſſum eſt. *Plut. in Coriolano. Val. Max. lib. 8. cap. 9.*

4. *Ericus Gothorum & Danorum Rex*, cùm conſpirationem quandam contra ſe factam comperiſſet, quos maiore ſuſpicione notatos habebat, eos maioribus beneficijs ſibi obnoxios fecit, maiorem tributorum partem relaxauit, præfatus ſe longè feliciorem ex fide, quàm ex pecunia ciuiũ fore; nec tantum ſibi lucra prodeſſe poſſe, quantum odia obeſſent. *Ioan. Magnus lib. 4. c. 11. Vide locum de amicit.* Cauendum, ne factionis cancer in præcordia ciuium irrepat.

5. *Fridericus Imp.* iuſſit, ne conuenticula, coniurationes, in ciuitatibus, aut extra fierent, tanquam pacis publicæ violationes, impoſuitque pœnam publicationis bonorum, & vt domus deſtruatur. *c. 1. §. Conuent. lib. 2. Feud. t. 53.* Nihil autem magis animos diſtrahit ad ſeditiones, quàm contradictiones ſpiritu impulſos in Religione fluctuare.

6. Anno Chriſti 1440. in Marchia Brandeburgenſi, cùm ciues Berlinenſes in ſuum tumultuarentur Magiſtratum, *Fridericus Marchio* interueniens, impoſuit vrbi arcem, quæ & arceret hoſtiũ incurſum, & prohiberet populi rebellionẽ.

Potiſſimum autem Magiſtratus aduigilet *Nobilium* ſeditionem comprimere. Hęc enim eſt paralyſis & diſſolutio totius ciuitatis. Nã vt principijs neruorũ malè affectis, ſingulę partes totius corporis tremunt: ita primarijs viris inter ſe diuiſis, neceſſe eſt, vt omnes ciues in varias factiones diſtrahantur: ſequũtur. n. oues paſtores ſuos, ſuosque duces & nobiles multitudo: ſi inſaniant capita, mirũ nõ eſt, ſi reliquæ partes corporis ſint inſtrumẽta furoris. Vt parua affectio in præcor-

Seditio Nobilium eſt ſepulchrum ciuitatis.

dijs animantis magnam in reliquis membris alterationem facit: ita in summis viris (qui sunt veluti præcordia ciuitatis) minima contentio, inter ciues maximam seditionem parit. Adhæc, Nobiles sunt columina Ciuitatis: ergo si seditionibus distrahantur illi, necesse est vt totum ædificium ruat. Iterum, Magni & clari viri magnos animos, magnas opes & potenitam habent: ergo sine magno ciuitatis damno & periculo seditiosi non fiunt.

Vt autem vitetur hoc in Rep. malum, nulli in eam admittendi sunt hæretici. Romæ enim seditio excitabatur, quando Hetruscorum noua religione ciuitas esset infecta. Magnæ autem ciuitates nocent illud Hannibalis apud Liuium: Nullam magnam ciuitatem diu quiescere posse: si foris hostem non habet, domi inuenit: vt prævalida corpora ab externis caussis tuta videntur, sed suis ipsa viribus onerantur.

SIGNVM LXXVIII.

NIMIOS SEPVLCHRORVM sumptus vetare.

1. DEmetrius Poliorcetes *Rex* nouis sepulturis modum statuit, sanxitque super defuncti cineres erigi columellam, quæ vltra cubitos tres non extaret. *Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 14.* Etiam *Plato. 12. de Leg.* sepulchra fieri magnis impensis vetuit. Sanxit & *Solon*, ne quis sepulchrum faceret operosius, quàm quod decem homines efficerent diebus tribus. *Cic. 2. de Leg. Vide Iacobi Pontani Progymnasm. Tom. 3. par. 2. pag. 936.*

Omnia

Omnia Cæsar erat, sed gloria Cæsaris esse
Desiit, & tumulus nox erat octo pedum.

Notum illud *Isaiæ 22. v. 16.* ad Sobnam: *Excidisti tibi sepulchrum, excidisti in excelso memoriale diligenter*, &c. *Ecce, Dominus asportari* te faciet, &c.

2. Epitaphium *Caroli V. Imp.* tanti, quantum pauca retro sæcula viderunt:

Carolus Quintus hîc iacet intus:
Ora pro eo bis, aut ter:
Aue Maria, &, Pater noster.

3. *Cyrus* moriens, Meum corpus, ait, cùm decessero, nolite neque in auro, neque in argento, neque in alio aliquo lapide collocare: sed statim terræ reddito.

4. *Frontinus* crebris sermonibus vsurpabat: impensam monumenti superuacaneam esse: memoriam nostram vtique duraturam, si virtute, & rectè factis mereamur. *Dio Cass.* Virtus, & vitæ integritas, sufficiunt ad propagandam memoriam.

5. Rectè *Marulus lib. 5. cap. 10.* ait: Desine peccator magnifica tibi exstruere monumenta, & immodico sumptu stupendis artificum operibus exornare. Ecce, qui cum Deo colloquebantur, sepeliri voluerunt in spelunca: & ne impensas defuisse credas, diuites erant: vt Abraham, Isaac, &c.

6. *Marcellus* I. C. cùm pecunia fuerit legata ad sepulchrum faciendum, non esse amplius concedendum statuit, quàm quod ad modicam monumenti speciem sufficiat. *Vide lib. 3. Cod. t. 44. de sumptibus funerum.*

SIGNVM LXXIX.

SEPVLTVRAE MORTVORVM CVRAM habere, & pios præficere ciues.

QVI funera olim curabant, & efferebant, κοπιῶντες, laborantes, à S. Ignatio dicebantur, (*epist.* 12.) à S. Epiphanio (*in Campidoctis*) Copiatæ, à κοπιάω, laboro.

Constantinus Magnus ad corpora defunctorum humanda constituit Corpus ex 950. diuersorum Collegiorum & artium officinis, qui huic muneri mancipati essent, ad efferenda atque curanda defunctorum cadauera: hos verò, ad hoc opus delectos, voluit ab omnibus publicis muneribus esse immunes, & in vectigalibus liberos. Seu instituit, vt Cõstantinopoli essent 950. officinæ, immunes ab omni publico munere, ac vectigali, quæ suppeditarent Lecticarios, seu Decanos, hoc est, Libitinarios, seu Copiastas, mortuis efferendis, & sepeliendis. Quam Constantini seu institutionẽ, seu Constitutionem cõfirmârunt *Honorius & Theodosius* Imperatores, *l. non plures, Cod. de sacrosanct. Ecclesijs.* Earum tamen numerum auxit postea *Anastasius Imp.* centum supra mille officinis constitutis: cuius vestigia secutus *Iustinianus*, totidem officinas, *Nouella* 43. & 59. statuit, quarum aliæ maiori Ecclesiæ præstabant Lecticarios, Decanos, seu Copiatas, & Fossarios; aliæ pecuniam. His certi reditus destinati erant, ne quid exigerent ab illis, quorum funera curabant. Et quia ad Iustinianum querela peruenerat defunctorum funerationes absque pacta mercede non celebrari, quin potius amarulentè mercedes exigi, con-

tas

tus est huic malo remedium adhibere, promulgata LIX. Nouella, in qua definit, quantum quibusq; in funere procurando occupatis, atque adeò ipsis Lecticarijs, seu Copiatis, ex designatis reditibus tribuendum sit. *Vide Baron. Anno Christi 336. & P. Gretserum de Funere Christiano lib. 2. cap. 1.*

SIGNVM LXXX.

SILENTIVM TVM ALIARVM RERVM, tum in consilium vocatarum, & arcanarum non violare.

Silentium colere.

1. ALexander epistolam à matre missam, quæ occultas accusationes & calumnias in Antipatrum continebat, legens, eandem Ephæstionē amicum legere passus est; sed ea lecta annulū digito detraxit, & ori illius sigillum, veluti reticētiæ symbolum impressit, (admouit,) dicens: Contine hæc, & ne quid eorum effutias. *Plut.* indicans negotium silentio premēdum. Quisquis, dicebat, secretò commissum diuulgauerit, is certè aut nimiū immodestus, & si lucri studio id egerit, improbus rectè dicitur: aut si nulla spe quæstus allicitur, æquè profectò iniquus est. *Stob.*

2. *Antigonus* filio Philippo multis præsentibus percontanti, ac dicenti: Quando castra mouebimus? *Quid*, inquit, *num metuis, ne solus tubam non audias?* notans adolescentis imperitiam, qui hoc multis audientibus percontaretur, cùm in bello celanda sint consilia Principum. Quoties castra mouenda sunt, tum omnibus tuba dat signum. *Plut. Vide locum de Consiliar.*

3. Cùm *Tiberius* aliquando percontaretur, cur sua consilia non cū aliorū quoque, qui ei nō malè vellent,

vellent, consilijs communicaret? respondit: Principis animum aut nemini, aut paucis cognitum esse oportere. Sensit non omnia credenda ijs, qui se amicos esse venditant, quibus cùm quid secreti commiseris, temerè rimarum pleni effutiunt. *Dion.*

Fabulæ subest seriũ.

4. Cùm Rex *Midas* aures suas purpureis tiaris tegeret, tonsorem tamen famulum fallere non potuit. Is cùm arcanum nec auderet proferre, ob metum domini; nec tacere posset, ob naturæ vitium, secessit in agrum desertum, & in effossam terram deposuit voces, quas continere non poterat: Auriculas asini Mida Rex habet: mox regesta terra fossam operuit, ne qua possent venire in publicum, ipse abijt exoneratus. In eo loco postea natum est arundinetum: itaq; arundines has voces ex ima terra haustas sparserũt in vulgus. Huic tonsori similes sunt, quibus si quid arcani crediderís, sic parturiunt, quasi rumpendi, nisi rursus in aliquem effutiant quod acceperunt.

5. Cùm ab *Archelao Rege* tonsor admodum loquax, circumponens lintea, subinde rogaret, quomodo vellet radi? respondit, Silendo.

6. Cùm *Demaratus Lacedæmoniorum Rex*, in conseſſu quodam silens, interrogaretur, verum stultitia fileret, an ob sermonis inopiam? Atqui, inquit, stultus tacere non potest.

7. *Fuluius* erat *Augusto Cæsari* familiaris, quem cùm audisset iam senio grauem, ob desertam orbatamq́ue domum ingemiscẽtem, eò quòd duobus nepotibus suis, præmaturo funere elatis, adhæc Posthumo, qui restabat, per calumniam in exilium electo, vxoris filium Imperij successorem instituere cogeretur; ideoq́ue pietate motus,

tus, de nepote ab exilio reuocando cogitaret, reuersus domum, quod audierat, vxori suæ retulit: illa mox Liuiæ vxori Augusti: Liuia grauiter cum Cæsare expostulauit: *Si ista*, inquit, *iampridem versabas in animo, quin nepotem reuocas? Cur me inodium conijcis eorum, qui in Principatum successuri sunt?* Postridie cùm Fuluius harum rerum ignarus ex more venisset ad Cæsarem, eique dixisset: χαῖρε, ille respondens, non retulit χᾶιρε, sed ὑγίαινε, (sanus sis,) velut insaniam exprobrans, non precans salutem. Quod salutandi genus quid sibi vellet, cùm non falleret Fulium, rectà se domum recipit, & vxori: *Sensit*, inquit, *Cæsar arcanum, cuius me sciebat esse cõscium, per me tacitum nõ esse. Proinde decretum est mihi ipsi mortem consciscere.* Tum mulier: *Et meritò quidem*, inquit, *qui mulieris tot iam annis tecum viuentis incontinentiam aut non noris; aut, si noras, non caueris. Sed age, quamquam tu culpæ fueris auctor; ego tamen in exemplo moriendi dux ero:* simulque arrepto ense, seipsam confodit. Contra *Lysimachus* adamauit ingenium *Philippidis* Comici Poëtæ, eumque inter familiares suos omni beneuolentiæ genere prosequebatur. Huic cùm aliquando dixisset Rex: *Quid rerum mearum tibi impartiam Philippides?* scitè respondit: *Quidvis, ô Rex, modò ne quid arcani*: significans periculosum esse, nosse arcana, quorum si quid effutias, actum est de capite. *Bruson. lib. 6.*

8. *Salomon* ait: Prou. 11. v. 13. *Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis est, celat amici commissum.* Syr. 27. v. 24. *Denudare amici mysteria, desperatio est animæ infelicis*, (recuperandę amicitię cũ eo, cuius arcana patefecit.) Ouid. 2. de Arte amandi:

Eximia

Eximia est virtus, præstare silentia rebus:
At contra, grauis est culpa, tacenda loqui.

Val. lib. 2. cap. 2. Taciturnitas est optimum, atque tutissimum rerum administrandarum vinculum.

9. *Ammianus Marcellinus* scribit *lib.* 21. apud *Persas* neminem esse cõsiliorum consciũ, præter Optimates taciturnos, & fidos; apud quos silẽtij quoq; Deus colebatur: imò veteri eorũ disciplina, arcana Regũ vitę periculo custodiri sanxerũt.

10. *Valerius* testatur *lib. 2. cap. 2.* apud *Romanos* curiam in tanto numero Senatorum silentio fe vndique fuisse clausam, vt neminem audisse crederes, quod tam multorum auribus fuerat commissum.

11. *Liuius* commemorat, *lib.* 42. de *Eumene Rege Asiæ*, cùm Romam venisset, & Regem *Persen* hostem Roman. in Senatu accusasset, deque toto bello cum Patribus deliberasset, nihil sciri potuisse, nisi Regem in curia fuisse: perfecto autem bello, prius emanasse quid à Rege dictum, & à Senatu responsum fuisset. Rectè *Q. Curtius lib. 4.* ait: Res magnæ sustineri ab eo non possunt, cui tacere graue est. Et *Isocr. ad Demon.* Diligentius tuenda sunt deposita verborũ, quàm pecuniarũ. Tob.

12. *Sacramentum Regis abscondere, bonum est.*

12. *AEgyptijs* lex erat, quæ iubebat abscindi illi linguã, qui arcana Reip. quæ tecta esse debẽt, alieni detexisset: incassum enim sunt consilia, si, antequam exsequaris, detegantur. *Diod. Sic. 2. cap. 2.*

13. Apud *Romanos* consiliorum renuntiatores aut viui exurebantur, aut furca suspendebantur. *Paulus l. si quis ff. de pœnis.*

14. Dum *Pompeius* legationis officio fungeretur, à *Gentio* Rege interceptus, cùm Senatus consilia

filia prodere iuberetur, ardenti lucernæ admotũ digitum cremandum præbuit, eaq; patientia Regi simul & desperationem tormentis quidquam ex se cognoscendi excussit, & expetendæ populi Romani amicitiæ magnam cupiditatem ingenerauit. *Val. lib. 3. cap. 3.*

15. Mos Senatoribus Romæ fuit, inquit *Gell. lib. 1. cap. 23.* in curiam cum prætextatis filijs (qui excesserant 12. ætatis annum, vt notat Polybius) introire. Tamen cùm in Senatu res maior quæpiam consultata, eaque in diem posterum prolata esset, placuit, vt eam rem, super qua tractauissent, ne quis enuntiaret, priusquam decreta esset. Mater *Papyrij* pueri, qui cum parente suo in curia fuerat, percunctata est filium, quidnam in Senatu Patres egissent: puer respondit, tacendum esse, neque id dici licere: mulier fit audiendi cupidior: secretum rei, & silentium pueri animum eius ad inquirendum euerberat. Quærit igitur compressius, violentiusque. Tũ puer, matre vrgente, lepidi atq, festiui mẽdacij consilium capit. Actũ in Senatu dixit: Vtrum videretur vtilius, exque Rep. esse, vnusne vt duas vxores haberet; an vt vna apud duos nupta esset. Hoc illa vt audiuit, animus cõpauescit, domo trepidãs egreditur, ad cæteras matronas peruenit. Ad Senatũ postridie matrũfamilias cateruç, lacrymãtes, atq; obsecrantes orãt, vna potius vt duobus nupta fieret, quàm vt vni duæ. Senatores ingredientes curiam, quæ illa mulierũ intemperies, & quid sibi postulatio illa vellet, mirabantur: & nõ vt paruæ rei prodigium illam verecundi sexus impudicã insaniã paueſcebant. Puer *Papyrius* publicũ metũ demit. Nam in medium curiæ progressus, quid

mater

mæer audire inſtitiſſet, quid ipſe matri dixiſſet, rem, ſicuti fuerat, denarrat. Senatus fidem atq; ingenium pueri exoſculatur. Conſultum facit, vti poſthac pueri eum patribus in curiam ne introeant, niſi ille vnus *Papyrius*. Atque puero poſtea cognomentum honoris gratia decreto inditum, *Prætextatus*, ob tacendi, loquendiq́ue in ætate prætexta prudentiam.

16. *Hieron Rex* neminem eorum, qui loquendi libertate apud ſe vterentur, eſſe importunum dicitabat; ſed qui ſermonē arcanum efferret: imo iniuria putabat eos afficere, quibus reuelaſſent odio enim habemus non eos ſolùm qui efferunt, ſed eos etiam, qui quæ nolumus audierunt. *Plut.*

17. Eſt Conſtitutio Conſiſtorij Spirenſis: In Senatu geſta, dicta, iudicata, æterno ſilentio tegito, nihil iniuſſu Cæſaris reuelanto. Ord. p. t. it. 13. §. 15. Hanc Conſtit. B. Anthemus, Saxonū Præſul, his verbis inculcat, *in Monoſtichu*:

Γλῶσσα χαλινὸν ἔχοι καρδίης ἔνδοθε δεδέτω.

Lingua ſuos habeat frænos in corde ligatos.

18. *Coſmus Mediceus, Magnus Hetruriæ Dux* ſcitanti cuidam, qua potiſſimum ratione dignitatem recens adeptā tueri poſſet? reſpondit: Splendore veſtimentorum, & pauciloquentia. Nam hæc duo auctoritatem conciliant: & prudentiæ eſt indicium, continentis eſſe linguæ; ſtultitiæ verò, fidei commiſſa non poſſe retinere. Cùm quis prudentiſſimo *Demoſtheni* obijceret oris fœtorem, reſpondit: Bene dicis: multa enim ſecreta in eo computruerunt. *Max. Serm.* 20. Comicus Græcus *Anaxander* ait: Commiſſa cui ſunt verba, ceu depoſitum, ſi retegit, eſt iniquus, aut eſt garru-

garrulus. Si spe lucri, est iniquus; hac sine, garrulus: censendus autem vterque pariter improbus.

19. *Imp. Leo* filium suum his verbis monet: (*Opusc. de belli appar.*) Quid facto opus sit, cũ multis delibera: quæ verò agere volueris, cum paucis communicã; & vbi optimum ex omnibus cõsilium ceperis, apud te solum tene, ne aduersarijs hoc indicetur, & insidijs illorum appetare. In rebus occultis & abditis fideles adhibe tibi, & temperantes viros, & taciturnos, & qui in tua, & non aliorum potestate sint.

20. *Resp. Veneta* quò non palàm fierent res in Senatu propositæ, Senatusconsulto quondam cauit, vt Senatores certis quidem in mense temporibus conuenirent, die tamen & hora nõ limitatis: quæ determinatio Duci putatur esse reseruata: quod factũ, quò omnis cupiditas plebi adimeretur inquirendi, quid rei in Senatu agitaretur.

21. *M. Aurelius Imp.* ad Faustinam vxorem: Prudens etiam interrogatus, in respondendo (tardus &) grauis: vanus verò (& rudis) etiam nondum interrogatus, in respondendo leuis est. Nam vbi sedem ac domicilium habent generositas & prudentia, ibi diuitię absque mensura, verba vix vnciatim dantur.

22. *Tiberium Cæsarem* solitum dicere scriptum reliquit *Dio lib.* 57. Principis animum nemini cognitum esse debere; eumq; intellectum, magnorum esse causam malorum: vt contra, eo dissimulato, plura ac maiora commoda parari.

23. *Veget. 3. de re milit. cap.* 28. Nulla consilia meliora sunt, quàm illa, quæ ignorauerit aduersarius, antequam facias. Hinc *Amilcar* dabat litteras sigillatas ducibus cum mandato eas non aperiendi

riendi ante talem vel talem diem, nisi fortè tempestate naues dispergerentur.

24. *Consius* (*Neptunus* idem) sub terra Romæ in Circo colebatur, vt, quoniam suo numine regere consilia credebatur, ex loci conditione intelligeretur, occulta ea esse, & pectore clausa debere. Hinc *Metellus Pius* in Hispania interrogatus, quid postera die facturus esset: Tunicam meam, si id eloqui posset, inquit, comburerem. *Frontin. lib.* 1. *Strat. cap.* 1. Id secutus *Petrus Aragonius*, ci spes occupandæ Siciliæ ciuium coniuratione immineret, classe comparata atq; instructa per speciem littora Africana inuadendi, à Pontifice Romano, quorsum ij apparatus spectarent, scisciatum, legati cùm percontandi finem nõ facerent, Rex in iram concitatus: comburerem, inquit, intimam tunicam, si meorum cõsiliorum gnaram esse putarem. Prudens responsum, digna magno Principe vox. Vt enim obscuri animi est & abiecti, mentiri, & fallere: ita suscepta consilia tegere non posse, angusti pectoris. Neque potest rem magnam sustinere, cui tacere graue sit, quod homini facillimum voluit esse Natura. Vnde apud Persas linguam grauius, quàm vllum probrum castigare moris erat, silentium sancire capite.

25. *Ventidius*, Parthico bello aduersus Parthorum Regem, sciens Pharneum quendam, et his qui socij videbantur, omnia, quæ apud ipsos agebantur, nuntiare Parthis, perfidiâ barbari ad vtilitatem suam conuertit: nam quæ maximè fieri cupiebat, ea vereri se, ne acciderent; quæ timebat, ea vt euenirent, optare se simulabat. *Frontin. ibid.*

SIC.

SIGNVM LXXXI.

IN SIMONIACOS GRAVISSIMAS pœnas constituere.

ANno Christi 496. *Imp. Leo* aduersus intrudẽtes se Simoniaca prauitate in Episcopatum, hanc Legem edidit : Nemo gradum Sacerdotij pretij venalitate mercetur: quantum quisquis mereatur, non quantum dare sufficiat, æstimetur. Profectò enim quis locus tutus, & quæ causſa poterit esse excusata, si veneranda Dei Templa pecunijs expugnentur? Quem murũ integritatis, aut vallum fidei prouidebimus, si *auri sacra fames* in penetralia venerãda proserpat? Quid denique cautum esse poterit, & securum, si Sanctitas incorrupta corrumpatur? Cesset Altaribus imminere profanus ardor auaritiæ, & à sacris adytis repellatur piaculare flagitium. Itaque castus & humilis nostris temporibus eligatur Episcopus, vt quocunque locorum peruenerit, omnia vitæ propriæ integritate purificet. Nec pretio, sed precibus ordinetur Antistes. Tantum ab ambitu debet esse sepositus, vt quæratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat: sola illi suffragetur necessitas excusandi. Profectò enim indignus est Sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus. Cùm sanè si quis hãc sanctã & venerandã Antistitis sedem pecuniæ interuentu subijsse, aut si quis, vt alterum ordinaret vel eligeret, aliquid accepisse deregitur, ad instar publici criminis, & læsæ Maiestatis accusatione proposita, à gra-

du Sacerdotij retrahatur, nec hoc solùm deinceps honore priuari, sed perpetuę quoq; infamię damnari decernimus, vt eos, quos par facinus coinquinat & æquat, vtrosq; similis pœna comitetur. *lib.* 31. *Cod. de Episc. & Cler. Vide Baron. Tom.* 6. *& Theatrum Histor.*

Anno Christi 528. *Iustinianus Imp.* scripsit ad Atarbium Præfectum Prætorio: Sãcimus, (quemadmodum & Diuinis Canonibus definitum est,) ne quis Episcopus, &c. aut alius cuiuscunque dignitatis Clericus per largitionem ordinetur, &c. Si quis inuentus fuerit occasione prædictarum Ordinationum & administrationum aliquid dedisse, vel accepisse, siue Episcopus sit, siue Clericus, & eum, qui præbuit; & eum, qui accepit, extra Sacerdotium & Clerum fieri iubemus, vt post hæc Domini Dei subiaceant condemnationi, &c. Præterea sancimus, vt omnes Clerici per omnes Ecclesias constituti, per seipsos psallant, Nocturna, & Matutina, & Vespertina, ne et sola Ecclesiasticarum rerum consumptione Clerici appareant, nomen quidem habentes Clericorum, rem autem non implentes Clerici circa Liturgiam Domini Dei: turpe enim est pro ipsis scriptos, necessitate ipsis inducta, psallere, &c. *Lib.* 42. *Cod. de Episc. & Cleric. Baron. Tom.* 7 *Vide in Speculo Clericorum signum* 18.

SIGNVM LXXXII.

SOBRIVM ESSE.

1. IVlius *Cæsar* tantus fuit sobrietatis cultor vt M. Cato de ipso dixerit: ad euertendã Remp. sobrium

sobrium accepisse: qua virtute magnam in omnium animis admirationem sibi concitasset, ni eã ciuilium dissidiorum labe contaminasset. *Sueton. De Romuli l. Rom. Regis*: de *Epaminondæ*: de *Catonis Censorini*: & de *Cyri Senioris*, sobrietate: *A. Gellius Noct. Attic. lib. 11. cap. 14. ex L. Pisone: Frontini lib. 4. cap. 3. Val. Max. Xenoph. in Cyrop.*

2. *AEgyptiorum Reges* cibo vescebantur simplici, vt quorum mensæ nihil præter viculum & anserem inferretur: vini potandi certa statuta erat mensura, qua neque farciri venter, neq; inebriari possent, &c. *Diodor. lib. 1. cap. 6.*

3. *Samuel* Regum Prophetarumque maximum omne vinum, & quidquid potum inebriat, nunquam bibit, sicut sacra eloquia testantur, atque ita laudandum in modum filios Israël gubernauit. *Philo Iudæus lib. de Temul.*

4. Cùm orator quidam luxuriosus prandéret apud *Phocionem* Principem, & tam vini, quàm ciborũ apparatus exhiberetur satis tenuis: Demiror inquit, O Phocion, te Remp. administrare, cùm possis ad istum prandere modum. Imò verò, inquiebat Phocium, ideo ad istum prandeo modum, quia Remp. administro; indicans, Rectores aliorum, moderatos in cibo & potu esse debere *Reges Persarum* pane duntaxat, pulte, cardamo, & sale vesci solebant, si *Alexandro lib 2. Geneal. cap. 25*, credimus.

5. *Timotheus* Cononis F. *Athenarum Dux* exceptus quodam tempore est conuiuio à Platone, cumque non fuisset id missuum numero magnificum, nec alio magnopere apparatu conspicuum, sed simplex planè: reuersus ad suos Ti-

motheus latè insusurrauit: Quos cæna excepe-rit Plato, in posterum etiam diem bene habere. Die sequenti Platoni obuius, intulit admodum e-leganter: vos quidem, O Plato, in sequentem ma-gis diem bene cœnatis, quàm in præsentem. *Cæl. lib. 15, cap. 30.*

6. *Fridericus III. Imp.* nullum magis horrebat, vitium, quàm ebrietatem: vinum non nisi dilutũ bibebat, & singulari amore abstemios proseque-batur *Cuspinianus.*

7. *Alfonsus Rex Aragonum & Siciliæ* interrogi-tus quid sibi veller, quòd tam copiosa dilueret a-qua vinum, quod aliàs parcissimè bibebat? respõ-dit: Ne ebrius fiam: non enim ignoro, quantum vini intemperantia Alexandri Macedonum Re-gis gloriæ obfuerit. Vel: Vino sapientia obscura-tur; ideò non decet Regem hoc immodica potã-tione extinguere, sine quo Regis nomen ritè tu-eri nequit. *Idem* cùm audiret quosdam interce-dentes apud se pro nobili quodam Equite, ob immensam æris alieni vim, eo conflatam, quòd vini ingluuie peramplum patrimoniũ cùm per-didisset, luxum consuetum continuare non pos-set, respondisse fertur: Si tantum pecuniæ in pa-triam, in amicos, in pauperes contulisset, illicò annuerem vobis: sed quia totum id ventri dedit, ac crapulæ; non iniuria corpore luet, quod ine-ius obsequijs nequiter est admissum. *Idem* inter-rogatus, cur adeò sæpè ac vehementer ebrietatis vitium carperet, ac damnaret? Quia, inquit, furo-rem & libidinem Ebrietatis filias esse haud igno-ro. *Anton. Panormit. lib. 2. de rebus gestis Alfons.*

8. *Xiphilinus* testatur *Claudium Imp.* omnes de-litias, quæ fuerant Caij Caligulæ temporibus in-

tro-

troductæ, (dæmonis decipulæ ac naſſæ. *Ierem.* 5.) ſuſtuliſſe: quin etiam cauponarias officinas, vbi confluere ſolebant ad luxum iam aſſuefacti ciues, euertiſſe, quòd omnis nequitiæ luſtra Tabernas eſſe dictitaret. *Alex. ab* Alex. lib. 4 Gen. dier. cap. 3.

9. *Rex Salomon* ſapientia plenus, ſapientiorem ſe euaſurum putauit, ſi abſtemius vitam ageret: Eccle. 2. *Cogitaui in corde meo, abſtrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad ſapientiam, deuitaremq; ſtultitiam, donec viderem quid eſſet vtile filijs hominum.* Idem Prou. 31. v. 4. ait: *Noli Regibus, O Lamuel, noli Regibus dare vinum: quia nullum ſecretum eſt, vbi regnat ebrietas. ne fortè bibant, & obliuiſcantur iudiciorum, & mutent cauſam filiorum pauperis.* Nam rectè *Plato* 2. *de Leg.* Magiſtratibus toto eo tempore, quo Magiſtratu funguntur, vini vſum non concederem, &c. Gubernator ebrioſus, & quiuis, cuiuſcunque rei præfectus, omnia ſubuertit, ſiue nauigium, ſiue currum, ſiue exercitum, ſiue quamcunque rem fidei ſuæ commiſſam. *Valer. Max. lib.* 5. *cap.* 11. Princeps ſemper erit ſobrius, & potens vti vſu rationis, ad cauſſas ſubditorum dijudicandas, &c. Hinc *Carthaginenſes*, teſte *Alexand. ab* Alexand *lib.* 4. *Genet. cap.* 6. toto imperij tempore Magiſtratui vinum interdicebant, & vt idem author eſt, *Egyptiorum* lex erat, vt certa vini ſubtaxata menſura Regi quotidianis ferculis daretur, vltra quam excedere non licebat. Et ſi apud *Indos* mulier temulentum Regem occidiſſet, hoc donabatur munere, vt ſucceſſori nuberet. Et Solonis

instituto licuit Athenienſibus ebrium Principem morte mulctare. *Cal. Rhod. lib. 28. cap. 31.*

10. Cùm feſtum diem celebraret Thebana ciuitas, omneſque compotationibus & vini libidini indulgerent, *Epaminondas Dux Thebanorum* cibo abſtinens & potu, cuidam è familiaribus factus eſt obuius triſti ac meditabundo vultu, demiſſis oculis: quo admirante, ac rogante: quid tandem rei eſſet, quòd ſolus ad eum affectus modum obambularet? vt vobis, inquit, omnibus ebrio ac ſocordes eſſe liceat.

11. De *Hannibale* Pœnorum Imp. *Vegetius lib. 4. cap. 3.* ait: De nocte ſemper ſurgebat, ante noctē nunquam quieſcebat, crepuſculo demum veſpertino cœnæ vacabat: vino vix vllo, ſi tamen vtebatur, parciſſimè vtebatur: nūquam amplius duabus horis apud eum diſcumbebatur.

12 *Policrates* teſtatur, lib. 5. cap. 7. *Scipionem AEmilianum*, cùm aduerſus hoſtes iturus eſſet, toto belli temporè, nec vino vſum, nec menſæ ſed hinc inde ambulantem pane veſci ſicco, & lympha, è fonte proximo ſuppeditata, ſitim reſtinguere ſolitum. M. quoque *Catonem* eodem vino, quo remiges, hoc eſt, tenuiſſimo ac viliſſimo contentum, neque vnquam pretioſius ac fortius, dum gereret Remp. bibere voluiſſe. Refert idem de *Auguſto Cæſare*, quòd minimi cibi fuerit, tenuiſſimique potus.

13. *Carolus Magnus* ebrietatem etiam in quolibet infimæ conditionis homine, nedum ſuis, abhorrebat. In cœna non amplius ter ferè, neque temere interdiu bibit. Idem vetuit, ne in caſtris, ſeu expeditione, alius alium ad bibendum prouo-

prouocaret, aut cogeret. Ebrium in exercitu, in posterum aquam potare cõmpulit. *Crantz. Saxon. lib. 2 cap. 8. Auentinus lib. 4. Annal. Boiorum.* 14. *Maximilianus I. Imp.* inter prandia rarò bibebat: in mensa vt plurimum ter: atque ideo valetudo illi vsque ad periodum vitæ prospera semper fuit. Cuspinian.

SIGNVM LXXXIII.

SPECTACVLA VANA, ET TVRpia prohibere.

1. *Tiberius Cæsar* ludorum ac munerum impensas corripuit, mercedibus Scenicorum rescissos, &c. *Sueton.*

2. Romæ cùm Præsidium licentia in edendis spectaculis multum damni Prouincialibus inferret, eosque quotidie nouis collationibus exhauriret, *Nero* vetuit, ne gladiatorium munus, aut ferarum spectaculum Præsides in Prouincijs ederent. *Alex ab Alex. lib. 4. cap. 6.*

3. Gymnicus ἀγὼν apud Viennenses ex cuiusdam Testamento celebrabatur. Hunc *Trebonius Ruffinus* in Duumuiratu tollendum auolendumque curauerat. Cùm negaretur ex authoritate publica feciſſe, eumque restitui hæredes postulassent, egit ipse causſam suam apud *Traianum Imp.* C. *Plinio Nepote* in consilium assumpto. Dicebat eas potissimum liberalitates priuatorum hominũ esse omni Reip. valde suspectas, quæ ciuitati nullum ornatum, nullam vtilitatem; plebi solam duntaxat voluptatem, atque delectationẽ afferant: qualia sunt venationes, spectacula, aliaque

que huiusmodi certamina. His apprimè muneribus abduci, trahi, compelli animos ciuium: quâ vim, atque authoritatem, qui sibi parare cupit, necesse est eum aliquid magnificentius sentire de se. Præterea accidisse, (quod perpetuo solet) vt hoc nudo & impudico certamine, propter otium & voluptatem, mores Viennensium inficerentur. Placuit Agona tolli. *Plin. lib. 4. epist.* Vide Stimulos Virtutum lib. 1. cap. 19. & seqq.

SIGNVM LXXXIV.

STVDIA LITTERARVM ETIAM dum corpus curatur, atque adeò in publicis negotijs non intermittere.

1. C. *Iulius Cæsar*, ne in medio bellorum furore quidem vnquam litterarum studium intermisit; neque ludos, aut alia publica munera sine lectione spectabat. Omnium testimonia Commentarij illius superant, inter armorum strepitum, ac bellorum, tum externorum, tum ciuilium curas scripti. *Fulgosus lib. 8. cap. 7. Plut.*

2. *Augustus* liberalium studiorum adeò erat cupidus, vt medio Mutinensis belli ardore, (in tanta mole rerum) legeret, aut scriberet, quotidiè declamaret: imò & eo tempore, quo radebat barbam, aut legebat, aut scribebat aliquid. *Sueton. Sab. lib. 1. Enn. 7.*

3. *M. Antoninus Philosophus* (ob Philosophiæ excellentiam sic dictus,) *Imp.* vltra publicas curas, quas nunquam deseruit, (cuius rei argumentum est, quòd diu pacatum tenuit Rom. Imperium) plurimum studij litteris impendit, cùm de Philoso-

losophia semper vel scriberet, vel disputaret. Itaque eius dicta scriptaque inter Philosophos eo tempore magni habita fuerunt. *Fulgos. lib. 8. c. 7.*

4. *Theodoro Metochitæ Dromilogothetæ* etsi magna moles negotiorum & curarum incumbebat, nihil tamen fuit, quod eum à lectione & scriptione reuocaret. Ea dexteritate in vtrisque versabatur, vt à manè vsque ad vesperam in Palatio Remp. administraret, tanta diligentia, tantoque studio, quasi à litteris prorsus alienus esset. Serò inde abiès, adeò totus in litteris erat, quasi scholasticus esset, neque cum Rep. negotij quicquam haberet. *Gregoras lib. 7.*

5. *Alphonsus X. Castulonensis Rex*, quanquam Regnorum curis, gerendisque bellis occupatus esset, assiduè tamen studijs operam dedit. *Fulgosus lib. 8. cap. 7.*

6. *Alexander Seuerus Imp.* in conuiuijs consueuit vel legentes audire, vel ipse alijs vescentibus legere. *Fulgos.*

7. *Carolo Magno* prandenti, vel cœnanti historiæ legebantur, & antiquorum Regum gesta. *Auentinus lib. 4. Annal. Boiorum, Crantz. lib. 2. Saxon. cap. 8.*

8. Quanquam C. *Plinius* in armis & Magistratibus obeundis totam transegerit vitam, neque aliquid, quod agendum esset, omiserit, tamen tam multa, tam doctè atque ornatè scripsit, vt etiam otioso perdifficile sit omnia, quæ is scripta reliquit, perlegere. In mensa quoque legentem audiebat; imò & lectica vtebatur, vt in via vel legere, vel scribere posset. Si equo veheretur, sæpe inter tempestates ministrum excipere dictata iubebat. nepotem suum ambulantem videns obiurgauit:

Pote-

Poteras, inquit, has horas non perdere. *Fulgos. ibid.* De *Alphonso* Aragonum & Siciliæ Rege *Panor. lib. 1. & 2. de rebus gestis Alphonsi & Fulgos. ibid.* De *Theodosio* Imp. Arcadij filio *Niceph. lib. 14. cap. 3.* de *Roberto Hierosolymorum & Siciliæ Rege?* Petrarcha de studio. *De Carolo IV. Rom. Imp.* AEneas Sylu. lib. 4. Coment. in res gestas Alphõs. eorũ in literarũ studijs diligentiã honorificẽtissimè laudantes. Rector populi bene gubernandi rationem ex aliorum præceptis colligat.

SIGNVM LXXXV.

STVLTIS NON DELECTARI.

1. FRidericus *Cæsar* interrogatus, an moriones ad conuiuium intromittendi essent? Neque stultis, inquit, delectari possum, neque superbis esse amicus. AEneas *Sylu. lib. 2. Comm. de rebus gestis Alfonsi.*

2. *Alfonsus Aragonum* Rex, etsi liberalissimus esset, stultos tamen ac moriones ne vix quidem admisit, qui tales sunt cisternæ rimosæ persimiles esse dicens, quas vt nullus impleret imbres, sic hos nulli, quamuis magni prouentus, rerumque compendia exatiarent. *Iouian. Pont. de Liber.*

SIGNVM LXXXVI.

NON SVPERBIRE, SEV FELICITate nimia non efferri; sed fastum elationis potentiæ cauere: nec superbire ob elegantiam corporis, nec ob eruditionem.

SYr. 32. *Rectorem te posuerunt, noli extolli; sed esto in illis, quasi vnus ex illis.*

1. Quia

1. Quia potestatem suam habent à Deo, primo ente, & primo dominante. Spiritus enim S. ait Prou. 8. *Per me Reges regnant, & legum conditores* (al. Principes) iusta decernunt. Idem *Salomon* (1. Par. 1.) fatetur se Regem à Domino constitutum. *Deut. 16.* ipse Deus constituit Iudices, vel Magistratus constitui iubet: & Exod. 18. præfecit populo Moysem. Dauid (1. Reg. 16.) Diuina ordinatione est electus. Sap. 6. *A Domino data est potestas vobis*, (malis.) Ierem. 27. *Ego dedi Nabuchod.* Dan. 2. *Tu es*, &c. Rom. 13. v. 1. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas, nisi* à Deo. Hinc *Iosaphat*: (2. Par. 19.) *Non hominum, sed Dei iudicia exercetis*, (loco Dei iudicatis.) Et Moyses (Deu. 1.) Iudices monet, vt iustè iudicent: quia iudicium Dei est.

2. Quia in sacris litteris (Psalm. 81. & 49. Exod. 7.) Dij appellantur: non solum quia Dei ministerio in terris funguntur; sed etiam, quia vt populus ijs tenetur obedire, ita ipsi Deo coguntur obtemperare.

3. Quia maximè indigent in regendo influentia & virtute Diuina, vt ea radios Diuinæ bonitatis suæ super eos dirigat, vt rectè regant. Isaiæ 26. *Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine.*

4. Quia nôrunt suam dignitatem puerilibus similem esse crepundijs: (*Val. lib. 6. cap. vlt.*) & magnas arbores vna hora extirpari: (*Curtius lib. 7.*) & nil tam esse firmum, cui non sit periculum. etiam ab inualido: vt, V. G. ferrum consumitur à rubigine.

5. Cùm ob superbiam multi etiam Reges sint deiecti: *Saul*, (1. Reg. 15.) *Ozias*, (2. Par. 26.) *Nabuchodonosor*, (Dan. 4. & 5.)

6. Cùm

6. Cùm quòd sunt in alto, id habeant à corpore, id est, à multitudine, quæ eos vt capita portat.

1. De *Agathocle* Rege Siciliæ vel Agrigentino Ausonius:

Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea Regem,
Atque abacum Sanio sæpe onerasse luto.
Fercula gemmatu cùm poneret horrida vasis,
Et misceret opes, pauperiemq; simul:
Quærenti caussam respondit: Rex ego qui sum
Sicaniæ, figulo sum genitore satus.
Fortunam reuerenter habe, quicunq; repente
Diues ab exili progrediere loco.

Agathocles in figuli officina educatus, Rex deinde Syracusan. factus, aurea pocula & cælata præbibens, adolescentibus iussit etiam fictilia proferri, & dixit: Talis res est assiduitas laboris ac tolerantia, & fortitudo: nos olim lutea, nunc aurea facimus pocula. *Iustin. lib* 12. *Val. lib.* 12. *cap.* 13. *Vide de Humilitate signum* 81. *part.* 1.

2. Apud *Romanos* omnes qui nobilitate præstarent, lunulas in calceis gestabant, innuentes, non insolescendum, nec prosperiore successu efferendos animos esse; sed semper mente pertractandam esse inconstantiam rerum, qua humana conflictantur. Sicut Luna primò quidem ex obscuro prodit, mox splendido refulgens nitore visenda consurgit facie: & cùm iam clarissimam præfert candoris speciem, rursum consenescens deflorescit, donec ratione quadam reciproca in nihilum denuo redeat. *Plut.*

3. *Florens Septimius, in Apologetico*, ait: Romæ olim triumphantibus à tergo huiuscemodi commoni-

monitionem(quam *Plinius lib. 28.* Medicum inuidiæ appellasse videtur)ingeri solitam:Respice post te,hominem te esse memento. *Hieronym. epist.ad Paulam. Cælius lib.3.cap.7. antiq. hist.*

4. *Philippus Macedo*, postquam apud Chæroneã Athenienses vicisset, adeò ex nimia felicitate se efferre cœpit, vt se hominem fortunæ malis obnoxium esse non cogitaret amplius. Verùm cùm intelligeret,quid mali ex tanta superbia sibi immineret, ex aulicis pueris vni id muneris iniunxit, vt ad solis exortum, in suum cubiculum ingressus,inclamaret:Rex,memineris te non Deũ, sed hominem esse, multis fragilitatibus, çrumnis,ac malis obnoxium,& expositum.*Cæl.lib. 19. cap.33.AElian. lib. 8.Var.ex quo Stob. serm.21.* Ausonius.

Est nunquam stabilem sortita superbia sedem.

5. *Canutus Daciæ & Angliæ Rex*, animi caussa aliquando secundùm Oceani littus ambulabat,ibique per otium à milite auribus seruiente appellatus Rex regum longè omnium potentissimus, qui hominibus,qui mari,qui terræ latè imperitaret.At ille tacitus animo repente ad Dei potentiam contemplandam erecto, vt suorum vanas assentationes aliquo argumento coargueret, vestem exuit,ac ex ea globum fecit,superque sedit. quàm proximè aquam,æstu tum fortè ex alto se incitante,ac inquit: Vnda tibi iubeo,vt ne pedes meos tangas. Quæ vbi est fatus, suis demirantibus cur hoc faceret, vnda insurgens totum madefecit. Tum ille retro progressus: En, inquit, Principes vocatis me Regem, qui hanc paruulam vndam meo imperio cohibere vel remorari nequeo. Nullus mortaliũ est tali nomine dignus:

Diste non intumescere, nec insolescere.

dignus: est Rex vnus, Pater Domini nostri Iesu Christi, cùm quo ille regnat, cuius nutu cuncta reguntur: hunc venerentur, hunc Regem appellemus; hunc Regum, hunc populorum omnium Dominum: hunc cœli, terræ, maris Rectorem, nó solùm confiteamur, sed etiam profiteamur, præterea neminem. Posthæc Vintoniam profectus, coronam, quam gestabat, capiti simulachri Christi crucifixi, quod in templo Apostolorum Petri & Pauli pendebat, suis manibus imposuit, nunquam posthæc eiusmodi ornamento capitis vsu insigni. *Polyd. lib. 7.* Phalaris Tyrannus in epist. Seperborum tristes plerumque sunt exitus, cuius rei præsentissimum est remedium, si aduersis interdum, casibus iactentur: calamitates enim securitatem augent prudenti, & pericula nocent.

6. Iescus II. Polonorum Princeps in victu cultuque corporis singulari parsimonia fuit, rudibus & crassis pannis aulçorum loco vtebatur, nisi si quando in publico dare aliquid splendoriq; que maiestati Principatus, maximè propter externos homines, cogebatur. Quin ibi quoque (in palatio) crassos pannos, (quibus ante adeptum Principatum vsus esset) ob oculos poni sibi iubebat, quibus admoneretur assiduò fortunæ pristinæ, & vnde ad tantum honoris fastigium euectus esset. *Cromerus lib. 2.*

7. *Saladinus* potentissimus AEgypti Sultanus, & Christianorum olim terror, qui Syriam, AEgyptum, & Africæ bonam partem subegit, testamento iussit interulam, cui inuoluendus esset post mortem, perticæ appensam per castra circumferri, (pro omni pompa funebri) cum hoc præ-

præconio: Ex tantis opibus, tanta virtute partis Saladino, terrori gentium, nihil quòd se comitetur reliqui esse. *Platina in Cœlestino III.*

8. *Maximilianus I.* moriens iusserat, vt suum cadauer cunctis vel infimæ sortis hominibus spectandum proponeretur, vt vel suo exemplo discerent, cogitarentque cuiuscunque status forēt; sese mortales esse; nec vlla diademata, vllas opes, regna, & imperia à morte hominem præseruare posse. *Rein. Hadamarius.*

9. *Epaminondas* cùm aliâs solitus esset vncto corpore hilariqúe vultu prodire in publicum, postridie eius diei, quo feliciter pugnatum est ad Leuctra, processit squalidus ac summissus. Amicis autem scisciantibus, ecquid illi molesti accidisset? nihil, inquit, sed heri sensi me plus æquo mihi placuisse: eius gaudij intemperantiam hodie castigo. *Plut. in Græc. Apopht.* Adeò metuit arrogantiam, vir militaris, & nos nō idem facimus, quoties secunda fortunæ aura res nobis succedunt?

10. *Agesilaus*, vt ipse singulari erat modestia, ità non tulit in alijs arrogantiam. Nam *Menecrates Medicus*, cùm desperatæ, quædam curationes ipsi feliciter cessissent, populari adulatione dictus est Iupiter. Hoc cognomento vir arrogantis ingenij delectatus, insolentius vsus est eo titulo. Tandem cùm & Agesilao scriberet, nec veritus esset hac vti salutatione: Menecrates Iupiter Agesilao Regi salutem: Rex eo offensus procœmio, præterea nihil dignatus est legere, sed rescripsit in hunc modum: Rex Agesilaus Menecrati ὑγιαίνειν: ac si dixisset, sanam mentem tibi precor. χαίρειν Græci dicunt; quibus bene precan-

tur: ὑγιάνειν, ambiguum verbum ferè in malam sumitur partem, eoque significamus, abesse sanitatem mentis. *Plut. AElian. lib. 12. de var. hist.*

11. *Archidamus* Agesilai filius post conflictum apud Chæroneam, cùm à *Philippo Rege Macedonum* litteras accepisset acerbius scriptas, hunc in modum rescripsit: Si metiaris vmbram tuam, haúdquaquam reperies illam factam maiorem, quàm erat ante victoriam. Grauiter admonens, non esse prudentis ob fortunæ successum intumescere, cùm ipse sit nihilo maior. AEquum autem est, vt homo se proprijs bonis metiatur potiùs, quàm externis, quæ fortuna, cùm libet, dat; cùm visum est, eripit. *Plut.*

12. *Rex Dauid* dicebat: Psalm. 130. 1. *Domine, non est exaltatum cor meum*: 2. *neque elati sunt oculi mei*: 3. *neque ambulaui in magnis*: 4. *neque in mirabilibus super me*. 5. *Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam.* Ad quæ verba inquit S. *Gregorius 26. Moral. cap. 23.* Ecce humilitatis hostiã ab intimo cordis oblatam: crebrò replicat, & iterum atque iterum confitendo offerre non cessat, eamque multipliciter loquens, iudicis sui oculis ostentat. Quomodo istud sacrificium Deo placere cognouerat, quod in conspectu eius tanta iteratione vocis immolabat? nisi quòd vicina esse superbia potentibus solet, & pene semper rebus affluentibus elatio sociatur: quia & sæpe humoris abundantia duritiam dat tumoris.

13. dem *ibidem cap.* 21. ait: *Saul* ab humilitatis merito in tumorem superbiæ culmine potestatis excreuit. Per humilitatem quippè prælatus est, per superbiam reprobatus, Domino attestante, qui ait: 2. Reg 15. *Nonne, cùm esses parvulus in oc-*

in oculis tuis, caput te constitui in Tribubus Israel: cùm apud se *paruulus*, apud Dominum magnus: cùm verò apud se magnus, apud Dominum *paruulus* fuit. Magnos nos Dominus apud nos esse prohibet, per Prophetam dicens. (Isaiæ 5.21.) *Væ qui sapientes estis in oculis vestris*, &c.

14. Quoniam *Alexander Magnus*, postquã multis ac continuis prælijs victorijsque crebris celebratus fuit, immodestus insolensque factus est, cũ in hominẽs, tum in Deum ipsum, vt qui non iam Philippi filius, sed Iouis Hammonij dici vellet, atque se, vti Ioue genitum, adorari: Macedones etiam, quorum virtute omnem Asiam suo imperio submiserat, sperneret: ista insolentia hac animaduersione punita fuit, vt in ipso ętatis flore, (34. ætatis anno) veneno mortalitatem expleret, totis 30. diebus sepultura carens. In adolescentia verò, cùm adhuc modestiam & verecundiam, à præceptoribus acceptas, retineret, nulli, vel prudentissimo, sapientia, nec consilio cedebat. *Vide locum de Fortunæ inconstantia.*

15. Quoniam *Iulius Cæsar* nouos & inauditos honores vsurpauit, vt perpetuam Dictaturam, Præfecturam morum, cognomen Patris patriæ, Statuam inter Reges, suggestum in Orchestra, &c. 23. vulneribus confossus est. *Sueton cap. 76.* De *Sesostoris* A*Egyptiorum Regis* elatione, vide *Baron. Tom. 9. Annal.*

Xerxem Artabanus ad modestiam hortatur (apud Xenoph.) ne fiduciam virium & potentiæ suæ insolescat, ne propter Regni amplitudinẽ, & exercituum magnitudinẽ efferatur, & superbiat, contẽnat præ se alios; sed sit memor inconstãtiæ

rerum humanarum & vindictæ diuinæ. *Tiberius Mauritio* Imperium Romanum traditurus, eum sic alloquitur: Potestatis insolentiam ratione fac frænes, & Philosophiæ artibus sapientiæ scaphã gubernes, purpuram perinde ac vilem pannum tibi iniectum esse per Philosophiæ studium existima: coronam, qua caput cingitur, nihil à lapillis, qui circa littus fluctibus alluuntur, differre puta. His eum à superbia animique elatione deterrebat. *Niceph. lib. 18. hist. cap. 6.* Maximiliani II. Imp. Symbolum erat: Dominus prouidebit Rudolphi II. Omnia ex voluntate Dei, quo significabat humilis Imp. se voluntatem suam per omnia voluntati Diuinæ subijcere.

16 *Carolus Burgundiæ Dux* cognomento *Audax* post multas magnasque victorias tandem ferocior euasit, magnosque secundis rebus spiritus sumpsit, sibi persuadens omnem, qua fruebatur, felicitatem à suo pendere ingenio & virtute: qua ex re ferocior indies euadebat; vnde factum, vt puniuerit illum Deus mentis cæcitate, inquit *Cominæus lib. 7. Comment.* Nam post tot tantasq; res tota Europa præclarè gestas, tandem in obsidione Nancæna manum cum Lotharingo vitribus longè superiore conserens, miserrimè fuso fugatoque exercitu cum multis alijs interemptus est, & postea denudatus in magno cadaueru numero, Cùm ipse non noscitaretur. Sic qui paulo ante Leodienses, capta ciuitate, & incendio deleta, vita fortunisque priuarat, vita spoliatur. Rectè ergo Prudentius in Psycom. Superb. & Humil.

Desine grande loqui, frangit Deus omne superbum,

Magna

Magna cadunt, inflata crepant, tumefacta premuntur:
Discè supercilium deponere, discè cauere
Ante pedes foueam, quisquis sublime minaris.
Peruulgata viget nostri sententia Christi:
Scandere celsa humiles, & ad ima redire feroces.

Cùm *Alcibiades* nobilis agrorum in Attica multitudine se iactaret, vt Socrates eius fastum contunderet, vel frangeret, obtûlit ei Orbis terræ Tabulam, in qua cùm fundi eius non apparerent: Viden' inquit, fundi tui nullam à Geographis, vt exilis, habitam esse rationem? desine itaque insolescere. *AElian. lib. 3. var.*

OB PVLCHRITVDINEM, *& elegantiam corporis, atque ob eruditionem non superbire debemus.* Pulchritudinem corporis animæ deformitas plerumque comitatur. Sub crystallina sæpe glacie cœnum latet voraginosum: in muro polito coluber nascitur horrendus: interiora dentis candidi molesta terebrat scabrities: quo pretiosior pānus, hoc maiorem edit tinea stragem: quò subtilius linteum, hoc magis à blattis corroditur; & terebratur: quò feracior arbor, eò magis à verme infestatur. Sub corpore nitido facieque perpulchra multa sæpè & horrenda latent vitia. Vbi magna est donorum bonorumque corporis copia, ad ea conseruanda magno opus est velut agmine virtutum. Nam quò sunt altiores arbores eò magis ventorum oppugnantur impetu. Forma alienæ libidinis est ſincitamentum. *Val.* Formæ nitor vernalium florum mutabilitate fugacior est. *Boet.*

M. Aurelius Imp. scribit ad vxorē: Sapientiā sa-

pientissimus est, qui se minimum scire arbitratur: & rudium rudissimus, qui se plurimum scire autumat. Si quis enim est, qui multa norit, sæpe inuenit aliũ, qui plura norit. Maxima pars eorũ, quæ scimus; est minima eorum, quæ nescimus. *Quintil.* Multi ad scientiam peruenissent, nisi se iam dudum peruenisse putassent. Et: Vana scientiæ persuasio multos fructus perdit.

Scilicet ingenua quò quisq; est cultior arte:
Hoc magis humanis moribus esse solet.

Pœnas superb. vide in Theatro Hist. locis de Iactantia, & de superbia.

SIGNVM LXXXVII.

OB NATALIVM SPLENDOREM, SEV generis nobilitatem non superbire.

NObilis apud Deum est, quicunq; iustus est, vel in gratia, vel charitate Dei. Nam 1. Reg. 2. v. 29. Dominus ait: *Quicunq; glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* Eiusmodi nobiles dicuntur in sacris literis: Amici Dei, in adoptionem filiorum Dei assciti, filij Dei; hæredes, & cohæredes Christi, Diuinæ consortes naturæ, Reges, Sacerdotes, Dij: *Ioan. 1. 12. Rom. 8. 14. 17. 2. Pet. 1. 4. 1. Pet. 2. 9. Ioan. 10. 34.*

Verã nobilitatẽ nõ ex genere, aut prosapia; sed ex virtute, & gratia Diuina esse petẽdã docẽt sacræ litteræ. Nã S. Ioan. ait: *Omnis qui facit iustitiã, ex Deo natus est. Omnis qui diligit* (& credit, &c.) *ex Deo natus est.* 1. Ioan. 2. 29. & 4. 7. At Deo nihil est nobilius. 1. *Tim.* 1. 17, *Ephes.* 3. 14 *Iac.* 1. 17. Qui talẽ patrẽ, omnis nobilitatis auctorẽ & parentẽ sibi vendicare potest, nõ potest de sua nobilitate dubitare, licet hæc ignota sit mundo: quod & indicauit S. Ioan. dicẽs: (ep. 1. c. 3. v. 1.) *Videte qualem charita-*

charitatẽ dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & simus: propter hoc mũdus nouit nos, quia non nouit eũ. Hinc etiã cũ Iudæi, iactãtes nobilitatẽ originis suæ, dicerent: Ioan. 8. 35. *Semẽ Abrahæ sumus,* respondit eis Iesus: *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* Et cũ quidã monerent Christũ, matrem suã, & fratres suos stare foris: respondit: (Matth. 12. 46.) *Quicunq; fecerit voluntatẽ Patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.* Hinc S. *Chrysostomus Hom. 45. in Matth.* ait: Vna & sola communis nobilitas atque necessitudo cum Christo est, vt voluntatem Dei facias.

Legimus Deũ in populi Iudaici Duces, & Principes elegisse, nõ genere & prosapia illustres, sed pecori curando vacantes, vt *Moysen* qui pascebat oues a Cùm *Saul* ad Regiũ Thronũ euehẽdus esset, operã dabat amissis asinabus patris sui quærẽdis, qui de se ait: *Nũquid non filius Iemini ego sum, de minima Tribu Israel? & cognatio mea nouissima inter oẽs familias de Tribu Beniamin?* (1. Reg. 9. 1. 21.) *Dauid* Rex se de post fœtantes acceptum esse fatetur. b Christus in *Apostolos* non nobiles, sed plebeios & viles homines elegit. Vnde *B.* Paulus, 1. *ad Cor.* 1. 26. ait: *Non multi nobiles*, &c.

a *Exod.* 3. 1.

b *Psalm.* 77 71.

Clemẽs Alex. in altero Stromatæo, etiã ex Platone conatur probare, Christianos, qua Christianos, esse sũmæ nobilitatis & regios. *S. Ambros.* in verba Lucæ cap. 3. *Patrẽ habemus Abrahã*, lib. 2. c. 3. Non datur nobilitati palma, sed cursui. *S. Gregorius Nazian. Orat. in laudẽ Gorgoniæ sororis*: Gorgonię patria fuit superna Ierusalem: nobilitas aẽt Diuinæ imaginis cõseruatio, &c. Et in *Orat. ad Arrianos*: Magnis omnib⁹ & excelsis viris patria est vna superna Hierusalẽ. Omnib⁹ gen⁹ vnũ: si inferi ora hęc spectare velis, puluis, & lim⁹: si superiorá,

ſpiraculum illud, cuius participes facti ſumus, quodque incorruptum ſeruare iubemur, & cum quo mihi ad Tribunal ſiſti neceſſe eſt. Quiſquis recta viuendi ratione, animiq; ad exemplar ſuũ inclinatione ſpiraculum illud cõſeruauerit huic demum nobilitatis ratio conſtabit. Contra, qui vitijs illud ſceleribusque fœdauerit, formamq; alteram, hoc eſt, ſerpentis, ſibi induxerit, ille verè ignobilis & obſcurus erit exiſtimandus. *Idem in Nobilem malè moratum* inquit: Quidam olim probis quidem parentibus natus, verùm omni vitiorum genere infamis, alij cuipiam, genere nõ admodum claro, ſed eximia virtute prædito, maiores ſuos inſolentius efferebat. Ille autem ſuauiter arridẽs: Mihi, inquit, probro genus meum eſt: tu autem generi tuo. Si quis tibi oris deformitatem, aut odoris fœditatem per contumeliam obijceret, nihilne aliud reſponderes, quàm quòd pater tuus formæ pulchritudine excelluiſſet, aut ſuauiſſimè olere ſolitus eſſet? &c. *Ibid.* Lutum idẽ omnes ſumus, ijſdem omnes pellibus contexti: puluis vnus omnes ſumus, ab eodem fictore genus omnes ducimus. Præſtat in obſcuritate generis virtute, quàm in maiorum claritate vitijs cumulari. Nam & roſa, licet ex aſpera planta naſcatur, fragrantiſſimum tamen odorem afflat. S. *Hieronymus ad Celantiam de inſtitut. matriſfamilias*: Neſcit religio noſtra perſonas accipere, nec conditiones hominũ: ſed animos inſpicit ſingulorũ: ſeruũ & nobilẽ de moribus pronũtiat. Sola apud Deũ libertas eſt, non ſeruire peccatis. Sũma apud Deũ nobilitas eſt, clarũ eſſe virtutibus. Quid apud Deum in viris nobilius Petro, qui piſcator, & pauper fuit? quid in fœminis B. Maria illu-

illustrius, quæ spõsa fabri describitur? Sed illi piscatori & pauperi cælestis regni à Christo credũtur claues. Hæc spõsa fabri meruit esse mater illius, à quo ipsæ claues datæ sunt. *Elegit* .n. *Deus* (1. Cor. 1. 26.) *ignobilia & contẽptibilia* huius *mũdi*, vt potẽtes aç nobiles ad humilitatẽ facilius adduceret. Nam & aliàs frustra sibi aliquis de nobilitate generis applaudit, cùm vniuersi paris honoris, & eiusdem apud Deum pretij sint, qui vno Christi sanguine sunt redempti. Nec interest qua quis conditione natus sit, cùm omnes in Christo æqualiter renascamur. *Auctor operis imperfecti* Hom. 3. in verba Matth. *Patrem habemus Abraham*; Quid prodest ei, quem sordidant mores, generatio clara? aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? ipse se vacuum ab omnibus actibus bonis ostendit, qui gloriatur in patribus. Quid profuit Cham, quòd filius fuit Noë? aut quid nocuit Abrahæ, quòd patrem habuit Thare, luteorum deorum cultorem?

Etiam Ethnici Philosophi, & Poëtæ, licet apud eos nulla vera fuerit virtus, quia fide vera & gratia Dei carebant, tamen veritatem nobilitatis maximè ponebant in virtute. Et ego in hoc sum Vlysseus: Ouid. 13. Metamorph.

Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco.

Eleganter scripsit Imp. Leo (*Opusc. de App. bell. lib. 2. cap.* 32.) Sicut animantia omnia ex moribus ipsorum & actionibus exquirimus, vtrum generosa sint, an inertia: ita & hominum nobilitatem nõ ex maiorum laude, sed ex suis ipsorum actionibus & rebus gestis æstimare oportet. Hinc & Ouidius:

Non census, nec clarum nomen auorum:
Sed probitas magnos, ingeniumq; facit.

Et Iuuenalis Satyra 8.

Tota licet veteres exornent atria cera:
Atria, nobilitas sola est, atq; vnica virtus.

ceras vocat imagines cereas. *Ferdinandus* crebris illud vsurpabat sermonibus: Boni viri, & boni vini originem non esse curiosè inquirendam. Nã vt interdum in loca non admodum celebri vinũ nascitur generosum: ita sæpe ex humili loco viri prodeunt laudatissimi. *Nicol. Reusnerus Class. 3. Symb.* 40. Sic & *Socrates* dicebat: Neque frumentum optimum iudicandum, quod in pulcherrimo agro natum est, sed quod commodè nutrit: neque vir bonus & amicus beneuolus, qui genere clarus, sed qui moribus egregijs fuerit. *Stob. Serm.* 84. *Bion ad Antiochum apud Stob.* O Rex, sagittarijs si opus habes, non vnde sint interroges, sed scopum proponis, & qui tangunt, eligis: sic & alios explora, non vnde, sed quales sint. Cùm *Vrbano* V. Pontifici natalium obscuritas à Rege Hispaniæ obijceretur, respondit: Virtutis non esse nasci nobilem, sed nobilem factis & meritis fieri, id verò generosi animi esse. Hinc Poëta ille:

Sint tibi Francorum Rex & Regina parentes,
Et maneat virtus pectore nulla tuo:
Non pluris faciam te, quàm sirustica mater
Sit tibi, & ignotus rusticus ipse parens.

S. Chrysostomus in Matth. Melius est de contemptibili genere clarum fieri, quàm de claro genere contemptibilem nasci, &c. *Theopompus* eos demum generosos & vtiles Reip. iudicandos existimabat, non qui à bonis & probis orti essent parentibus; sed qui bonitatem & probitatem cum

aliqua

aliqua scientia coniunctam profiterentur. Verum enim est illud: Nobilitas scientiæ est filia, & scientia possessores nobilitat. *Plut.* Nobilis quasi noscibilis.

Herod. lib. 2. Hist. narrat, plebeium quendam nomine *Amasim* Regem factum AEgypti id temporis, quo septem Sapientes florebant in Græcia, contemptui à suis habitum, quòd ignobilis esset genere. Is ergo re cognita, iussit statuam erigi idolo, quod tota AEgyptus adorabat, ex metallo peluis seu cacabi, in quo ipse cum domesticis pedes lauare assoleret. Cumque conuocatus populus statuam adoraret, ex qua materia fusum aut ductum esset idolum indicauit, & addidit: Si statuam adoratis, quòd idoli statua sit, susque deque habentes, ex qua sit materia: mihi quoque, licet stirpe ignobili, honos à vobis impendendus, quòd Regis imaginem ac personam sustineo. Atque ab omnibus, etiam Magnatibus deinceps illi habitus honos. Quòd si à statuario eadem illa imago conuersa fuisset rursus in peluim, eodem honore (vt opinor) nemo dignam credidisset. De hoc Amasi *Plut. in Symposio 7. Sapient & Diog. in vita Periandri.*

Villegisius, patre fabro plaustrorum natus, ab Ottone II. Imp. ad Moguntinensem Episcopatum & Electoratum Euectus, omnibus in locis plaustri rotam depingi curauit, cum hac inscriptione: *Villegisi, quis sis, quis fueris, memento.* Mos inde obtinuit, vt rota hæc Archiepiscopo Moguntino pro Insigni data, & ab Henrico II. confirmata fuerit. *Bruschius.*

Cato interrogat', cur inter multos nobiles statuã non haberet? Malo (inquit) bonos ambigere, quam-

quamobrem id non meruerim, quàm, quòd est grauius, cur impetrarim, mussitare. Boëtius: Si quid est in nobilitate bonum, id esse arbitror solum, vt imposita nobilibus necessitudo videatur, ne à maiorum virtute degenerent.

Lycurgus ad ciues suos: Non vobis, inquit, ô ciues nobilitas, & ductum ab Hercule genus proderit, nisi omni studio & opera illa ipsa gesserimus, per quæ ille mortalium omnium clarissimus, ac generosissimus extitit, ac per omnem vitam quæ honesta sunt, & discamus, & exercemus.

Cùm *Ioannes Hunniades* misisset ad *Huldricũ Cilia Comitem*, vt ad se veniret in castra, hoc facere planè noluit, & ad se missis respondit: Ego Comes, & Princeps, & tam nobili familia natus, ad te veniam, hominem & nouum, & nostra ætate nobilitatum. Quod cùm accepisset Ioannes: Non ego (respondit) tuis maioribus, sed mihi me comparo: quanquam neque illis cedam, qui pugnando pro Christiana religione nobilitatus maius lumen posteritati meæ comparaui: atque vt in te Cilienses Comitatus turpiter extinguitur, ita in me domus Nistricensis exornatur. *Æneas Sylu. de dictis Sigism. & Frid. Impp.*

Ad *Maximilianum* II. *Imp.* quidam venit, rogans, vt veteres scripturas & Archiua, vt vocãt, domus Austriacæ inspiciendi sibi copiam faceret vellet, quòd illius originem ab antiquissimis vsque temporibus deducere cõstituisset. Quæ causa, inquit Imp. ad hoc institutum te impellit? Desiderium, respondet, Vestræ Maiestati, & vniuersæ Sereniſsimæ Austriacæ familiæ inseruiendi. Ergo tibi, inquit Imp. laboris huius & seruitij gra-

gratiam lubens facio : siquidem periculum est, ne nimis accurata illa diligentia tandem sutorem, aut eiusmodi aliquem familiæ nostræ conditorem exterebres. Quo responso mansuetissimus Imp. eorum vanitatem irrisit, qui à Troianis, & nescio quibus originem suam repetere volunt. *Omnia initia tenuia.*

SIGNVM LXXXVIII.

TEMPERANTEM ESSE CIRCA VENEREM, vt & in cibo, & potu temperantiam seruare.

ALexander Magnus summopere commendatur, quòd cùm virginem pulcherrimam, alteri desponsatam, cepisset, eam intactam ad virũ cum magnis muneribus dimiserit. *Veget. lib. 2. de re milit. Gell. lib. 6. cap.* 8. Idem de *Scipione Africano Valerius* recenset: & *Trogus* de *Annibale Carthaginensi.* Vide locum de *Castitate.* Reges primò sua corpora bene regant, desideriorum motus compescant. Sensibus subditus, quî dominabitur alijs?

Cyrus Rex Pantheam captiuam omnium formosissimam vetuit ad se duci, ne illius amore corriperetur. *Xenoph. lib. 5. & 6. pædiæ Cyri.*

Missos facere honores, nec attingere Remp. illi debent, qui voluptatibus ducuntur, cupiditatum sese lenocinijs dederunt: (*Cic. pro Sestio*) Socrates Principatu dignum vult esse διαλεκτικώτατον, optimum ratiocinatorem, vt intelligat quid quaque in re vel boni, vel mali sit:

(*Xenoph.*

(*Xenoph. lib. 3. de Socr.*) quia Principis ac Magistratus personæ non solùm animis, sed oculis etiam ciuium seruire debet. (*Cic. 8. Phil.*) AEstimatur ac ponderantur delicta pondere & authoritate personarum. Hinc *Solon* legem tulit grauissimam, vt ebrius Magistratus impune occideretur. Nec cæteris dignè vnquam imperabit, sibi imperare qui nescit: (*AEmyl. li. 8.*) nec esse potest bonâ in animo per libidinem corrupto: (*Tacit. lib. 11.*) corrumpunt enim voluptates indolē virtutis, labefactant ingeniū, eripiūt consiliū: (*Plut. in Hannib.*) pariunt contemptum: (*Arist. 5. Pol. cap. 10.*) imò nemo ab alijs contemnitur, nisi à se ante qui contemptus est: (*Seneca de Consol. cap. 15.*) præbet etiam occasiones struendi insidias, & opprimendi Magistratus plurimas: (*Arist. ibid.*) & grauissimæ pœnitendi causſæ voluptates sequuntur: quia enim à natura honestatis maximè appetentes sumus, necesse est, vt turpitudinis, ac dedecoris recordatione affligamur. (*Osor. 8. de Reg. Instit.*) Certè si qui canes ad venationes alunt, eā in cubiculo iucumbunt, ne nimium impleantur, veloces vt sint: & ipsi canes cùm aliquid ceperunt, etiam vrgente fame ab esca abstinent præsente, dominumque suum exspectāt: multo magis debet Magistratus esse temperans, vt grauissima negocia expediat. (*Chrysost. Hom. 22.*)

P. *Scipio Africanus*, in Hispaniam missus, insolentissimos Numantinæ vrbis spiritus, superiori ducum culpa munitos nunquam fregisset, nisi dicto ea omnia, quæ luxuriæ ac voluptatis gratia cōparata erant, submoueri penitus iussisset. Val. *lib. 2. Frontin. lib. 4. Eutrop. lib. 4. Flor. lib. 2.* Ebrijs Magistratibus idem accidit quod curribus eum-

nus

nire solet, à quibus aurigæ excussi sunt: vbi illi his destituti, temere feruntur. (*Isocr. ad Demon.*) Neque quicquam magis est ridiculum, quàm custode custodem indigere. (*Plato 3. de Rep.*)

SIGNVM LXXXIX.

TEMPLA MAGNIFICE, RELIGIOSE, & honorificentissimè exstruere & reficere.

1. AGrippa Rex Iudæorum in libello supplici ad Caium Imp. Hoc templum (Hierosol.) ait, *Agrippa* auus tuus inuisit, & honorauit. *Augustus* quoque per litteras iussit vndecunq; illuc mitti primitias, instituto ibi etiã quotidiano sacrificio, honorauit id & tua proauia. Quãuis infensos haberet accolas, tamẽ semper sua religione tutum fuit, vt sacratũ Conditori patriq; rerũ omnium. Sciebant. n. violationẽ eius expiatã sæpe grauissimis cãlamitatibus: quamobrem veriti sunt iacere impietatis semina, ne sibi pernicie inde necterent. (De Templi structura, quæ Matth. 24. Discipulorum Christi oculos in se conuertebat, & intuentiũ animos admiratione afficiebat, lege *Ioseph. Antiq. lib. 15. cap. 14. aduers. Appion. lib. 2. de bell. Iudaic. lib 6. cap. 6.*) M. Agrippa tuus auus maternus, cùm spectasset templũ, & decoros ritus Sacerdotũ, puritatẽq; ciuiũ delectat⁹: est spectaculo, vt mirifico, & ineffabili, adeò vt inter familiaria colloquia nihil tũc in ore haberet aliud, quàm laudes Templi, eiusq; ornamentorũ. Ergo quãdiu hæsit ibi (Hierosolymis,) in Herodis (aui mei) gratiã accedebat id quotidie, oblectãs animũ contẽplatione sacri apparatus, & sacrificiorũ ordine, verendæque Maiestatis in Summo Sacerdote, sacrato cultu, ornatu, præsidente q; cæteris: dein

dein.templum donis honorauit, &c. Quid alter tuus auus *Tiberius Cæsar?* per viginti tres annos, in quibus imperauit, antiquissimam religionem Templi seruauit incolumem, immotamque modis omnibus. Proauus tuus, primus ob virtutem & fortunam *Augustus* cognominatus, cognitis quòd negligerentur sacræ primitiæ, per litteras mandauit Prouinciarum Asiæ procuratoribus, vt sinerent Iudæos solos in Synagogis cœtus facere: non enim hæc esse Bacchanalia, vel seditiosorũ conuenticula, turbandæ pacis caussa; sed Scholas iustitiæ, temperantiæque, in quibus studium virtutis floreat. Primitias verò quotannis conferri, vnde fient Sacrificia, missa in hoc sacra legatione ad templum Hierosolymas, &c. Iussit suis ipsius reditibus offerri quotidie victimas ritè in holocaustum altissimo Deo, quæ hodie quoque offerũtur, (taurus & agni duo) &c. Animaduertit necessum esse, vt in terris eximium fanum dicaretur inuisibili Deo, vbi homines cum bona spe vota faciant. (Quantum Iudæorum religionem in pretio habuerit Augustus Cæsar, postquam natali Christi dæmones perterriti, de nato puero Hebræo, qui suas ipsorum vires eneruaret, atque contereret, licet inuiti, responsa dedere: *Niceph. lib. 1. cap. 17. Suid. in hist. verb. August. Cedren. in Comp. hist. Baron. Tom. 1. Annal. Ann. Christi 42.*) Hoc magistro vsa proauia tua, *Iulia Augusta*, ornauit templum hoc aureis phialis, & calicibus alijsque donis plurimis ac pretiosissimis, &c. Tã sanctè nostra sacra habuit, vt penè omnium eius domesticorum dona exstent in templo nostro, in quo mandauit quotidianas mactari victimas suis sumptibus, Deo votas altissimo, &c. Hæc inter alia Agrippa. *Philo de Legat. ad Caium.* 2. Lam-

2. *Lampridius* testatur, *Alexandrum Seuerum*, Mamææ filium *Imp.* locum, in quo à Christianis erigeretur Ecclesia, eisdem adiudicasse, pro eisdemque rescripsisse: Cùm Christiani, ait, quendã locum, qui publicus fuerat, occupassent; contra popinarij dicerent, sibi eum deberi, rescripsit: Melius esse, vt quomodocunque illic Deus colatur, quàm popinarijs dedatur. *Baron. Anno Christi 57. & 224.* Popina propriè erat locus, vbi publica obsonia, carnesque coctæ publico vsui venum expositæ comedebantur.

3. *Constantinus Magnus*, iam ante octiduum Sacramẽto Baptismatis Romæ initiatus, ablato diademate capitis, exuens se chlamyde, & accipiens bidentem, terram primus aperuit, ad fundamenta Basilicæ Vaticanæ S. Petri construendę. Dehinc ob numerũ duodecim Apostolorũ, duodecim cophinos terra plenos suppositis humeris, baiulãs asportauit, & ita gaudens, & exultans, in carruca sua cũ Episcopo sedẽs, ad Palatiũ redijt. Imitatus videtur *Vespasianũ Imp.* (*Tacit. hist. lib. 4 Baron. Anno Christi 72.*) à quo genus ducebat. & de quo *Suetonius*: Ipse restitutionem Capitolij (quod bello ciuili nuper concrematum erat) aggressus, ruderibus purgandis manus primus admouit, ac suo collo quedam extulit. Debuitne *Constantinus* prætermisisse pro cultu veræ religionis præstare, quod ipso maior eiusdẽ familiæ *Flauiæ* illustrator pro superstitione auita officium exhibuerat? Quæ dona à *Constantino* Basilicæ Petri Apostoli, in Vaticano erectæ, collata sint, vide apud *Baron. Anno Christi 324.* Eodem tempore fecit Basilicam B. Paulo Apostolo, eamque eodem modo ornauit, sicut Petri. Erexit & intra Pala-

Baron Tẽ. 3. Anno Christi 324. ex Tom. 1. Concil.

tium suum Lateranense Basilicam, eamque multis ornamentis illustrauit, & opibus auxit. *Anastas. Bibliothec. in libello de Munificentia Constantini.* Vt vnius solùm templi, à *Constantino* postea Hierosolymis ædificati, singula describere collata ab eodem ornamenta *Eusebius*, separatum se volumen scripsisse testatur, *Vit. Const. lib. 4. cap. 46. in fine, lib. 3. cap. 24. Baron. Anno Christi 326.* Quis non putet *Constantinum* conatum esse, vt constructæ Romæ Ecclesiæ celebriores apparerent Iouis Capitolini, aliorumque Deorum templis, cùm præsertim cõsueuissent exprobrare Gentiles Christianis, cultũ Dei ipsorum abiectũ nimis & humilẽ, atq; nullius splendoris, nec celebrẽ, nec illustrem? potuitne hæc pati *Constantinus*, dæmonum delubra Romæ tot publicis donis aucta, Christi verò Ecclesias hac ex parte illis inferiores haberi? Et quid adeò mirũ, si tot tantaq; contulit veræ religionis cultui, qui olim falsorũ Deorũ cultor, immensis donarijs repleratillorũ tẽpla? Qui meminisset, se tãta profudisse in Deos quos iam modò intelligebat esse parua dæmonia, quo pacto potuit esse remissior munificentia ipsius in exornandis veri Dei, quẽ coleret, templis *Idem* Romæ in Palatio Sessoriano, apud Veneris & Cupidinis templum, eo diruto, post inuentam Crucẽ Christi, nobilẽ erexit Ecclesiã, eidem sanctæ Crucis Signo dicandã, cui præclaras, quas fuerat diuersis tẽporibus consecutus, victorias ferebat acceptas. At quid apud fanũ Veneris & Cupidinis templũ Crucis? vt iustè vlcisceretur immane scelus, quod à Gentilibus in Crucis odium fuerat perpetratũ, dũ in sancto Golgotha, in Crucis rupe, fuerat impudicæ Veneris (*Hieronym. epist. 13*) statua

Effusa munificentia.

statua collocata,& locus ipse Crucis titulo adeò illustratus,ab eisdē Venerariū appellatū. Quamobrem quod celebre erat Veneris templū Romę, dignū visum est,vt cum ignominia euersum,sanctissimæ Cruci cederet,quæ proculcatis impudicitijs, virtutū omniū splēdore nitesceret. De donis huic Basilicæ S. Crucis, alijsq; Ecclesijs collatis,vide *Baron. Anno Christi 324. Idē* fecit Basilicā S.Martyris Agnetis: fecit & Basilicā B. Laurentio Martyri : & aliā Sāctis Petro & Marcellino Martyribus, nec nō alias cōplures. Quæ tēpla erexerit Hierosolymis, & Constantinopoli vide apud *Eusēb.Vitæ Const. lib.3.cap.24.& seq.ca.40. & seq. lib.4. cap.* 58. *& seq.* Inter alias verò plurimas in diuersis locis,quas tradit *Sozom.* esse ab eo ædificatas Ecclesias,excelluit Basilica Antiochena, dicta à maioribus,ob sui mirificam in omnibus excellentiam,Dominicum Aureū. *Eusēb.Vit.Const, lib.3.cap.49.& seq. & Orat. de laud.Const.Baron. Anno Christi 326. 330 & 336.*

4. Anno Christi 398. *Honorius Imp. lib.*31. *de Episc. & Cler.Cod.Theod.* legem tulit aduersus inferentes iniuriam in personas,& loca sacra, quæ à *S.Gregorio lib.* 11. *cap.* 53. citatur his verbis : Si quis in hoc genus sacrilegij proruperit, vt in Ecclesias Catholicas irruens, Sacerdotibus, & ministris,vel cultoribus ipsis,vel cultui ipsi,locoq; aliquid importet iniuriæ, quod geritur à Prouinciæ Rectoribus animaduertatur: atq; ita Prouinciæ moderator Sacerdotū,& Clericorū,& Catholicæ Ecclesiæ ministrorū,loci quoq; ipsius, & Diuini cultꝰ iniuriā capitali in cōuictos seu cōfessos reos sētētia nouerit vindicādā. Et: Sitq; cūctis laudabile, factas atroces Sacerdotibus,aut ministris

iniurias, veluti publicum crimen insequi, atq; de talibus reis vltionem mereri, &c. Pœnas Templa violantiũ vide *in Theatro hist.* & præmia Templa exstruentium in *Triumpho Virt.* Quàm multa Templa cõstruxerit, & reditibus annuis locupletarit *Imp. Iustinianus* lege apud *Baron. Tom. 7. Anno Christi* 532. Palatia Principum splẽdida & excelsa esse debent; ergo multo magis Templa Salomonis: quia maior in his Maiestas sedet. Et hoc Deo consecrati Maiestas animis hominũ maiorem deuotionẽ incutit: & valde indecorũ est, vestes & calcaria nostra auro splendere, Deiq; Altaria & Templa luto sordescere. Adhæc, haud meliora signa externa nostræ internæ voluntatis Deo exhibere poterimus, quàm sacras ædes, in quibus adoretur: ergo non tanquam stabula, & fumosa latibula fabricari conuenit. Præterea, si Deus ipse cælum cælorũ, omniũ corporum splendidissimum & ornatissimum, veluti sibi templum fabricauit, nonne absurdum erit, si templum, (quod est imago cæli) deformitate sordidum & inculcum cõspiamur?

5. *Luitprandus Longobardorum Rex* Papiæ templa plurima extruxit, additis multis prædijs. *Bergomensis lib.* 10. Idem sacras ædes, vbicunque in toto Regno suo vetustate collapsas comperit Pontificibus & Abbatibus, ad quorum curam pertinebant, vt restaurarentur, imperauit, adhibens curam per legatos, vt imperata perficerent.

6. Quanto Mauri Hispaniam octo mẽsibus subiugassent, & 800. annos occupassent, Rex verò *Aldefonsus* eam tandẽ recuperasset, restaurauit is Templa, Cœnobia, & Hospitalia. Cũ verò Anno Christi 779

sti 793. moreretur, auditus est supra caput iam iã animam efflaturi suauis concentus Musicus Angelorum, canẽtium: *Ecce quomodo moritur iustus*, &c. & tertio mense post obitum ipsius, publicatũ est per Primores Regni, ipsum nunquã simpliciter Regẽ *Alonsum*, sed Regem *Alonsum Catholicũ* deinceps esse nominandum. Hinc & oẽs eius successores dicũtur Reges *Catholici*, vti Reges Angliæ, *Defensores Ecclesiæ*; Reges Franciæ, Reges *Christianissimi* appellãtur. *Gueuara Tõ. 1. epi. fo. 91*

7. *Carolus Magnus* publica opera plurima fecit, ex quibus præcipuum est Templum Deiparæ Virginis toti Europæ venerabile ad Aquas Graneas, ex aduerso Palatinæ domus. &c. Tot Monasteria & Templa extruxit, quot sunt Elemẽta Latinorum, & cuilibet Elemẽti vocẽ indidit: Aquisgrano. A, Tiguro Z, quod Zurich Germanicè dicitur. *Eginhardus in Vita Caroli, & Vrspergensis in Chronico*: Auẽtinus *lib. 4. Annal. Boiorũ. Stumpsius.* De his & similibus legi potest *Lupoldus Bebinburgius* lib. de veterum Principum Germanorum zelo & feruore in Christianã Religionẽ, & Dei Ministros cap. 9. (editus est Anno 1564. Ingolstadij Germanicè, & Anno 1565. Colonię Latinè:) vbi quod diximus de Luitprando: *Idem sacras edes* &c. tribuitur Carolo Magno. Certè decet Principes in ædificia sacra, vt in supremi Regis regias, vnde & Basilicæ, ædes sacrę dicuntur, esse liberales: quanquam ipsis cauendum, ne obtentu pietatis & religionis subditos opprimãt. Satius enim est ædificia materialia humilia, religiosa tamen, quàm ex lacrymis & miseria subditorum splendida, quæ minimè Deo placeant, excitare.

8. *Dauid Rex* nefas esse existimauit, sese in do-

mo cedrina habitare, Arcam autem Dei in tabernaculis linteis manere: quare & templum Domino construere decreuit, prohibitus tamen à Deo per Nathan Prophetam, quòd manus multorum præliorum sanguine pollutas haberet: vnde opus ad filium *Salomonem* transtulit, præparatis quæ ei necessaria erant. 1. *Paral.* 22. 29. & 3. *Reg.* Opus autem erat 30. hominum millibus cędendis arboribus, & 80. lapidicidarum millibus saxa quadrandis pro Salomonis templo destinatis. 3. *Reg.* 8. & diligentior erat *Salomon* in ædificatione templi Dei, quàm in ædificatione domus propriæ: quia domum Dei compleuit 7. annis, propriam 13. annis: & citius cœpit ædificare templum, quàm suam domum. 3. *Reg.* 6. & 7.

9. Curauit *Iosias Rex Iudæorum*, vt pecunia quam à populo Sacerdotes colligerent, curatoribus operis reficiendi & resarciendi templi daretur. 4. *Reg.* 22.

10. *Iudas Machabæus*, victo Lysia Antiochi Ephanis duce, Hierosolymitanum templum, ab Ethnicis prophanatum, lustrauit, & quæ contaminata fuerant, demolitus, Aram nouã exstruxit. 2. *Machab.* 4. *vide cap.* 6. *lib.* 1. *Esdr.* Admissi cem in Arcem Reip. sacra Deo templa suis ipsorum sumptibus ac impensis rectissimè parant. Hæc nim aspiciens populus, gaudet plurimum, ut non talibus Præfectis libentissimè obsequatur. Hinc Cicero: Odit populus priuatam luxuriam publicam magnificentiam diligit.

11. Ferunt in Ciuitate *Veneta* 62. Diuorum templa spectari augustissima: Virginum Vestalium 27. totidemque Fratrum & Monachorum Cœnobia.

12. *M. Aurelius Imp.* ad Regem Trinacriæ: Rem feciſti, Princeps ſereniſſime, adeò fœdam, vt eã me pudeat exponere, quòd amplificandi Palatij cauſſa Baſilicam euertiſti vetuſtiſſimam: quod nequaquam facere, imò ne cogitare quidem debueras. Etenim licet ſaxa templorum parum valeant, Dij tamen, quibus dedicata & conſecrata ſunt, plurimum valent: & grauiſſimè te puniendum fremunt vniuerſi. De *Baſilij Imp.* in condendis vel reficiendis Templis ſtudio, vide *Baron. Tom.* 10. *Anno Chriſti* 886. Eſt igitur officium Principum ac Magiſtratus effuſa munificentia ditare Eccleſias, & exornare Templa, ſeu ſummum lucrum, ſummamque gloriã æſtimare, quauis impenſa, nec non quouis labore Eccleſiæ vtilitati ſapienter proſpicere. Conſule P. *Ioann. Bonif. in hiſtoria Virg.* Hinc piè admodum ipſo die Palmarum huiuſce Anni 1615. ex Cathedrali noſtra Eccleſia eiecti ſunt in perpetuum illi, qui hactenus eam obambulationibus & confabulationibus ſuis impiè profanârunt. O factum perpetua memoria dignum! Matth. 21. etiam Chriſtus die Palmarum eiecit ementes, &c.

SIGNVM XC.

TEMPORIS EXACTISSIMAM HABERE RATIONEM, illudq; fructuosè & ſalubriter expendere.

Aureas horas bene collocare.

1. *Carolus Magnus*, dũ manè veſtiretur ac calciaretur, non ſolùm amicos ſalutatum, ſed & litigantes admiſit, & eorum decidit negotia, iuſque dixit, tanta parſimonia temporis erat. *Auentinus lib.* 4. *Annal. Boiorum.*

2. *Vitoldus Lituaniæ Dux* bellicoſiſſimus, tempo-

ris proparcus, supra mẽsam iudicabat, & respõsa Legatis dabat. *Cromerus lib.* 19. haud dubiè expendens illud *S. Bernardi ad Serm. ad Schol.* Nemo parui æstimet tempus, quod in verbis consumitur otiosis: volat verbum irreuocabile, volat tempus irremeabile, &c. Et: Omne tempus nobis impensum, à nobis exigetur, qualiter sit expensũ.

3. *Bias Prienensium* Philosophus, Princeps, & Dux, quærenti quid difficilimũ esset mensuratu: Nihil, inquit, rerum omnium est, quod tam accuratam desideret quàm tempus in metiendo diligentiam: adeò quippe exactè metiẽdum tempus, vt neq; rationi quicquam ad bene agẽdum desit, neque libidini quicquam ad malè agendum superfit. *Laërt. lib.* 1. Vitæ tempus ita metiendum, quasi & diu, & parum victuri simus.

4. *Iuliani Apostatæ Imp.* pessimi hominis, optima & saluberrima sentẽtia est: breue tempus bene & innocenter actum, peccanti immortalitati anteponendum est. *Epist. ad Oribasium.* Mundus certè diu valere non est, nec Tempus diu volare: quoniam Mundus penè exhaustus spirituum vitalium & animalium quasi defectu nutat; & Temporis caput canum est, & alæ eiusdem senio confectæ, motuque defessæ languent.

SIGNVM XCI.

TRIBVTA, TELONIA, ACCISA, VECTIGALia, exactiones, opera, & seruitia, citra publicã necessitatem, vel grauiora, quàm populus ferre possit, non imponere. Si alia via non potest prouideri necessitatibus Reip. exigenda Tributa.

1. Tiberius Cæsar, Publicanis & Præsidibꝰ Prouinciarũ onerãdas Tributo Prouincias (augendã

gẽnda esse vectigalia,)suadẽtibus rescripsit: Boni Pastoris est,non oues excoriare,sed lanam dũtaxat sibi retinere:tondere pecus,non deglubere. Solent autẽ Principes deglubere oues, cùm graviores exactiones subditis imponunt,quàm ferre possunt.*Sueton.cap.13.* Idem quantum Sardiniani ærario & fisco pendebant, in quinquennium remisit.*Tac.2. Annal.*

2. *Nerua* & *Tacitus Impp.*cùm vrgeret necessitas pecunias congregandi,potius vendebant bona patrimonialia, vel ea,quæinseruiebãt delitijs proprijs, quàm populos grevabant.*Dion in Nerua num.3. & Vopiscus in Tacito.*

3. *Cyrus* 1. *Persarum Rex* tributum nullum à Persis exegit, ideo Pater ab eis appellatus fuit, quòd omni ratione de subditis bene mereri studeret.*Herod.lib 3.Cyrus* aduersus assyrios bellaturus gratia imperij, dilatandi,noluit subditos grauare,sed àRege Indorum pecunias mutuo petijt,docens subditis exactiones non esse imponẽdas, vbi pecunijs est opus, ad opus voluntarium conficiendum,*Xenoph.de pædia Cyri lib.3.num.12.*

4. *Ludouicus.*1 *Vngariæ Rex*, ne plebs ac rustica multitudo grauioribus, quàm par est,tributis,ac portorijs à Quæstoribus &Prefectis oneraretur, neue iniquis iudicijs grauaretur, dissimulato sæpe habitu vicos & oppida lustrauit, perscrutaturus mores Publicanorum&præfectorum,vt non minus Optimatum, quàm plebis curam gessisse videretur.Sæpe etiam de moribus regijs percunctabatur, & è simplicium responsis sese ipse quandoque notabat.*Bonfin.lib.*10.*dec.*2.

5. *Alexander Magnus*,cùm quidam admoneret,

lõgè plus vectigalium à ciuitatibus auferri posse, respondit: Et olitorem odi, qui radicitus olera exscindat. *Max. Serm.* 13.

6. *Iulius Cæsar*, victo Pompeio, cunctis Asiam incolentibus remisit tertiam tributi partẽ. *Plut.*

7. Sequi ex remissione vectigalium & tributorum diuitias Prouinciarum docet exemplum *Belæ Regis Pannoniæ*: is enim omnibus promiscuè vectigalibus leuato populo, tributoque generatim Prouincijs remisso, effecit & nobilitatem, & plebem ditissimam, vt nec minimus quidem rusticus inuentus fuerit egenus, Anno Christi. 1060. *Bonfin. dec. 2. lib.* 3.

8. *Pertinax Imp.* vectigalia omnia, quæ ad exquirendas pecunias Tyranni excogitauerant in fluuiorum ripis, ciuitatumque portis, per vias, & itinera penitus remisit. *Herod. lib.* 2.

9. *Theodoricus Rex Gothorum* remisit tributum Are latensibus, quòd in obsidionis tempore viriliter, etiam cum maxima fame, restitissent. *Cassiod. lib.* 3. *epist.* 32.

10. *Mithridates Rex* post primam victoriam contra Romanos obtentam, debita ciuitatibus & publica, & priuata remisit, & vacationem quinquennio concessit. *Iustin. lib.* 38. Vide Cic. lib. 5. ad Attic. epist. 16.

11. *Hadrianus* sororis Traiani maritus, Imperii cõsequutus à Traiano, publica vectigalia à populo & ciuitatibus debita remisit. *Niceph. lib.* 3 *c.* 24.

12. Valde acceptus populo Iudęorum fuit *Vitellus* Syriæ Præfectus sub Tiberio, qui ciuibus Hierosolymitanis totum vectigal fructuum venalium remisit. *Ioseph. lib.* 18. *Antiq. cap.* 6. contra *Roboam* valde erat exosus Israelitis, quòd tributi

onera

onera grauissima nollet remittere, quare & decem Tribus ab eius regno desciuerunt, lapidato Adura, qui super tributa Regis erat. 3. *Reg.* 12. Sic & Procleres lapidatus fuit à populo Treuirensi, quòd consiliũ dedisset Theodeberto Regi de imponẽdis subditis nouis exactionibus. *Achæus Rex Lydiæ* cùm noua tributa à populo vellet extorquere, in factione populari suspensus est, pedibus sursum versus erectis, & capite in aquas Pactoli demisso. *Ouid. in Ibin.* cùm bellis frequentibus Fisco exhausto *Imp. Theodosius* tributum nouum, præter solitum, imposuisset ciuitatibus, populus Antiochenus vectigal illud nouum non tulit, & cùm exactores cerneret ex ciuibus quosdam suspendere, nonnullos crudeliter trahere, aliosque in carcerem conijcere, seditionem mouit, & Placillæ vxoris Theodosij statuam suo loco imprudenter deiecit, & traxit per ciuitatem cum opprobrijs funi per pedes alligatam.†

13. *Periander Corinthiorum Rex* à nemine tributum exegit, sed reditibus fori & portuum cõtentus fuit, vt ait *Heraclides in Pol.*

† *Nicephor. lib. 12.*

14. Maluit *Erythrius* Præfectus Imperij sub Zenone Magistratu se abdicare, quàm maius onus, præter tributa ordinaria, populo imponere: cùm tamen Fiscum exhaustum largitionibus & profusionibus Cæsarum, non esse sufficientem ferendis impensis publicis videret. *Suidas.*

15. Cùm exactores tributi ab *Eduardo* III. *Anglorũ Rege* populo impositi aliquãdo ingẽtẽ acerũ eius pecuniæ collectæ, delectandi Regis gratia, coram adduxissẽt, ille dæmonẽ circa ipsum aceruũ ludẽtẽ videre visus est, & ob id huiusmodi pecuniã, vt rẽ funestã abhorrẽs, illico auferri ab

oculis

oculis, restituique populo iussit. *Polyd. Verg. lib. 8. hist. Angl.*

16. *Q. Pleminium* damnauit Senatus, quòd in Sicilia administrator à Scipione relictus, spoliasset exactionibus subditos, eoque necato, ablata restituta sunt. *Liu. lib. 2. Belli Punici.*

17. *Darius Rex Persarum* iussit dimidietatem tributorum remitti populo, qua benignitate admodum sibi conciliauit subditorum animos, vt meritò ab omnibus diligeretur. *Plut. in Apoph. Regum.*

18. De Orbis descriptionis ab *Augusti Cæsaris* Edicto imperatæ caussis, & censu, *Cassiodorus lib. 3. epist. 52. Suidas in hist. Baron. in Apparatu ad Annal. & Sigon. de iure antiq. Ital. lib. 1. cap. 21.* De numero censorum sic *Suidas*? Augusto cùm visum esset numerare omnes Romani Imperij incolas, vt sciret quanta esset multitudo, reperit myriades quatuor, centum decem mille, & tredecim viros.

19. *Plotina* maritum suum *Traganum* Imp. monuit, Fiscum esse velut lienem, quo turgescente, reliqua corporis membra decrescunt. *Cæl. lib. 4. cap. 18.*

20. *Herodes Iudæorum Rex* tertiam tributorum partem remisit regni sui subditis, prætextu quidem, vt post sterilitatem se reficerent; re autem vera, vt placaret eorum animos. *Iuseph. lib. 15. Antiq. cap. 13.*

21. Notum est vrinarium vectigal *Vespasiani*, & illotum ac illaudatum illius dictum: *Lucri bonus est odor ex re qualibet.* Iuuen. Satyr. 14. *Alexander Seuerus* Imp. lenonum vectigal, & meretricum, & exoletorum in sacrum ærarium inferri vetuit.

tuit. *Lamprid.* De Tributo vide *Baron. Tom. 3. Anno Christi 330.*

22. *Theodosius Imp.* Anno Christi 393. aduersus Eugenium Tyrannum, Occidentale Imperium occupantem, expeditionem parans, non solùm nouas exactiones non indixit, (quòd Reges ob immensas bellorum expensas facere consueuerunt,) sed & recens indictũ tributum à Præfecto Prætorio Tatiano, nouo dato rescripto, (*lib. 23. de Annõ. & Tribut. C. Theod.*) omnino remisit. Adhæc illata in Fiscũ bona reorum tempore Præfecturæ Prætorij Tatiani, vel ipsis reis, vel ipsorum coniunctis restituenda mandauit, gemino ea de re dato rescripto, (*l. 12. & l. 13. de bonis proscript. C. Theod.*) in quorum secũdo addit, vt eadem bona, licet alijs donata fuissent, nihilominus redderẽtur. Hæc, ait *Baron. Tom. 4.* attendant, qui in bellico apparatu non largitionibus & eleemosynis preces pauperum sibi conciliant; sed eorum luctu, ex acerbioribus exactionibus & clamoribus Deum contra se prouocant, & infensum penitus reddunt, secundùm illud Psalm 11 *Propter miseriã inopum, & gemitum pauperum nunc exsurgam, dicit Dominus.* Quia interdum contingit ea ipsos subditos à suis pati Principibus, quæ nec ab hostibus forent aliquando experturi, accidit, vt quãtumlibet belli iusta caussa præcesserit, illud tamẽ triste Dominus effari cogatur indignans: (Isaiæ 1.) *Heu consolabor super hostibus meis,* cùm scilicet cogitur, vt ita dicam, Deus inuitus in suos arma conuertere, quæ in hostes exacuerat iustus zelus.

23. Romæ *Paulus* publicum ærarium ditauit ex hostium spolijs. Omni Macedonum gaza potitus, tantum pecuniæ in ærarium intulit, vt vnius imperatoris

peratoris præda finem attulerit tributorum.

24. *Henricus* III. *Castellæ Rex*, vectigalia à Proceribus occupata memorabili exemplo liberás, ærarij iniuria temporum exhausti inopiá supplevit, thesaurosque moriens ingétes filio reliquit, sine fraude, sine gemitu & dolore subditorum congestos, dixitque, populi se execrationes amplius, quàm hostium arma formidare. Vide *Ioan. Marian. de Rege lib. 1. cap. 5.*

25. De Ducis Albani nouis vectigalibus, & decimi denarij tributis Anno Christi 1572. in Belgio, *quo fonte deriuata clades in patriam; populique fluxit*, vide *Beyerlinck in Chronogr.* Quæ

De curanda valetudine subditorũ.

si nunquam Albanus in animum induxisset, forte floreret nunc Belgium, non iaceret nunc conculcata Religio, non plorarent tot viduæ & orphani, non lugerent amissis tot opibus incolæ, non errarent per orbem tot exules, nec ego pisces Trãsalbinos comederem, inquit *Michael ab Isselt in Hist. sui temporis.*

26. *Cominæus* ait: Magna est quorundam Principum iniquitas, qui nulla necessitate coacti pecuniam pro sua libidine imperant, & amplum aliũ satellitium, vt miseram multitudinem in meta contineant, eamque deinde pecuniam temerè & voluptuariè profundunt, nullo cum Reip. bono, & de quotidianis sumptibus nihil remittunt, & suos exhauriunt, & assentatorum stipati sunt turba. Sed est Deus, qui flagitium nullum finit esse impunitum, & crudelitatem in primis detestatur, qui tametsi non loquitur hominibus hodierno die, sicut priscis illis temporibus, tamen quæ sit sua sententia, & quid à nobis fieri velit, clarè perscriptum reliquit, ita quidem, vt nemo planè, qui modò

modò sit sanæ mentis, & qui ad iustam aliquam peruenerit ætatem, excusandi sit habiturus locũ. Nemo est omnium Principum, qui ius habeat vel teruncium vnum exigendi à suis, præter constitutum annuum censum, nisi populus assentiatur cum Clero, & Nobilitate. (Magistratus exigens tributum, tueatur subditos. Schatzung / Schutzung / sprach Jener Munsterischer burger / recht / vnd wol.)

SIGNVM XCII.

MAXIMAM HABERE CVRAM, VT sibi subiecti & rectè viuere, & bene valere possit.

1. QVia rectè olim *Galenus*: Vita non est viuere, sed valere. Nihil menti Diuinius contigit, quàm virtus; nihil corpori, quàm salus. Hinc operis, victus, & aeris rationem habent *Operis*, quò moderatè exerceantur: *victus*, quò salubriter reficiantur: *aeris*, quò à contagio liberentur ciues. *Arist. 1. Polit. cap. 7.* In exercitio enim corporis, in salubritate victus, in amœnitate aeris, maximè conseruatio sanitatis ponitur, seu consistit. Hinc boni Magistratus canales & sentinas vrbis purgant: non permittunt ciuitatem bene sitam fœdissimis sentinis, pestemque exhalãtibus sterquilinijs periclitari; sed medicina, quã natura dedit, vtuntur. Præscribit autem natura, vt verrantur ædificia, vt expurgentur sentinæ, vt remoueantur sterquilinia, vt pro infectis peste hospitia procul à ciuitate habeantur. Adhæc, non permittunt vetulis, artis medendi imperitis, vllum medicinæ vsum.

2. Hen-

2. Henricus VI. Germanorum Imp.(quem Nicetas lib.2. Ammerichum vocat(cùm serò cibum caperet, & moneretur, cauendum esse, ne eare valetudinem læderet,respondit:Homini priuato quoduis tempus ad cibum capiendum esse idoneum,id præsertim,cui assueuerit:Regi,tot curis distracto, si nomini suo respondere velit, satis esse,si vesperi curare corpus liceat.

3. Anno 1489. quo Venetijs sæuire pestilentia cœperat,Senatus Venetus seruanda ciuitate Triumuiros creauit. *Bembus lib 1.Veneta hist.* Recte enim *M. Aurelius Imp.* scribit ad Pollionem amicum: Omnes in vita molestiæ tolerabiles sunt, dum modò sanitas homini sua constet. Magistratus negligentia conspicitur, cùm non datur opera, vt ciuitates sint munda, sed oblitæ fimo aut putredine animalium, vel olerum.

4. Aristot.7. *Pol.cap.*11.docet, vrbes Orientem & Septentrionem versus salubrius esse situas; quæ Austrum, seu Meridiem, solisque Occasum spectant. Salubritas hęc pendet præcipuè ab aere & aqua: ille enim in præcordia, hæc in Viscera quotidie missa, vitam & spiritum humanum seruant. Si aër sit purus, & subtilis, spiritus reficiuntur; at si sit crassus, cur ipsum, fons vitæ, suffocatur. Vt aër spiritus viuaciores, ita aqua cibos salubriores & faciliores concoctu reddit.

5. Quoniam verò incuria quorundam Magistratus neque aquarum, neque aëris seria ac diligens habetur cura: cùm latrinis, stagnis, sentinis, sterquilinijs, alijsque fecibus contagiosis aer & aqua sæpissimè inficiantur; quibus receptis, ciues non aliter, quàm veneno infecti, pestem concipiunt, & exhalant: seueris certè legibus hoc pro-

cauen-

caueri debet, vt sordes ciuitatis longissimè ab ædibus, mœnibus, & portis in arua & agros exportentur. Nam nihil citius, aut periculosius suffocat ciuitatem, quam magna cadauerum & sterquiliniorum præ foribus & portis vrbium accumulatio.

SIGNVM XCIII.

VERITATIS AMPLISSIMAM LVcem amare, ac propugnare.

Veritatem tueri.

SVper quæstione: Quodnam sit omnium fortissimum? illustre certamen sapientiæ tres Darij Assyriorum Regis Satrapæ; custodesque corporis, post regium conuiuium, inierunt: à singulis singulæ sententiæ dictæ sunt: vno eorum *Vinum*, altero *Regem*, tertio *Mulierem*, rem longè potentissimam esse; sed tamen *Veritatem* omnia vincere asserente. Horum postremus factus est primus & omnium sapientum, & Regis ipsius assensu victor pronuntiatus, ac præmia sapientiæ, ex pacto decreta, vt purpura vestiretur, auro biberet, Regis amicus salutaretur, &c. 3. *Esd.* 3. & 4. *Ioseph. lib* 5. *Antiq. cap.* 3. Rectè ergo *Cicero in Vatin.* ait: Tantam semper potentiam veritas habuit, vt nullis machinis, aut cuiusquam hominis ingenio, aut arte subuerti potuerit; & licet in caussis nullum patronum, aut defensorem obtineat, tamen per se ipsa defenditur. Syr. 4. *Pro anima tua ne confundaris dicere verum.* Vide locum de Adulat.

Hanc ob caussam boni Magistratus nunquam permittunt, vt spes eos abducat à vero, vel metus;

tus; neque vt dissimulent, ac reticeant publicè vtilia, ponderantes etiam illud S. Augustini ad Casulanum: Quisquis metu cuiuslibet potestatis, vel lucri cupidine ductus, veritatem occultat, iram Dei super se prouocat: quia magis timet hominem, vel caducas res magis amat, quàm Deum. Vide *lib. 1. de Ciuit. Dei cap. 9.* Pœnas resistentium veritati vide *in Theatro hist.*

1. *Phocion* Athenensis vir clarus, cùm Oraculo constaret, esse Athenis virum, qui à concordi ciuitate dissentiret, quærentibus & indignantibus multis: *Quæso*, inquit, *quiescite: ego ille sum, quem quæritis: nam mihi nihil eorum, quæ agitis, placet.* Morte illi constitit veritas, sed æternis monumentis famam consignauit. *Plut. Herod.*

2. *Fridericus Imp.* tum demum saluam Rempublicam fore dicebat: si Senatores de rebus consultatum in vestibulo curiæ simulationem, ac dissimulationem deponerent; quasi diceret, vbi exclusa veritate simulatio recipitur in Concilijs, concilium malè esse de Rep. *Æneas Syl. lib. 3. de reb. Alphō*

3. *Philippi II. Burgundionum Ducis* Cancellarius quidam, cùm super re rationi atque æquitati consentanea consultaretur, omnesque eò propensi rent, vt annuendum iudicarent, solus reclamauit, vltroque Sigillum Duci remisit, satius existimans, omnem dignitatis splendorem ponere, quàm iniquo instituto, eoque conscientiam maculante viuere. Quæ quidem viri integritas Ducem adeò placuit, vt cum maioribus etiam honoribus donandum paulo post reuocarit. *Annal. Burgund. in Philippo.* Vide in Specul. Cleric. Exemplum *Fisci Cardinal.*

Veritate, & dicendi libertate grata Principi non amittitur.

4. Apud *Tacit. lib. 13. Annal.* cùm *Nero* vectigalia omitti

omitti iuberet, Senatores apertè reclamãt, dissolutionẽ Imperij docendo, si fructus, quibus Resp. sustinetur diminuerentur: atque id quidẽ multũ prius laudata eius magnitudine animi. Nam vt ferrum ignis vi mollitũ frigidã laxatur, duritiẽq; consequitur: ita amicis, postquam laus eos calefecit, paulatim reprehensio libera adhibenda est. Sic quando Magistratus vident aliquid tẽdere in pernitiẽ Reip. vel aliâs esse iniustũ, tacere nõ debent, sed expresse contradicere: etiamsi maior pars contra sentiat: quia sperãdum est, alios etiã, veritate audita, suã mutaturos sententiam: quoniam ea veritatis vis est, vt deniq; omnia vincat. Et alij in similibus rebus cordatiores fient, cùm videant non deesse, qui audeant pro bono communi contradicere: imò & alij eiusmodi exẽplis animosiores fortioresque fiũt; vt sæpe in pugna qui fugiebant vnius audacia ac robore reuocantur, viresque & animum sumunt. Denique si nihil aliud, Magistratus qui hoc facit, officium suum facit: quòd si deinde alij impediant, ipse culpa vacat, qui certè est fructus cõsciẽtię vel maximus. *Libertas sa-le prudẽtia condita.*

5. Apud *Homerum*, Iliad. 9. *Achilles* perinde vt mortem eos odisse se affirmat, qui aliud sentiunt, aliud loquuntur: ac talia sunt plerumque heroica ingenia, aperta, inimica simulationum.

6. *Pytagoras* dicebat: Duo esse hominibus data longè pulcherrima, veritatem amplecti, & alijs benefacere: & addebat: vtrumque cum Deorum immortalium operibus comparari posse. A *Elian. lib. 12. Var. cap. 59.*

7. Prisci A*Egyptiorum* Sacerdotes, quò Principẽ suũ, quẽ omniũ optimum atque æquissimũ esse

oportebat, monerent, in omnibus semper veritatis habendam esse rationem, sapphirum, quæ veritatis nomine nuncupatur, collo eius appendebant, vt istius gemmæ recordatione, veritatis nunquam limites transiliret. *Idem lib. 14. cap.* 34. vtinam potius in animo insitam & infixam veritatem habuisset. Apud eosdem *Ægyptios* periuri capitali pœna puniebantur, (teste *Diodoro Siculo lib. 1. cap. 6.*) quòd & pietatem in Deum violarent, & fidem inter homines tollerent, maximum vinculum societatis humanæ. Apud Indos de periurio conuictas, manuum pedumque digitis, & extremis membris decurtabatur. *Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 10.*

8. *Ferdinandus* II. Arragoniæ Rex nihil vnquam tam detestabatur, quàm periurium, quàm fallaciam: crebris enim sermonibus iactabat: malle se mori, quàm fœdari. A *Eneas Sylu.* Sic & *Alphonsus* Arragoniæ Rex, cùm Rogerius Pallantiæ comes ei diceret, in animo sibi esse, Ioannem Castellæ Regem ipsius hostem confodere, foreque id facile (si modò annuat) perfacile, præclare respondit: Non per scelus, sed virtute gloriam quærendam esse. Se enim non solùm pro Castellæ atque Hispaniæ dominatu; se ne pro totius quidem Orbis imperio adipiscendo tam crudele detestabilique facinus permissurum.

SIGNVM XCIV.

VESTIVM LVXVM EDICTO COHIbere, & resecare, vt in ijs retineatur mos fidelissimæ vetustatis.

1. *Dionysius Syracusanus Iunior*, cùm singulos malefactores grauissimis afficeret supplicijs,

cijs, his tamen præsertim ignoscebat, qui pretiosarum vestium & ornamentorum fures essent, quò facilius Syracusani à luxu abstinerent: adeò exosam habuit in omni cultu luxuriam. *Guido Bitur.* Vide *Liu. de lege Oppia, & AElian. lib.* 14. *var. hist. de Lacedæm. & Athen. lib.* 12. *cap.* 6. *de Syracus.*

2. *Tiberius Cæsar* vsum sericarum vestium interdixit: *Dion.*

3. *Alexander Seuerus Imp.* ne coniugem quidem pretiosioribus vti gemmis, quàm cæteræ Romanæ cines solebant, permisit: (ne alias suo exemplo ad luxum inciteret:) & si quæ dono datæ erant, eas vel vendi iussit, vel templis donauit. Affirmabat enim minimè se velle, vt à coniuge sua pomparum atque profusionum exempla proficiscerentur. *Fulgos. lib.* 4. *cap.* 1. *Bruson. lib.* 3. *cap.* 13. Cùm *Seuerum Imp.* quidam viliore amictu contentum admirarentur, respondit: Imperatoria Maiestas virtute constat, non corporis cultu. *Spart.*

4. *Ioannes Ducas Imp. Orientis*, videns Romanas diuitias in peregrinas ac sumptuosas vestes, sericas, Assyrias, Babylonicas, atque Italicas, vario ac solerti artificio confectas, effundi, decreto sanxit, ne quis subditorum ijs vteretur, nisi ipse, quisquis esset, cum omni familia, in ordinem cogi, ac notari ignominia vellet: sed ijs contenti essent, quas Romanæ prouinciæ ac manus præberent. *Gregoras lib.* 2. *Bonfid. lib.* 3. *hist. Byzant.*

5. *Ludouicus Pius Imp.* vsum auri sericique precipuè militibus ademit. Si quem in exercitu sericatum aut inauratum cõspicatus fuit: Eho mortalium stultissimè, non satis est tibi, inquit, vt so-

lus pereas, nisi & res tuas hostibus tradas, atque eos locupletes, quò diutiùs faciliusque nobis resistant? Exteros habitus Edicto prohibuit. Dicere solebat, portentum abominabileque inferorum ludibrium, Aris addictum, deuotumque sacris, qui Paupertatem Christi amplecti, Crucem eius portare deberet, ad gloriam luxumq; prophanorum aspirare. *Euent. lib. 4. Annal. Boior. vide Synodum Anno 810. A quisgrani habitum.*

6. *Octauianus Augustus* Edicto prohibuit, ne quisquam nisi Senator, quiq; in Magistratu esset, purpuram gestaret, quam iam vulgo gestari videbat. Ipsemet simplici, (ab vxore, sorore, filia, & neptitibus confecto) amictu vrebatur, suique se secum facerent, grauiter ferebat, & licentiorem in filia sua Iulia reprehendit. *Macrob. 2. Saturn. cap. 5. Sueton. cap. 37.* ait eum dixisse: Vestitum infigne ac mollem superbiæ vexillum esse, nidumque luxuriç. *Iulia Augusti Cæsaris* filia, immoderato vestitu & licentiore habitu superbiens, dum patri adit frugalitati inseruientem, eum maximè offendit. At cùm postero die honestiore vestitu indutus patrem salutasset, *Augustus* dixisse fertur: Quantum in filia Augusti probabilior hic est cultus quàm sesternus? cui respondit: Rectè quidem, qui hodie me patris, heri verò viri mei oculis ornaui. *Macrob. ibid.*

7. Cùm *Dionysius Siciliæ Tyrannus* filiabus Archudami vestes splẽdidas, multiq; pretij donum misisset, recusauit accipere, dicens: Vereor, ne hoc amictu puellæ mihi turpes, vel deformiores videantur. Intellexit vir prudens, virgines nobili cultu melius ornari, quàm simplici: sericis, gemmis & auro dehonestari magis, quàm ornari; propter

rea quod vestium luxus arguit animum parũ sobrium, & intuentium animos ad libidinem solicitat citius, quàm ad honestam opinionem. Decet autem vt virgo tota & vndique virgo sit, nec vlla ex parte det corruptæ mentis significationem. *Plut.* qui & Lysandro hoc dictum tribuit. Vide locum de *Humilitate.*

8. *Ioannes Comnenus Imp.* luxum vestium ac mensarum tanquam corruptelam ac vitæ pestem à Palatio pepulit. *Nicetas Choniat.*

9. *Zaleucus Locrensis*: Mulierem, inquit, liberam vna duntaxat pedissequa comitari debere, nisi cũ temulenta fuisset: nec vrbem noctu egredi, nisi cũ mœchos adire pararet: neq; aureis circumponi ornamentis, neq; contextis indumentis arteque laboratis venustari, nisi cùm scortari, atq; amatorem sibi moliri studeret: neq; viros aureis annulis splendescere, nisi cùm lenocinari, aut adulteriæ committere niterentur. Atque ita facilimo pœnæ genere (vituperio probri) perniciem delitiarum omnem, atque intemperantiæ labem coercuit. *Diod. lib.* 12. De *Syracusanorum* lege in luxum vestium *Cælius lib.* 7. *cap.* 10. *Antiq. lect.*

10. *Geradas Spartiata* dicebat nullum apud *Lacedæm.* esse adulterum, subtractis Veneris irritamentis splendidis vestimentis. A *Elian. lib.* 14. *var. hist. cap.* 7. apud *Lacedæmonios*, ait, in luxum vestimentorum non solùm leges latæ erant, sed Ephoris etiam mandatum, vt quotidie inspectiones obirent vestimentorum, & si quid in illis fortè à decenti iustoque ornatu alienum inueniretur, delinquẽtẽ iuxta legis rigorem punirent. *Clem. Alex. l.* 2. *Pæd. c.* 10. eos laudat, quòd

solis meretricibus permitterent floridas vestes, & aurum mundum gestare.

11. *M. Cato Censor* voluit, vt sumptuosè vestiti maius tributum penderent, vt cùm viderent frugales minus tributi ferre, luxum deponerent. *Plut. in Catone.*

12. *Aurelianus Imp.* Holoserica veste nunquam vsus est, nec alium vti permisit se Principe.

13. *Alphonsus Aragonum Rex* cùm vestitu cultuque corporis non multum discreparet à popularibus suis, admonitus à quodā, vt Regio ornatu incederet, respondit: Malo moribus & authoritate meos excellere, quàm diademate & purpura. *Panorm. lib. 1. de rebus gestis Alphonsi, AEneas Sylv. de eius dictis.*

14. *Henricus* II. *Imp.* cognomento *Claudus*, si quando hominem adspiceret vestitu superbientem: Te, inquit, *vermes, vestimenta verò tua linea comedent.*

15. *Rudolphus Habspurgensis Comes* tam omnis in vestibus ornatus erat negligens, vt laceras, etiam non abijceret, sed resartas in publico gestare non erubesceret.

16. *Theodosius, Arcadius, Honorius*, & alij Imperatores, tam mulieribus, quàm viris cuiuscunque dignitatis vsu vestium sericarum purpurarum interdixerunt, sancita in venditores pœna mortis & publicationis bonorum. *lib. 1. C. quæ res venu.* Innouatio vestium, est non obscurum omen rei mutandæ, vel affligendæ Reip.

17. *Vespasianus* ipsam etiam vnguentorum fragrantiam insigniter taxauit. Ne quàm, ait *Suet. c.* 8. occasionem corrigendi disciplinam prætermitteret, adolescentulum fragrantem vnguento

cùm

cùm sibi pro impetrata Præfectura gratias ageret, nutu aspernatus, voce, etiam grauissima increpuit: *Mallem allium oboleuisse*, litteraſque reuocauit. Ipsemet habitu neglecto, & vix à gregario milite differente vtebatur. *Suet.* De pœnis luxus vestium vide Theatrum hist.

18. *Philippus* cognomento *Pulcher Galliæ Rex* varias sanciuit leges vestiarias, & inter eas, Ne quis vestes sericas gestaret, sed tantùm veste lanea vteretur, cuius vlna non excederet valorem 25. solidorum. *Rebuff. ad Const. reg.*

19. Anno 1601. *Henricus* IV. circa annum 1549. *Henricus* II. & Anno 1560. *Carolus* IX. Edictum promulgauêre, vt qui mercatores pannos sericos, fidem emptoris secuti, venderent, legis actione carerêt. De *Henrico* II. narrant historiæ, tibialibus bissinis nunquam vsum fuisse. Vide Cod. Henrici III. & IV.

20. *Carolus* V. *Imp.* tum in Germania, tum in Belgio vsum sericæ vestis certis solùm personis, habita census & honorum ratione, permisit. Constit. Imp. cap. 11. & seqq. Ipsemet non temere aliter visus est, quàm in amiculo laneo & plebeio. *Guilhel. Zenocarus.*

21. *Caroli huius* auus *Ferdinandus Hisp. Rex* vsus longarum ac sericarum vestium, nec non promissorum capillorum studiosis omnibus interdixit. *Romæ* olim lex vestiaria fuit lata *Dion lib.* 49. *Sueton in Iul. Cæsar. Seneca 7. de Benef. Plin. 5. cap. 17.*

22. In aula Constantinopolitana *Andronici Iunioris* talis fuit vestitus, vt non Græcorum amplius; sed Latinorum, Syrorum, & aliorum esse videretur. Vnde prudentiores sunt ominati, mu-

tationem magnam, aut interitum Imperij insta-
re. Neque eos opinio fefellit. *Gregoras lib.2.*

23. Antequam *Alexander Magnus* in *Persas* ex-
peditionem instituit, *Darium* ferunt Persicam a-
cinacis vaginam mutari iussisse eam in formam,
qua Græci eo tempore vtebantur. Vnde Chaldæ
vaticinati sunt, ad illos Persarum Imperium trā-
siturum, quorum Rex esset vaginam imitatus. Q.
Curtius lib.3.

24. *Arnoldus Dux Geldriæ* nunquam sericam ve-
stem induit, vsus lanea Londina. Tandem acci-
piens sericā villosam à Philippo Duce Burgun-
dionū, eā quasi ludibrio habuit, & semel atq; in-
rum toto anno induit. *Cyprianus de habitu* Vir-
ait: Manus Deo inferunt mulieres, quando quod
Deus formauit, ipsæ reformare contendunt. Dei
videre non poteris, quando oculi, vel facies, au-
crines tibi nō sunt, quos Deus fecit, sed Diabolus
infecit. *Clemens Alexand.* inquit *Pæd.3.* Ebrio-
sum esse & vinosum, etsi sunt magna vitia, nec
tamen tanta, quantum est nimium sui ornandi
studiū. Mensa plena, & frequētes calices satis sit
ad implendā ingluuiem: at qui auri, purpuræ, &
gemmarū nimio studio tenētur, ijs nec quod su-
per terram, nec quod sub terra est aurum suffi-
cerit. *Iulianus*, apud *Ammian lib.25.* ait: Turpe-
se sapienti, cùm animum habeat, capturo laudo
ex corpore.

25. C. *Caligula* vtebatur eodem tegmine & vo-
stitu, quo cæteri, idq; ad conciliāda vulgi studia.
Tac.1. Annal. Germanicus Imp. incedebat sine mi-
lite, & pari cum Græcis amictu. *Idem lib.2. Ta-
citus Imp.* consimili cultu cum alijs fuit, adeò vt
toga, qua priuatus vsus erat, in Imperio non

nunquam vteretur. Holoserica etiam veste viris omnibus interdixit. *Vopiscus.*

In publicis tamen cœtibus priuatam Principes & Magistratus possunt excedere elegantiam: iuxta illud *Isocr. ad Nicocl.* In vestitu, & corporis ornatu splendidus esto, vt qui viderint, ob adspectum regno te dignum iudicent. Hinc cùm *Ludouicus* XI. *Gallorum Rex* ab Hispanis (qui cũ Rege Castiliæ Lutetiam venerant) rideretur, quòd vili panno coloris impluuiati indutus esset, idq; resciret, nullo postea Principi, imò ne Legatis quidem copiam sui fecit nisi cultu decoro, & habili ad Regiam Maiestatem. Suasit etiam *Pulcheria* fratri *Theodosio Imp.* ne vnquam in publicum congressum prodiret, nisi magnificus esset, & splendidus. *Niceph. lib. 14. cap. 2.*

Fœmineus sexus pauonis caudã amat, & excessum in plumis & ornamentis (si non sit habena) quærit, vt de fictis ipsius crinibus in capite, de monstrosis linteolis in collo, de vanis tabulis in pectore, de sericis caligis ac lyripipijs in pede, de crinibus more Sycambri in nodos contortis, de sertis & tortibus in collo, de fulgentibus auro & gemmatis cadauerũ integumentis, de alijs prodigiosis pigmẽtis nihil dicam. Viros certè decet habitus modestus & grauis. Quid enim, quæso, aliud sumus, quàm bella vermium sterquilinia? Moriendum nobis est, & in sepulchro omnis forma fœtor & putredo contagiosa erit. Fallax est omnis species corporis, & tanquam vmbra fugax; virtutis solùm forma in sempiternum viuet. Hinc summi Principes, vili ac tenui admodum amicti vestitu, res magnas gesserunt. *Henricus Hassiæ Landgrauius,* nigra

nigra plerumque lanea veſte contentus, in pile
geſtare ſolebat argenteum ſiphũculum, qui du-
bus (quarum receptaculum fuerat) pennis galli-
naceis exornatus videbatur, Heroi maximum
ornamẽtum. Eius vxor nunquam purpurata, ve
quiſquiliata inceſſit; ſed ſimplicibus veſtimenti
laneis nigris vſa eſt. Sic & *Philippus Comes n*
Catzenelenbogen in arce ſua Hadamaria con-
tentus ſimplici, ſed mundo rerum apparatu, fag-
nis patinis, ligneis cochlearibus, tornatilibus p
culis, & quernis Candelabris vſus eſt. Hinc fr
galis hic Comes omnia granaria frumentis, pro
ptuaria penoribus, apothecas vinis, arcas argen
to atque auro pleniſſimas habebat. Vnde quidã
cum illo pactus, ſe nummum aureum daturum, i
pecuniam, & aureum theſaurum ſibi videre
liceret. Comes non ſolùm videndi, ſed etiam qui
tum vnico raptu poſſet, auferendi poteſtatem
obtulit: auidus prædæ manum theſauro iniecit
ſed ſpe fruſtratus abijt, nullo cum fructu, imo
cum digitorum & vnguium detrimento.

SIGNVM XCV.

CAETERIS DORMIENTIBVS VIgilare, & vigilantiam ſuorum excitare.

Vigilantem eſſe.

1. HOmerus Iliad; K facit *Agamemnonem* Re
gem, cæteris dormientibus, ſolum vigi
lantem.

2. *Rex Perſarum* puerum habebat cubiculari
qui manè regium thalamum ingreſſus, his ver
bis illum expergefaciebat: Surge Rex, ac negotia
cu

cura, quæ te Mesoromasdes curare iussit: vel, cura populum tibi commissum. *Plut. adu. Ducem imperitum.*

3. *Epaminondas* Thebanus, cùm Thebani ciues festis quibusdam diebus ludis & compotationibus indulgerent, solus vigil ac sobrius arma lustrabat, vrbisque obambulabat mœnia. Rogatus, cur id faceret, respondit, sobrium esse se ac vigilare, quò reliquis liceret temulentos esse, ac dormire; seu ebrietati, ac desidiæ vacare. *Plut. ibid.*

4. *Carolus Magnus* noctu dum in cubili cubaret, capiti pugillares supponebat: si quippiam vtile in mentem veniebat, annotabat, ne memoria laberetur. Somnum quater aut quinquies non solùm expergiscendo, sed surgendo etiam interrumpebat. *Auent. lib. 4. Annal. Boiorum.*

5. *Alcibiades* Athenienfis ciuitate sua à Lacedæmonijs obsessa, veritus negligentiam vigilum, denuntiauit his, qui in stationibus erant, vt obseruarent lumen, quod nocte ostensurus esset ex arce, & ad conspectum eius ipsi quoque lumina attollerent: in quo munere qui cessasset pœnam daturum. Dum sollicitè exspectatur signum Ducis, peruigilatum ab omnibus, & suspectæ noctis periculum euitatum est *Front. lib. 3. cap. 12. & Polyæn. lib. 1.*

6. *Iphicrates* Dux Athenienf. cùm præsidio Corinthum teneret, & sub aduentum hostium ipse vigilias circumiret, vigilem, quem dormientem viderat, transfixit cuspide. Quod factũ quibusdã tanquã sæuũ increpantibus: Qualẽ inueni, inquit, talem reliqui. Est enim somnus mortis imago. *Frontin. ibid. Vide Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 12.* qui adscribit Epaminondæ.

7. Cùm

7. Cùm ſub *Leone V. Imp.* Conſtantinopolis inter ferociſſimas gentes plurimis eſſet periculis obnoxia, in triuijs ac plateis vrbis habebātur cuſtodiæ: quicunq; poſt crepuſculū deprehendebatur, cęſus verberibus trudebatur in carcerē, donec illuceſceret. Imperator vigilū volēs experiri fidē, noctu ſolus è Palatio, habitu mutato, ſeſe proripuit. A primis deprehenſus cuſtodibus, quò proficiſceretur rogatus, lupanar ſe petere reſpondit, à quibus ſe 12. aureis redemit, cùm carcerem verbera minitarentur. In ſecunda itē cuſtodia deprehēſus, 20. ſe liberat aureis: in tertiā cùm incidiſſet, pugnis flagriſq; cæſus, carceri traditur. Aſcuntibus reliquis, cùm iam illuceſceret, cuſtodiarum magiſtro multis vix tandē ſignis confirmat Imp. ſe eſſe. Duabus illū auri libris donatū, iubet dicere cuſtodibus, quē noctu cepiſsēt, carcere effracto, fugiſſe. Manè Imperator cuſtodes vrbis ſuocat: nū quis nocte præterita ſit deprehēſus, interrogat. Qui pretio erant corrupti, nihil ſe vidiſſe, aut audiſſe, aſſerunt. Qui verò Leonē cęſi cuſtodiæ mācipauerāt, ſeſe quempiā reperiſſe fatentur, & flagris onuſtū carceri tradidiſſe; ſed effracta cuſtodia aufugiſſe. Leo remotis familiaribus, dorsū ex flagris liuidū cuſtodibus oſtendit, eoſq; magnis muneribus locupletauit: perſidos verò alios bonis multatos, vrbe expulit, ac vrbi ſuam hoc aſtu tutiſſimam reddidit, cuſtodibus ſemper præſentiā Imperatoris expaueſcētibus.

† *Cuſpinianus ex Zonara.*

8. Duorum Regulorū filij adoleſcētes iuſſi ante Prætoriū noctu excubare, quòd largius æque vino indulſerant, ſomno graui opprimuntur. *Carolus Magnus*, vt eius mos erat, euigilat, noctu paucis clā caſtra circuit, explorat, nū omnia ra-

fuit

fiant. Vbi somno prępeditos offendit, ad tabernaculũ redit. Postridie concilio vocato, sciscitatur, quidnã is cõmeruerit, qui Principẽ & caput Frãcorũ hostium manibus exposuerit. Illi primi sententiã rogati, hiuscemodi hominem capitali supplicio condemnant. Carolus illos grauiter obiurgatos, ignominiaque notatos exauthorat. † 9. *Aristippus* apud *Xenoph.* formans virum, qui suo tẽpore Reip. habenas sumpturus sit, facit eũ nõ multo somno vtentẽ, sed vigilantẽ, noctemq; negotijs diuidentẽ. Seduli, vigilantes, & industrij Magistratus, improbis, tum hostibus, tũ ciuibus sunt terrori: grati bonis, seu in admiratione & pretio apud bonos, & sibijpsis ac Reip. vtiles. (*Plato 7. de Leg.*) Omniũ officiorum laus, imò vita, in diligentia consistit: (*Osor. 4. de Regis Instit.*) neque inferiorũ ordinum culpæ ad vllos magis, quàm desides rectores referendę sunt. *Leo Magn. epist. 86.* Vigilantia & labor sunt vera generosi animi nutrimenta.

† *Auent. lib. 4. Annal. Boiorũ.*

10. *Vespasianus Imp.* reprehẽsus à medicis, quòd malè habens, Imperatoria negotia tractaret, respondit: Imperatorem stantem mori oportet. *Sueton. Augustus* ius assiduò ipse, etiam in noctem interdum, idque valetudine afflicta, dixit. *Idem.* Somnus multus neq; corporibus, neq; animis, neque rebus gerendis à natura est aptus. Vt incuria Magistratus, id est, eorum, qui in specula ciuitatis vigilãt, ciuibus est exitio: ita vigilãs timor, Reip. magno præsidio est. Facile enim hostis timentes non inuadit, de repentino vigilantes non opprimit; qui enim timent, Reip globũ semper in o cubrijs ferunt: hostium insidias non solùm remotè, sed etiam quippe instructas vident.

SIG-

SIGNVM XCVI.

Vindictæ nō esse cupidū.

A VINDICTAE CVPIDITATE abhorrere.

1. LVdouicus XI. *Gallorum* Rex, cùm à suis ... neretur, vt iam ad regnum accitus, om... iniurias, quas dum Aurelianensium Dux fu... acceperat, vindicaret, respondit: Nō decere ... lorum Regem iniurias Ducis Aurelianensis ... dicare. *Scip. Amer. 5. diss. disc. 5.* Rectè enim ... *Plato, de Repub.* oportere Iudices duo haec ... per ob oculos sibi proponere, vt in feréda de... tunis aliorum sententia auaritiam; in castig... hominibus vindictæ cupiditatem nullam p... ferant. Vide loc. *de calumn.& conuitijs.* De vindicantium iniurias vide *in Theat. hist.*

2. *Vlysses* sciscitanti num ex inimici Aiac... bie & calamitate voluptatem caperet, re... dit, sibi triste id spectaculum videri. Quam a... moderationem Minerua laudat apud Sopho... in Aiace, cùm inquit: Si hoc animo sem... ris, superis charus eris, & vitam feliciter e... tuam.

3. *Dion Syracusanus*, etsi identidem in eu... actus esset, tandemq; à ciuibus in patriam r... catus, minimè tamen vltū iuit iniurias à pe... libus sibi illatas: imò Heraclidem hostem p... næ dignitati restitui mandauit: cum sæpe ho... nes (vt aiebat) malos emendari, & mutar... dem beneficijs videamus. A *Emil. Prob.*

4. *Epaminondas* ciuium suorum iniurias se... pa...

patientissimè tulit, dicens: nefas esse patriæ irasci, vt parentum iniurias vlcisci pietas vetat. *Idem.*

5. *Iulius Cæsar* simultates contra nullos tam graues vnquam excepit, vt non oblata occasione libès deponeret. Pompeio inimico statuas à populo dejectas cùm reposuisset, Cicero dixit: Cùm statuas Pompeij collocasti, ô Cæsar, tuas constabilisti. *Plut. de vtil. cap. ab inimic.*

6. *Vespasianus Imp.* offensarum & inimicitiarum minimè memor, vel executor: Vitellij hostis sui filiam splendidissimè maritauit, dotauitque, &c. † † *Sueton. cap. 14.*

7. Cùm M. *Bibulus* in Prouincia Syriæ moraretur, duos egregiæ indolis filios à Gabinianis militibus occisos esse cognouit. Quorum interfectores ad eum vinctos Regina Cleopatra misit, vt grauissimæ cladis vltionem arbitrio suo exigeret: at ille oblato beneficio, quo nullum maius lugenti tribui poterat, dolorem moderationi cedere coëgit, carnificesque sanguinis sui intactos è vestigio ad Cleopatram reduci iussit, dicendo: potestatem huius vindictæ non suam, sed Senatus esse debere. *Val. lib. 4. cap. 1.*

8. *Ludouicus XII. Galliæ Rex* vnum hoc ingenuè & maximè principio administrationis vouisse dicitur, ne vnquam iniuriarum, quæ ab inimicis priuatus acceperat, vltor ipse ac vindex esset: sciebat enim cum Consule illo Romano: iniuriam, etsi iustam, minimè tamen in Magistratu exercendam. *Liu. lib. 42.*

9. *Fridericus Imp.* victis in Hungaria Gunzienfibus: Magnum, inquit, actum est opus; nunc autem maius restat, vt vincamus nosmetipsos, atque vlciscendi cupiditati frænos imponamus. *Æneas Sylu. 2. de gestis Alphons.*

SIGNVM XCVII.

VIRGINES MAXIMIS HONORIBVS PROSEQVI.

1. CVM *Augustus Imp.* recensito Equitum Roma
norum numero, inueniſſet ſuperiorem e
numerum illorum, qui cælibes eſſent; quàm eor
qui haberent vxorem, grauiſſima oratione co
iugium cum primis laudans, cœlibatum deinc
vehementer exagitauit, quòd ſcilicet Vrbe c
bella ciuilia ciuibus exhauſta, eandem ſobol
fœcunditate ſuſcepta, vt olim, florentiſſima
numero ciuium cupiebat: itaque ſicut coniugu
præmijs ac priuilegijs honorari, ita & Cœlib
tum pœnis voluit notari. Non ſolùm autem
pœnis cœlibum voluit eſſe immunes, quæ pe
petuam virginitatem ſeruaſſent; ſed, inquit Da
lib. 56. eiſdem eadem quæ matribus præmia larg
tus eſt. Oderat in primis fictum cœlibatum, va
pro concione in illos inuectus, qui ſimulatè
lum colerent, exemplo Veſtalium virginum, a
què ac illas eſſe puniendos, ijſdemque ſupplici
ſubijciendos, ſi pudicitiam non ſeruaſſent, eſt c
minatus. Rectè igitur S. *Hieronymus contra I
uin. lib.* 1. pluribus docet, apud Græcos, & Barba
ros, tam Poëticis, quàm Hiſtoricis monumen
ſemper ante omnia fuiſſe commendatam Virgi
tatem, quæ iam Chriſti Dei & hominis admirab
conceptione ac partu nobilitata atque inſigni
exaltata, ad ſummum celſitudinis faſtigium e
prouecta Præmia Virginitatis vide in *Triũpho Vi*

2. *Conſtantinus Magnus* ſanctas DEI Virgi
plu

plurimum colebat, & ex publico alebat. Maximis (ait *Euseb. Vit. Constant. lib. 4. cap. 28.*) eos honoribus prosequebatur, qui vitam suam cælesti Philosophiæ dedicassent. Sanctissimum ergo perpetuarum Virginum cœtum constanter colebat, quòd in earum mentibus DEVM ipsum, cui se consecrârant, inhabitare crederet.

3. De eiusdem matre *Helena* ait *Ruffin. lib. 1. cap. 8.* Virgines, quas ibi (Hierosolymis) reperit Deo sacratas, inuitasse ad prandium, & tanta eas deuotione curasse dicitur, vt indignum crederet, si famularum vterentur officijs; sed & ipsa manibus suis, famulæ habitu succincta, cibum apponeret, poculum porrigeret, aquam manibus infunderet, & Regina Orbis, ac mater Imperij famularum Christi se famulam deputaret. *Baron. Tom. 3. Anno Christi 326.* Idem tradunt, *Theod. lib. 1. cap. 18. Socr. lib. 1. cap. 13. & Sozom. lib. 2. cap. 1.*

4. *Iouianus Imp.* aduersus raptores sacrarum Virginum seueriſsimum dedit rescriptum. Misit, ait *Sozom. lib. 6. cap. 3.* Edictum, quo iubebat, vt qui sacram Virginem vel ad nuptias contrahendas pellicere conaretur, vel lasciuo quodam obtutu aspiceret, maximè si per vim rapere tentaret, capitis supplicio mulctaretur. *Baron. Tom. 4. Anno Christi 363.* Non minus seueram legem aduersus raptores virginum & viduarum ediderat Anno CHRISTI 320. *Constantinus Imperator* quæ extat in *Cod. Theod.* (vt & iam dicta Iouiani.) Vide *Baron. Anno Christi 320. Constantius & Constans* Constantini filij capitalem sententiam raptoribus, ac com-

plicibus irrogarunt, *l. 2. de rapt. Cod. Theod.* Vi
Baron. Anno Christi 349? *Valentinianus* & Valen
sacras Virgines & Viduas, nec nō pupillos exem
ptos voluerunt à censu capitationis. *l. 4. de Cr*
Cod. Theod. vide *Baron. Anno Christi* 365. Etiam
stinianus Imp. Virginum raptores capite plecti
dos statuit. *l. 1. C. de rapt. Virg.* vide *Baron.* An
Christi 528.

SIGNVM XCVIII.

Virtutis amantem esse.

DE VIRTVTE MAXIME SOLICIT esse, (non de generis nobilitate,) & prudent alios ad Virtutem inflammare.

MAgistratus debetur viris virtute præstan
bus. 1. Cùm se habeat ad subditos, vt co
animali, & Deus quodammodo in vniuersō, v
illos virtutes diffundat, & vt pater eorum b
prouideat. Vt enim formicæ æstiuo tempore g
na in cauernas deferunt, pro futurę hyemis ne
sitate : sic Magistratus subditorum incolumi
incumbere debet, & vt necessaria eis non deb
atque adeò omni arte, ingenio, viribus, indu
vti debet, vt nauem Reip. ad portum tutum du
cat, nec proprium periculum euitabit, vt comm
ni saluti prospiciat. 2. Adhæc decorum est, v
virtute emineat, qui dignitate micat. Vnde Cy
(apud *Xenoph. lib. 8. pædiæ Cyri,*) non censebat e
quam conuenire imperium, qui non meliore
ijs, quibus imperaret. *Aristot. 7 Polyt. cap.* 10. V
nim elementa & corpora inferiora motum c
stiū sphærarum, ob ipsarum naturæ nobilitat
absque repugnantia obediunt : sic populi li

ter se illi subijciunt, in quo eminens virtus micat. *Liuius*: Vinculum? ait, fidei est melioribus parere. Et *Dionysius*: AEterna naturæ lege receptum est, vt inferiores præstantioribus pareant. 3. Quales etiam in Rep. sunt Magistratus, tales solent esse ciues. Etenim,

Regis ad exemplum totus componitur Orbis:
Mobile mutatur semper cum Principe vulgus,

ait *Claudianus*. Omnia dicta & facta Principis rumor excipit. *Seneca* 1. *de Clem.* Quidquid enim faciunt Principes præcipere videntur, (ait *Quintil. declam.* 4. *& Velleius lib.* 11.) Vnde & non solùm ipsi vitia concipiunt, sed etiam in ciuitatem infundunt, plusque exemplo, quàm peccato nocent, vt *Cic.* ait *lib.* 3. *de Leg.* *Philo lib. de Charitate*: Vt ad prosperam nauigationem, ait, opus est bono & perito gubernatore: sic in Principe requiritur virtus, ad Reip. bonum. *Laert. lib.* 7. ait: Bonum esse debere Principis eruditorem, cùm non ipsius duntaxat, sed & totius populi sit eruditor, vt qui eum semper imitari studeat. *Tacit. lib.* 3. *Annal.*

Magistratus non solùm erit ciuis bonus, sed etiam absolutè vir bonus, hoc est, in amplexibus vlnisque virtutis perpetuò conquiescet. Nam vt obscuratis oculis non vident partes: ita deprauatis Magistratibus, castè & iustè non viuunt ciues. Contagio pestilentior non est, quàm quæ præcordia petit: labes immanior non est, quàm quæ culmina ac fastigia ciuitatis vrit: si fons limpidè non fluat, riuuli turbantur. Vbi

Nõ solùm officium dignitatem, sed etiam pectus & animum virtutè excolat.

non est pudor, cura iuris, sanctitas, pietas, fides ibi instabile fit regnum. *Tac. lib. 1. hist.* Magistratu existente bono, prosperè succedunt omnia: *Aristot. 3 Pol. cap. 3.* quia pius Magistratus ad summum bonum tendit, idemque in circulo suarum actionum, vt centrum & scopum intuetur: ab hoc centro lineæ rectæ ad circumferentiam ciuitatis ducuntur, cardines Reip. circa hoc centrum pulcherrima manu & quasi virtutis motu agitantur, omnes denique partes in hac sphæra comprehensæ, benignissima influentia huius centri reficiuntur: quippe rarissimè illa ciuitas labitur, in qua virtus religiosè à Magistratu colitur. (*Arist. 3 Pol.* Oportet optimam ciuitatem de virtute maximè esse solicitam. *Quintus Curtius*: Nihil tam altè Natura constituit, quò virtus non possit eniti.)

Magistratuum vita ciuibus aut salus, aut toxicũ venenum est.

Scimus nullam pestem esse maiorem in ciuitate, quàm morum licentiam: nullam luem in Rep. esse tetriorem, quàm improbitatem. Nam vt delicatè viuentium corpora, laxatis & dissolutis neruis languida redduntur, discordiaque elementorum corrumpuntur: ita malis ciuium moribus inermes fiunt ciuitates, eorumque perfidia magnæ sæpe deuastantur imperia. Hinc sapienter olim *Antisthenes*: apud *Laert. lib. 6.* Ciuitates, inquit, tum cadunt, & intereunt, cùm boni nequeunt a malis discerni.

Virtutem Politiæ esse necessariam.

1. Quod in natura est monstrum, id in ciuitate est vitium: at monstrum est error & defectio naturæ: proinde vitium est horror & confusio ciuitatis. Si ergo natura est mater & nutrix ciuitatis, & si virtus est conseruatrix naturæ, sequitur quòd sine virtute nec cohæreat natura, nec

vllo

vllo modo floreat Resp. (ciuitatis ordo, consensus, & harmonia.) 2. Adhæc, si Deus est, qui Reges, sceptra, & ciuitates dedit, quis est tam impius ac sceleratus, vt audeat dicere hominem aut ciuitatem Deo, (qui est summum bonum & verum,) sine bono, (in voluntate;) & veritate, (in mente;) posse adhærere? Infinitum esset ruinas, & veluti proiecta cadauera, (furore Martis deleta,) multarum ciuitatum, gentium, nationum, ac imperiorum (quæ recisis virtutis ac pietatis fibris consenuerunt) ostendere. Nunquid Africa, Asia, & eximiæ Europæ partes ideo nunc sub Turca languent, quia à fide & virtute prius desciuerunt, quàm suam felicitatem tam horribili miseria & calamitate funestari senserunt? Vide *Themata nostra Oratoria part.* 1. Præmia virtutis, vide in *Triumpho Virtutis.* 3. Præterea prisci olim patres nostri, qui de Repub. multa & præclara monumenta nobis reliquerunt, in hoc omnes amicè quasi conspirant, quòd Legumlatores ac Magistratus solicitè debeant contẽdere, vt suos ciues bonos, iustos, ac pios reddant. Hinc *Solon* apud Athenienses, *Lycurgus* apud Lacedæmonios, *Numa Pompilius* apud Romanos legum sanctarum tabulas inuenerunt, quibus eorum ciuitates per multa sæcula iustè ac tranquillè regebantur. Nam ab Orbe condito experientia (sciẽtiæ mater) docuit, quòd sola virtus in omni imperio triumphet. 4. Ad extremum, qui putat se finem ciuitatis, quæ est ipsa beatitudo omnibus bonis accumulata, inuenire posse sine virtute, id solum agit, vt nimia ratione insaniat. *Zeno* interrogatus, quo præsidio maximè indigeret ciuitas, *Virtutis*, inquit. Sensit vir sapiens, non mœnibus, non ciuium lacertis, non militũ armis

Si Deus reges & regna dedit, quid magis reges & regna decet, quàm cultus Dei, seu Religio?

ac legionibus ob hostium impetu defendi ciuitatem: cadit enim honor Martis, vbi splendor ac sidus Virtutis cadit. Imperia & Regna nihil sunt aliud, quàm pilæ fortunæ si virtutis sceptro non roborentur. Cõtra, vt absente sole non apparét vmbræ: ita lucente virtute, vitiorum laruæ dissipantur. Est autẽ Magistratus in Rep. quod mens in anima, anima in corpore, gubernator in naui, sol in cælo; imò est quasi Atlas Reip. à quo vniuersus status Reip. pendet. Cùm præsente *Alphonso* Rege de *Nicolao Picennino* sermo incidisset, & in illo alius rei militaris peritiam, alius apud milites authoritatem, alius fortia facinora, alius aliud laudaret: quidam imaginariæ nobilitatis opinione inflatus: Hæc omnia, inquit, fortasse aliquid essent, si Iouis non esset filius. Tum Alphonsus: Equidem malim, inquit, Nicolaus Picenninus esse, quàm Regum quorundam filius.

Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tuſi
Æacidæ ſimilis, &c.

Idem dicere solebat, eos demum Principes magnifaciendos, qui virtutem probè excolerent: in quo enim est virtus, eius imperium æquo omnes animo patiuntur. *Panorm. 1. de eius gestis.* Eurip. dicebat: Bonus mihi vir, Nobilis videtur: Qui verò non iustus est, licet à patre meliore. Quàm Iupiter sit genitus, ignobilis mihi censetur. Plut. *ad Principem indoctum*; Vt, inquit, necesse est ante omnia regulam rectam esse, vt ea quibus applicatur, ad rectitudinem perducantur: ita Magistratum oportet ipsum rectè constitutum esse, cùm non sit cadentis erigere, incompositi componere, inordinati ordinare. Cùm esset ex *Socrate* quæsitum, Archelaum Perdiccæ F. qui tum fortu-

natis-

natissimus habebatur, nõne beatum putaret? Haud scio, inquit, nunquam enim cũ eo locutus sum. Ain tu? an tu aliter id scire non potes? Nullo modo. Tu igitur ne de Persarum quidem Rege magno potes dicere, beatusne sit? An ego possum, cùm ignorem quàm sit vir bonus? Quid? Tu in eo sitã vitam beatã putas? ita prorsus existimo, bonos beatos, improbos miseros. miser ergo Archelaus? Certè, si iniustus. Hæc *Plato in Gorgia*, & ex eo *Cic. 5. Tusc. Seneca*: Non deformitate corporis fœdatur animus; sed pulchritudine animi corpus ornatur. Nam

Dat probitas speciem, sed non species probitatem.

Idem *Seneca epist.* 20. ait: Naturæ est deteriora potioribus submittere: ideoque summa felicitas erat gentium, in quibus non poterat potentior esse, nisi melior. *Arist: 5. Pol. cap.* 10. Reges olim eligebantur ex viris bonis, propter excellentiam virtutis, aut rerum ex virtute gestarum. *Xenophon. lib. 7. exped. Cyri* ait: Nullas homini cuiuis, ac præcipuè ei, qui in alios imperium habet, opes existimo pulchriores, aut honestiores, quàm virtus sit, quàm iustitia, quàm animi magnitudo, quę qui possideat non potest non diuitijs plurimum abundare. *Agesilaus Lacedæm. Rex* cùm audiret Persarum Regẽ Magnum appellari: Qua re maior me est? inquit, nisi iustior est ac temperantior? Censuit vir iustissimus eũ Magni cognomento esse dignũ, qui virtutibus & rerũ gestarum gloria alios superaret. *Plut.* Idem rogatus, quomodo quis potissimum apud homines probaretur? Si dicat, inquit, optima, faciatque honestissima. *Bruson. lib. 7. Cyrus* apud *Xenoph. lib. 8.* dicit: Imperium nemini conuenire, qui quibus imperat melior non sit. Rectè ergo Isocrates, Regi suo præcipit, ac suadet, ne deterior ipse melioribus imperet.

M. Ian. in quæst. Pol.

Certè virtutis ac morum probitatis maximè rationem habendam esse in Magistratu docent & hæ rationes. 1. *Plato* vult, vt qui quærendi sunt Iudices ac Magistratus, probitatis testimonium per singulas ætates habeant. (3. *de Rep.* 6. *de Leg.*) in *Romanu* quoque *Legibus* de Magistratu hæc erant: *Hic ordo vitijs careto, cæteris specimen esto.* (*Cic.* 3. *de Leg.*). Non enim regnant, sed sæuiunt, qui mali sunt. *Augustin.* 5. *de Ciuit.* & vt oculi vitio aliquo laborantes perperam cernũt: ita malè imperat anima, mala quæ est. *Plato* 1. *de Rep.* peruertit enim intellectũ malitia, nec nisi à viro bono bona proficisci possunt. *Arist.* 6. *Ethic. cap.* 12 Adde, quòd Magistratuũ vitijs tota infici ciuitas solet, eoq; de Rep. merentur pernitiosius Magistratus vitiosi, quod non solùm vitia ipsi concipiunt, sed ea in ciuitatem infundunt; nec solùm obsunt, quòd ipsi corrumpuntur; sed etiam quòd corrumpunt, plusq; exemplo, quàm peccato nocent. *Cic.* 3. *de Leg.* Neque fieri potest, vt si Magistratus ipse officium non faciat, ad præclara ac honesta agẽda alios excitet: *Xenoph. in pædia Cyri*: aut contineat alios, *qui se non continet Cic. pro lege Manil.* aut cõmodè *puniat* illa flagitia, quibus se quoq; affinem esse nouit; sed istud vulgi sermone tritũ audire cogitur: Medice cura teipsũ. & illud: Aliorũ medicus, vlceribus ipse scatẽs. Qui multorum custodem se profitetur, eum sapientes sui primùm capitis esse custodẽ oportere statuũt. *Cicero* 12. *Philip.* 3. Illorum, qui præsunt Reip. non singula solũ verba, aut res publicè gestę animaduertũtur; sed etiã ioci simul ac seria, domus ipsa, familia, vxor cubile quoq; curiosè perquiritur. *Plat. in Præcept. Ger. Reip.* Quin etiã augẽtur delicta perso-

næ cos-

næ cõditione, & quo quisq; est meaior, eo peccatũ maius habetur. Etiam minima Magistratuã errata amplificantur, ac pro magnis habentur: quemadmodum maculæ, cicatrices, næui in facie maius dedecus adferunt, plusque hominem, quàm reliquo in corpore deformant. *Ibid.* 4 Optimè sibi cauent, optimè qui viuunt. Tutissima enim custodia Magistratuum ipsorum innocentia est: Claudianus:

Tu licet extremos latè dominere per Indos:
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adoret:
Si metuis, si praua, cupis, si duceris ira,
Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas
Interius leges: tunc omnia iura tenebis,
Cùm poteris Rex esse tui.

M. Aurelius Imp. *ad Pollionem*: Est regula certissimas; virtute ex peregrino ciuem, vitio ex ciue in propria patria peregrinum fieri. 5. Magistratus maximis ornatos esse debere virtutibus docet etiã, tum, quòd vices eius gerunt, qui ab omni vitio immunis est, Dei Opt. Max. tum, quòd nulla re efficacius subditos ad officium impellunt, quàm exemplo: (Vide de Exemplo:) vt plurimum enim, ait S. *Basilius in cap.* 1. *Isaiæ*, subiectus populus se solet conformare eorum moribus, qui potentia præualent. Rectè Ouid. in Fastis:

Sic agitur censura, & sic exempla parantur,
Cùm Iudex, alios quod monet, ipse facit.

Breuiter, Virtutum duntaxat sidera in optima ciuitate lucent, radiosque non in Senatũ solum, sed etiam in omnes angulos & partes efficaciter effundunt suos. Et, vt columba illa, emissa ex Arca, (Diluuio cooperta terra) quietem pedi (antequam reuersa est) non inuenit: ita Reſpublicæ à

Portu

portu virtutis in Oceanum veluti humanæ vertiginis præcipitatæ, vacillant semper, & periclitantur, donec ad eundem portum reuocatæ fuerint: est enim solùm virtutum nauis à tempestate seditionis tuta.

Ad extremum est boni Magistratus officium, ad Virtutem alios prudenter accendere, & inflammare. *Romani* volebant vt sui pueri *Bullam* de collo suspensam gererent, vt illam figuram antepectus conspicientes, se tum demum homines futuros cogitarent, si corde præstarent. Dicitur Bulla ἀπὸ τῆς βουλῆς, à consilio: ideoque data esse potest pueris gestanda, quòd ea ætas alterius sit regenda consilio. Erant ijdem toga prætexta induti, vt purpuræ rubore ad pudorem (ingenuitatis) inuitarentur. *Macrob. Saturn. cap. 6. Gell. lib. 1. cap. 23. Agesilaus Lacedæm. Rex* cuidam sciscitanti, quænam potissimum pueris essent discenda? Ea, inquit, quibus vsuri sint, cùm ad virilem peruenerint ætatem. Rectè censuit vir prudens, solam virtutem primùm ac statim à teneris vnguiculis disci oportere, nec vllam æui portionem artibus friuolis dandam, quæ ad seria vocatis vtiles esse nequeant. *Plut.*

SIGNVM XCIX.

Voluptatũ fuga,

VOLVPTATES ABOMINARI.

1. SCiscitante quodam ab *Agesilao*, quid *Spartæ* fructus attulissent *Lycurgi* Leges? *Voluptatum*, inquit, *contemptum*: indicans, non alia magis ex re nasci Reip. corruptelam, quàm ex delitijs: & eam demum Remp. esse saluã, in qua Leges sub optimo Principe omnes voluptates arcẽt. *Plut.* Pœnas Vo-

luptc

lupt. vide in Theat. hist. *Thasiorum* gẽs cùm eidem, cùm exercitu per eorum agros proficiscenti, honoris gratia, mitteret farinas, anseres, bellaria, liba ex melle condita, & omnis generis alia maximi pretij esculenta & poculenta: præter farinas nihil accepit, reliqua auferri iussit, vt inter Helotes & mãcipia distribuerẽtur. Sciscitantibus, cur id faceret? respondit, non decere qui virtutis studio tenerentur, id genus delicias recipere, quòd istiusmodi res, quibus inescarentur ingenio seruili nati, oporteret à liberis procul abesse: sapienter ostendens, nihil esse seruilius & abiectius, quàm gulæ ventrisque voluptatibus obnoxium viuere. *Plut. Cæl. lib. 9. cap. 13. antiq. lect. ex Athinæo & AElian.*

Aduersus voluptates inuicti pectoris specimen.

2. P. *Scipio Africanus*, missus in Hispaniam insolantissimos Numantinæ vrbis spiritus superiorum Ducum culpa nutritos, nunquam fregisset, nisi Edicto ea omnia, quæ luxuriæ, & voluptatis caussa comparata erant, auferri, penitusque submoueri iussisset. Quam primùm enim turpis illa & erubescenda sentina ex Romanorum castris eiecta fuit, exercitus, qui paulo ante metu mortis deformi fœderis ictu maculauerat, erecta virtute animosam Numantiam incendijs exustam solo æquauit. *Val. Max. lib. 2. de Mil. discipl. Orosius lib. 5. cap. 6. Eutrop. lib. 4. cap. 7. Flor. lib. 2. cap. 18.*

3. *Tacitus* vir Consularis, senex & grauis factus est Romanus Imperator omnium assensu, vir temperans, sobrius, & librorũ lectioni intentissimus, Frugales mensulas holusculis & leguminibus Pythagoricis instructas, multo Laijtiores esse dicebat, quàm Milesiorum sumptuosa fastidia. *Guido Bituricensis.*

SIG-

SIGNVM C.

VSVRAM, MORDACEM PECVNIArum exactionem, in Repub. non tolerare, aut si radicitus euelli non potest, non approbare.

1. AVgustus Cæsar liberalitatem omnibus o dinibus per occasiones frequenter exh buit: quoties verò ex damnatorum bonis pecun superflueret, *vsum* eius *gratuitum* ijs, qui caue in duplum possunt, ad certum tempus indulsi *Sueton.*

(Lucan. vsuram *voracem* vocat: Hebræi *Mosem* appellant.)

2. *Thebanis* lex data est, vt ad Publica munera nemo accederet, nisi qui annis decem à mercimonijs destitisset, adeò exosam habebant vsuram Reip. pestem. *Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 6.*

3. Agis *Spartanorum Rex* adeò fœnus exosu habuit, vt omnium fœneratorum tabulas ig suppositio in foro concremarit; *quo igne nullum clarius lumen vidisse* dixit. Idem *Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 7. Plutarch. in Solone.*

4. *Tiberius* Imp. vt fœnus tolleretur omnin dispositio per mensas millies sestertio, cauit singulis facultas creditum accipiendi fieret triennium sine vsuris, si debitor in duplum populo cauisset. Postremò pluribus plebiscitis non modò fœnus, sed vetita versura fuit, cautumq perpetuò Senatusconsulto, ne filiofamilias fœnori credere liceret. (*Ibid.*

(Mil

(Miser est, qui nummos admiratur. Cicero Animus hominis diues, non arca appellari solet.

5. *Claudius Cæsar* veterum Senatusconsultum longo abusu obliteratum, fœneratorum licentiam coercens, ne filijs familias pecuniam fœnori darent, seuero Edicto seruari mandauit. *ibid.*

6. *Vespasianus* cùm censuram ageret, saluti parentum & liberorum consulens, illud denuo ex longo interuallo reuocauit. *ibid.*

Fœneratores sunt voraces quasi corui, in Rep. & quasi lupi insatiabiles quorum sitis non extinguitur, quorum hydrops nullis curatur herbis, aut medicinis. Hi viscera & præcordia ciuitatis rodunt, & neruos exedunt, vt cancer ossa: meritò ergo inter viros sint maledicti, inter mortuos insepulti (idque Legum censura) iacent.

Vtinam autem nulli Dynastæ in danistas, seu fœneratores degenerarent. Notum illud Catonis, quod est apud Gell. *lib.* 11. *cap.* 18. Priuatorum fures in neruo & compedibus ætatem agunt, publici in auro & purpura visuntur. et illud Iuuenal. Sat. 13.

Ille crucem sceleris pretium tulit, hic diadema.

Queruntur multi æstiua tempora esse algida hyemes tepere, & terram colentibus ipsam fruges ac prouentum negare. Desine mirari.

Nam

Nam quia iam multis sunt ferrea pectora, reddit.
Cælum etiam multis durius ære Deus.
Et quia iam nummos gignunt pro fœnore nummi,
Ante ferax tellus desinit esse ferax.

7. Cùm ex *Catone*, qui *Censorius* ob grauem Censuram est cognominatus, quæreretur quid esset fœnerari? respondit: Quid est hominem occidere? (*Cic. 2 de Offic.*) Fœneratores enim inopum sanguinem hauriunt. Psalm 13. *Deuorant plebem meam sicut escam panis* Psalm. 14. *Quis habitabit in tabernaculo tuo? &c qui pecuniam suam non dedit ad vsuram.* Fœnus dicitur à multiplici fœtu mali. Vide Plut. & Nicolaum Cabasilam contra fœneratores. Pœnas Vsurariorum vide in Theatro hist.

8. Alex ab Alex *lib. 1. genial. cap 7 Indis, & Germanis* fœnus ignotum fuit, & plerique gentes odio illud insatiabili prosecutæ, adeò vt cùm furem dupli, fœneratorem quadrupli damnarent. *Lycurgus* fœnus & vsuras è tota Sparta exterminauit: *Cato* ex tota Sicilia fœneratores exegit. Proinde Magistratui prouidendum, ne subditorum bona à fœneratoribus exhauriantur: expedit enim illi subditos habere locupletes.

VTINAM hæc ducenta Boni Magistratus Signa diligenter legerent omnes, penes quos est, Labes eorum expungere, Leges iustas sancire, mores ciuium ad vocem & nutum virtutis fingere, & omnes vitiorum spinas ac vepres extirpare: in gemmis enim virtutum candor vitæ cernitur, & cardo ciuitatis voluitur Vtinam hoc Speculum multos ab inani strepitu mortalium, ad gloriosum chorum cœlestium spirituũ, & ab hoc inuisibili pũcto temporis, ad infinitam circumferentiam Numinis posset allicere, posset auocare. Vtinam non pauci cum eodem Speculo coniungerent sex & viginti libros *Petri Gregorij Tholozani*, I. V. Doctoris de Republica.

(†‡†)

FINIS.

Laus DEO, Virginique Matri.




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN